Urkundenbuch der Abtei Eberbach im Rheingau

Karl Rossel

Digitized by Google

H. mon. 596 m
(2, 1. 2.

Xerokopien aus Konservie-
rischen Gründen nicht erlaubt

Digitized by Google

<36602749640014

<36602749640014

Bayer. Staatsbibliothek

Digitized by Google

H. mon. 596 m

Urkundenbuch

der

Abtei Eberbach

im Rheingau.

Im Auftrag
des historischen Vereins für Nassau
herausgegeben
von

Dr. K. Rossel.

Urkunden
Abtei
2

Zweiter Band.
II. Abtheilung.

Wiesbaden.
In Commission bei W. Roth.
1870.

24 g

Digitized by Google

Digitized by Google

Urkundenbuch

der

Abtei Eberbach

im Rheingau.

Im Auftrag

des historischen Vereins für Nassau

herausgegeben

von

Dr. K. Rossel.

Zweiter Band.

I. Abtheilung.

Wiesbaden.

In Commission bei W. Roth.

1865.

Digitized by Google

BIBLIOTHECA
REGIA

Digitized by Google

Bayerische
Staatsbibliothek
MÜNCHEN

Vorwort.

Dem gegenwärtigen zweiten Bande unseres Urkundenbuchs, der dem 1. Bande erst nach längerer Unterbrechung zu folgen vermochte, werden wir nur wenige Begleitworte mitzugeben brauchen. Denn was Plan und Anlage des Werkes betrifft, so sind dieselben im Wesentlichen unverändert geblieben, wie sie im Vorwort zum 1. Bande S. IX. auseinander gesetzt sind; und nur die wachsende Zahl der Urkunden hat rücksichtlich der zur Herausgabe erforderlichen Unkosten die möglichste Sparsamkeit im Druck wünschenswerth erscheinen lassen. Es ist demgemäss innerhalb des Drucks eine etwas sparsamere Raumverwendung, hin und wieder auch im Texte eine allgemein verständliche Abkürzung eingetreten; bei jeder Urkunde wurde durch Hinzufügung von Monat und Tag ihrer Ausstellung die Datierung vervollständigt.

Um den ganzen dem zweiten Jahrhundert seit der Stiftung des Klosters, also von 1231—1331, angehörigen urkundlichen Stoff der bereits erfolgten Herausgabe der Diplomat. Geschichte der Abtei, von Pater Bär (B. I. II. 1855—58) auch äusserlich entsprechender zu gestalten und ein gemeinsames Register über diese ganze Periode zu gewinnen, haben wir es vorgezogen, den auf zwei Bände sich berechnenden Stoff in zwei Abtheilungen desselben (II.) Bandes unter zu bringen; das aus dem Archivalauszug (Ocul. Mem. II.) brauchbare Material ist ebenmässig vertheilt und also jede dem 13. Jahrhundert angehörige Urkunde, wenn sie an sich wichtig genug war, noch der vorliegenden 1. Abtheilung einverleibt worden. Die 2. Abtheilung, den Schluss des 2. Bandes und die Urkunden von 1300—1331 enthaltend, soll dann,

Digitized by Google

zugleich mit dem vollständigen Register über beide Abtheilungen, diese ganze Periode urkundlich zum Abschluss bringen.

Die Entfernung des Herausgebers vom Sitz der Staatsarchive hat es mit sich bringen müssen, dass der überaus reiche Urkundenschatz nicht auf einmal in erschöpfender Vollständigkeit übersehen werden konnte. Es sind daher bei wiederholten Nachforschungen einzelne früher vermisste Urkunden noch nachträglich zum Vorschein gekommen. Wir haben solche gewissenhaft entweder eingereiht oder nachgetragen, sodass einzelne Urkunden zweimal, jedesmal übrigens unter der gleichen Nummer, in unserm Urkundenbuch erscheinen. Da nur die Herausgabe aus der Urschrift die volle diplomatische Bedeutung hat, so stellen wir, zu besserer Uebersicht des Lesers, diese Urkunden hier zusammen. Es sind: Aus Band I.:

Urk.	No.	12	von	1145	steht,	aus	der	Urschrift	abgedruckt	B.	I. S. 102
„	„	43	„	1189	„	„	„	„	„	II.	„ 304
„	„	50	„	1195	„	„	„	„	„	I.	„ 396
„	„	86	„	1213	„	„	„	„	„	I.	„ 398
„	„	244	„	1225	„	„	„	„	„	II.	„ 410
„	„	245	„	1226	„	„	„	„	„	II.	„ 411

Wiesbaden,
im December 1865.

Dr. Rossel.

Digitized by Google

249. Papst Innocentius IV. ordnet die Visitation des Kl. Diffendal.

1247, *Juli 24.*

Orig. Bulle im Landesarchiv zu Idstein.

INNOCENTIVS episcopus ſeruus ſeruorum dei. Venerabili fratri ... Archiepiscopo Maguntino. salutem et apostolicam | benedictionem. Cum olim ad ſupplicationem tuam tibi nostris dederimus litteris in mandatis ut dilectis in Chriſto | filiabus. .abbatiſſe et conuentui monaſterii in Diffendal Ciſterciensis ordinis Maguntine dioceſis | abbatem aliquem uiſitatorem de Ciſterciensium et confeſſorem de predicatorum vel minorum | ordinibus concederes quos a te duxerint poſtulandos ne forte ipſi circa uiſitationem in | eodem monaſterio faciendam et confeſſiones audiendas *ipsarum* difficultatis obſtaculum in|terponant tuis precibus inclinati compellendi eos ad premiſſa per cenſuram eccleſiasticam ſi | tibi uidebitur expedire liberam tibi auctoritate preſentium concedimus facultatem. Non obstan | tibus aliquibus indulgentiis ſeu priuilegiis eis vel ipſorum ordinibus ab apoſtolica ſede conceſſis | vel etiam in poſterum concedendis. Datum Lugduni ·VIIII· Kal. Augusti | pontificatus nostri anno quarto.

An Schnur hängt die wohlerhaltene Bulle; Revers:

INNO
CENTIVS.
P. P. IIII.

Digitized by Google

250. Theoderich in Oppenheim, Ritter, verkauft dem Kl. Eberbach seine Lehengüter in Waleheim.

1249.

Orig. Urk. im Gr. Geh. Staatsarchiv zu Darmstadt.

In nomine domini. Ego Theodericus milef in Oppenheim cognomento. Wenego. Nouerint preſentes et poſteri hoc ſcriptum inſpecturi quod quicquid a dominis meis nobilibus viris, videlicet domino Alberto Gerhardo. et Burchardo. militibus de Woluefkelen. in feodo tenui. ex curia fratrum Eberbacensium, dicta Waleheim, eiſdem fratribus. pro. xl. marcis et poledro dimidium annum habente vendidi. in|presencia domini. Marcwardi ſculteti, Ottonis ſenioris et Ottonis iunioris. Werneri Vnbeſceiden. Jacobi et Eberhardi. de Litwilre. Petri de Winoldeſheim. Herbordi dulcis. Herbordi de dolgeſheim | militum. Embriconis Kirhberc. Vdonis de Bümeſheim. Volradi de Dornheim. Herbordi de Spizesheim. burgenſium et aliorum quam plurium tam militum quam civium. de Oppenheim, Heinrici cantoris et | Symonis ſacerdotis, monachorum. fratris Lûdewici conuerſi. et magiſtri in Dinenheim. cum predictorum dominorum meorum beneplacito et aſſenſu. Premiſſa tamen hac ordinatione. quod bona que poſsedi|sub titulo proprietatis. ſcilicet. VII. iugera vinearum. in Daleheim. quorum tria ſunt ſita. zv|leymen. ſuperius tria. zv diflingen vnum. coram Herbordo ſculteto. aſtantibus. Cvnrado. Wernero. Hûgone. | Embrichone. Arnoldo. Cvnone. et Friderico villanis cum multa plebis frequentia. In Bertoluefheim XX. iugera agrorum. que ſita ſunt. vnum amme herewege. tria

Digitized by Google

an der Byzen. amme Kanelwege. | vnum et dimidium. In alia parte. amme ritwege. vber ymelen vnum iugerum. In valle vnum et dimidium. ſupra hagenwingarte. dictum. In alio campo. retro eccleſiam. duo iugera et dimidium. juxta ortum theoderici. quatuor et dimidium. an der Erwizgewanden. tria. Inſuper pratum vnum zv ride. coram Stvbe ſculteto in Bertolveſheim. aſtantibus domino Mengoto plebano. theoderico de Kvnen|gernheim. Johanne de Eppenſtein. Johanne de Bertoluesheim. Rudolfo filio Baldemari. Johanne filio Blaſii. Ortwino in Bvcgazzen. Herbordo Spizzenagel. Eberhardo filio macharii. et quam pluribus aliis. in ſtrata publica vtriuſque ville. iuxta conſuetudinem villarum. supradictis meis dominis reſignaui. eadem bona rurſus ab ipsis iure ſuſci|piens feodali. et eiſ nichilominus cum debita fidelitate aſtrictus homagio permanendo. Ceterum. ad habundantem cautelam. promiſi fratribus antedictis|me puerum domini Giſelberti de Woluesskelen iam defuncti. cum ad annos peruèniret etatis legitime inducturum. quod premiſſe ordinationi tam rationabiliter | celebrate. abſque conditione qualibet conſentiret. Et ſuper eo fideiuſſores dedi. quatuor milites. dominum Gerlacum de Biblenheim. Embrichonem de albechen. | Hertwicum de Winoldeſheim. Jacobum de Budenſheim. promittentes, ſi fortaſſis puer ille meo rationabili facto in hac parte conſentire in poſterum renueret| ſe reſponſuros pro omni dampno. quod euenire poſſet exinde fratribus iam ſepius memoratiſ. Promiſi etiam. ut quicunque illorum quatuor fideiuſſorum medio|tempore decederet. quod ego adhuc ſuperſtes. uel etiam me defuncto heredes mei loco illius infra ſeptem dies alium subroga-

Digitized by Google

rent. Alioquin reliqui tres|intrarent domum aliquam in Oppenheim, extunc in ea facturi expenſas. in dampnum meum uel heredum meorum donec aſſignaretur alius. qui ſe ad pre|miſſa loco defuncti firmiter obligaret. Ad maiorem euidentiam premiſſorum, proprio carens ſigillo preſentem cetulam inde conſcriptam petiui domini. Marcwardi. ſculteti. atque ciuitatis oppenheim. necnon dominorum meorum. Alberti. Gerhardi. et Burchardi. de wolueſkelen ſigillorum inpreſſionibus roborari.

Actum anno domini M°. | CC°. XL. Nono. Indictione Septima.

Die Siegel hängen wohlerhalten an.

---

251. Embricho in Drehtingishusen, Ritter, schenkt dem Kl. Eberbach zwei Weinberge.

1249.

Orig. Urk. im K. Provincialarchiv zu Coblenz.

Frater Waltherus dictus Abbas in Eberbach. Innoteſcat preſentibus et futuris quod | dnus Embricho quondam miles in Drehtingishuſen de conſenſu heredum ſuorum duas | particulas vinearum in kappinſtucke. unam in Buſwege et alteram in Richbach ſi|tas in remedium ſue et pie memorie heilſwindis uxoris ipſius anime nec | non pro heredum ſuorum ſalute eccleſie Eberbacenſi contulit ſub hac forma, videlicet ut | in anniverſario ſuo et uxoris ſue ſupradicte habita memoria eorundem prout pia et | ſancta ordinis exiit conſuetudo per cellerarium ibidem conventui fiat conſolatio de piſcibus | annis ſingulis in adventu. quanto honeſtius fieri poterit de praedictarum proventibus | vinearum. Hoc etiam est adiectum ut ſi aliqua tam memorabilis teſta-

Digitized by Google

menti ordinatio | neglecta fuerit quod abſit aut mutata heredes ſui qui pro tempore tunc exiſtunt eaſdem vi|neas cum fructibus tam diu redigant in uſus ſuos donec quod ſubtractum eſt conventui | plenaria refundatur. Quia autem ſepedictus E. morte praeventus haec per ſcripta firma|ri ſicut propoſuerat minime procuravit. ne propter hoc in aliquo depereat huic pio facto ad | praemiſſorum perpetuam firmitatem Ego et dominus Crafto miles filius eiuſdem E. militis | ſigillis hanc litteram duximus roborandam et eandem formam in ſcripto preſenta | vimus heredibus militis ſepefati. Actum anno dni M°. CC°. XLVIIII°. Ne in miniſtra|tione preſcripte elemoſine haereatur vel paciatur aliquis defectus. ego Gerlacus dictus holtebran | legavi predicto conventui unam marcam denariorum ſuper vineam quoddam dicti ſap et octo ſolidos | denariorum ſuper vineam quae dicitur leymeſtucke quam fridericus hobeuere habet.

Von dem Siegel des Abtes hängt ein Bruchstück an.

---

252. Nicholaus von Scarphenstein, Ritter, und Omelina, Eheleute, schenken dem Kl. Eberbach eine Geldsumme zu einem Fischessen.

1249.

Orig. Urk. im Landes-Archiv zu Idstein.

In nomine ſce et individue trinitatis. Ego Nicholaus dictus mileſ de Scarphenſtein et coniux mea nomine Omelina. | Univerſis preſentem paginam inſpecturis in perpetuum. Temporales actus digne confirmat litterarum auctoritas ne | ſuccedat obliuionis in rerum ordine difficultas. Innoteſcat igitur preſentibus et futuris quod nos pari deuotione divina | gratia inſpirante. XXX.

Digitized by Google

marcas denariorum colonienſium eccleſie Eberbacenſi contulimus in hunc modum. ut ſingulis anniſ in annunci | atione beate Marie ſemper virginis menſe conventus piſcef ad eſtimationem duarum marcarum miniſtrentur cum pane vinoque more ſolito meliore. Nec pretereundum quod ſi proceſſu temporis tam pium ſtatutum ex negligencia cuiusquam fuerit violatum | de curia que Treiſa dicitur heredes noſtri qui fuerint pro tempore. III. marcas denariorum colonienſium, requirendi annis ſingulis | habeant actionem quouſque de neglecto conventui plenarie ſatiſſiat. in cuius rei euidenciam preſentem notulam | noſtro ſigillo fecimus communiri. Actum anno domini M⁰. CC⁰. X⁰L. nono.

Das anhangende dreieckige Siegel ist unversehrt. ✝ SIGILL NICOLAI DE SCARPENSTEIN.

---

253. Die Conventualen zu Elvinstat verkaufen dem Kl. Eberbach ihren Hof Rithusen.

1249.

Orig. Urk. im Gr. G. Staatsarchiv zu Darmstadt.

Univerſis ad quorum noticiam littere iſte pervenerint. Hermannus dei gratia praepositus de Eluinſtat et conventus ibidem ordinis praemonstratenſis moguntine dyoceſeos ſalutem et orationes in christo. Tenore preſentium publicé proteſtamur et noſſe volumus univerſos quod noſ de concordi conſenſu et unanimi voluntate curiam noſtram in Rithusen quae ad noſtrum monaſterium pertinet pleno iure. venerabilibus viriſ Walthero abbati et conventui Eberbacenſis monaſterii cysterciensis ordinis Maguntine dyoceſeos. vendidimus pro. CCC. marciſ denariorum colonienſium. quaſ nobis plene et integre perſolverunt.

Digitized by Google

In evidenciam huius contractus presentem litteram sigillis nostris videlicet praepositi de Eluinstat et domini decani. Gerardi de sco Gangolfo in Moguntia qui interfuit duximus roborandum. Actum anno dni M°. CC°. quadragesimo nono.

An zwei Ausschnitten des Pergaments hängen die beiden Siegel, das eine zerbrochen, das andere wohlerhalten, mit der Umschrift: † S. DECANI SCI GINGOLFI. *Eine Hand, die den Kelch segnet.*

---

254. Ludwig, Rhein-Pfalzgraf, verfügt die Befreiung des Kl. Eberbach vom Zoll zu Bacharach.

1249, *März 23.*

Orig. Urkunde im Landesarchiv zu Idstein.

L. dei gratia Palatinus comes Rheni et dux Bawarie. Dilecto officiali suo in Bacheracho gratiam | suam et omne bonum. Scire uolumus dilectionem tuam. quod nos intuitu divine retributionis | necnon ad instantiam venerabilis domini C. Portuensis episcopi apostolice sedis legati concessimus mo|nasterio de Everbach cistercienfis ordinis ut naves et res predicti monasterii per descensum | siue per ascensum Rheni libere absque omni exactione et theloneo quoad nos vixerimus | deducantur. Quocirca discretioni tue mandamus districte precipiendo quatinus nec tu nec | aliquis officialium nostrorum de nauibus seu rebus fratrum prefati monasterii quicquid exi|gas aut requiras. Datum apud Wormatiam. X. Kalend. Aprilis.

Das an Pergamentstreif anhangende Reitersiegel ist in der unteren Hälfte stark beschädigt. Umschrift: LODEWICVS D . . . . . TINVS RHENI.

Digitized by Google

255. Magister Menward, Scholasticus zu S. Castor in Coblenz, schenkt dem Kl. Eberbach einen Weinberg in Speye.

1249, *Jun. 1.*

Orig. Urk. im K. Provinclalarchiv zu Coblenz.

Nos abbaſ et conventus in Everbach notum facimus univerſis quod magister Menwardus Scolaſticus Sci caſtoris in Confluentia | quandam vineam in Speye ſitam in flure qui dicitur Geſeze, divine remunerationis intuitu noſtro conventui | contulit, proprietatem eiuſdem vinee nobis in continenti aſſignando. uſufructum vero sibi quoaduſque vixerit retinendo. de quibus | videlicet fructibus dabimus eidem duas marcas annuatim in penſionem et de ipsis duabus marcis retinebimus nobis VIII.| ſolidos ad refectionem fratrum in die sci Caſtoris. et feſtum eiuſdem patroni celebrabimus annis ſingulis prout | regula noſtri ordinis nos permittit. defuncto vero iam dicto scolaſtico in anniverſario ſuo habebit conventus noſter | octo ſolidos ad refectionem fratrum in perpetuum de vinea memorata. et ipſa vinea totaliter cedet ecclesie nostre. et in | die ſci caſtoris tantum de aliis autem octo ſolidis faciemus quod ad uſum eccleſie noſtre videbitur expedire.| In huius rei teſtimonium et perpetuam memoriam ſigillum conventus noſtri praeſenti ſcripto appendimus. Acta ſunt haec anno dni M°. CC°. XLVIIII°. Kalendis Junij.

Von dem Siegel des Abtes hängt noch ein Stückchen an.

---

256. Ludwig, Rhein-Pfalzgraf, beurkundet die Befreiung des Kl. Eberbach von seinem Zoll in Bacherach.

1249, *Aug. 11.*

Orig. Urkunde im Landesarchiv zu Idstein.

In nomine domini Amen. Lodewicus dei gracia

comes Palatinus Rheni Dux Bawarie. uniuerſis preſentem | litteram inſpecturis. Feliciter Amen. Quoniam eccleſiam Ebirbacenſem ordinis ciſtercienſis quam uite meritum | et qualitas morum prerogatiue condecorat ſpeciali proſequimur affectione ad noticiam perducimus uniuerſorum tam pre | ſentium quam futurorum nos eidem ecclesie gratiam feciſſe ſpecialem. ut naves eiusdem per diſtrictum noſtrum Bacherach | vel aliunde deſcendenteſ et aſcendentes, ab omni paſſagio et thelonei emolumento perpetuo ſint exempti. Precipimus | igitur uniuerſis nostris procuratoribus quod eccleſie predicte gratiam eandem conſervent illeſam, alioquin noſtre gratie fencient detrimentum. Ut autem ipsa gra|cia a nobis et ſucceſſoribus nostris inconcuſſa permaneat. presentem litteram ipsi donauimus ſigilli nostri munimine laudabiliter in | ſignitam. Acta ſunt hec anno dnce incarnationiſ M̊. CC̊. XL̊. Nono. | III. Idus Augusti, Quinte Indictionis.

An gelber und rother seidener Schnur hängt das zur rechten Hälfte weggebrochene Siegel des Ausstellers v. rothem Wachs.

† S. LUDEWICI. PALATINI. COMI . . . . . ARIE.

---

257. Christian, Erzbischof von Mainz, befreit die zur Klosterpforte in Everbach gehörigen Güter in Ketrike von aller Steuer.

***1249**, Aug. 20.*

Orig. Urk. im Landesarchiv zu Idstein.

C. dei gratia ſce Maguntine ſedis Archiepiscopus. Tenore preſentium proteſtamur et con|ſtare facimus Chriſti fidelibus vniuerſis. quod nos bona in Ketrike porte in Everbach | attinentia ab omni exactione libera dimiſimus. Ideoque uolumus et precipimus ne | aliquis un-

quam de bonis eiſdem quicquam exquirat. quoniam ad pauperum elemoſinam ad predictam portam indifferenter ſuperuenientium ſunt deputata. Datum Euerbach | anno incarnationis dominice M°. CC°. XLIX. Pontificatus nostri Anno primo. XIII. Kal. | Septembris.

Das untenher stark beschädigte, sonst gut erhaltene Siegel des Ausstellers hängt an. Umschr.: † CRISTIANUS DEI . . . . . EDIS ARCHIEPS.

---

258. Philipp, Friedrich und Heinrich von Leien, Ritter, verzichten auf ihr Recht an dem Sandhofe.

1250.

Orig. Urkunde im Gr. Geh. Staatsarchiv zu Darmstadt.

In nomine domini. Nouerint hoc ſcriptum inſpecturi, quod nos fratres vterini Philippus, Fridericus et Heinricus | militeſ in. Leien. ob honorem beate virginis et Ciſtercienſis ordinis amorem, nec non in remedium animorum noſtrorum | atque progenitorum noſtrorum, ad petitionem Abbatis et conuentus Eberbacenſis eccleſie, renunciavimus liberaliter | omni iuri, quod in curia ipſorum, que Sabulum dicitur, habebamus. Conſentientibus pueriſ | noſtriſ et heredibus vniuerſis. Ea tamen interueniente ordinatione, quod item Abbas et Conuentus verſa | uice renunciaverunt omni dampno, eccleſie ſue a nobis et a patre noſtro ſepius irrogato. Ad | certam quoque premiſſorum euidentiam porreximus iam dicto. Abbati et ſuo conuentui. hanc paginam | inde conſcriptam et ſigillorum noſtrorum inpreſſionibus roboratam. Actum anno domini M. CC. L.

An Pergamentstreif hängen:

1. S . . . . NR . . . MILITIS *(sehr beschädigt).*
2. *abgerissen.*
3. † SIGILL' PHIL . . . . GINHIM.

Digitized by Google

259. Meisterin und Convent zu Elvenstat verzichten auf ihre Ansprüche an den Hof Rithusen zu Gunsten des Kl. Eberbach.

1250.

Orig. Urk. im Gr. G. Staatsarchiv zu Darmstadt.

L. magiſtra. Prioriſſa totusque conventus ſanctimonialium in Elvenſtat. Tenore preſentium conſtare | facimus univerſis quod noſ preſentibus. W. abbate venerabili et quibusdam fratribus ſuis tam monachis quam laiciſ | de arnſburg. et quibusdam de ecclesia noſtra canoniciſ. videlicet. Ruzzone. Johanne et Dammone. renuncia | vimus omni iuri quod nobis ad caſſandam vendicionem curie noſtre in Rithuſen. competere videbatur. | Et ne in poſterum abbas et conventus in Eberbach aliquorum cavillationibus ex parte noſtra valeat inquie | tari. preſenteſ litteraſ ſuper rati habicione contractus celebrati inter ecclesiam Elvenſtadenſem. et iam dictoſ | abbatem et conventum de Eberbach porreximus eiſdem ſigilliſ iudicii ſancte Maguntine ſediſ. praefati abbatiſ | de Arnſburg. et scultheti de frankenford roborataſ. Actum anno domini. M°. CC°. Quinquageſimo.

An Pergamentstreifen hängen die Siegel: 1) des Mainzer Gerichts, zerbrochen bis auf ein kleines Stück. 2) Das Abts-Siegel von Arnsburg, die linke Hälfte fehlt zum grösseren Theil. Umschr.: † SIGILLVM . ABBA . . S D . . . . . BURG. *3) Des Stadt-Schultheissen* † S' WOLFERAMI SCULTETI DE FRA . KEN.

260. Cristian, Erzbischof von Mainz, ertheilt zu dem Verkauf des Klosterhofes Riethuesen seine Zustimmung.

1250.

Orig. Urk. im Gr. G. Staatsarchiv zu Darmstadt.

CRiſtianus dei gratia ſce Maguntine ſedis Archie-

Digitized by Google

piscopus. Sacri Imperii per Germaniam Archi | cancellarius in perpetuum universis. Licet alienationes possessionum. quas Ecclesie de pia liberali | tate fidelium sunt adepte et legittime sanctiones. et iura canonica interdicant. pen | sata tamen equitate. in certis casibus si urgens cogat necessitas. aut evidens suadeat utilitas. has indulgent. Hinc | est quod dilecti in christo. prepositus et conuentus. | Monasterii in Elvenstad Premonstratensis ordinis. Maguntine diocesis. sui monasterii urgen | ti necessitate inspecta. curtem suam in Riethuesen. nostre dioceseos cum suis iuribus et | attinentiis universis. que et priuilegia super eadem curte manifestius attestantur. pro certa | summa pecunie vendiderunt dilectis in Christo Abbati. et Conuentui monasterii in Eberbach. | Cisterciensis ordinis. eiusdem dioceseos. de nostra conniuentia et consensu. In huis uendi-| tionis et emptionis testimonium. et euidentiam ampliorem. damus has litteras sigilli nostri munimine roboratas. Actum anno dni M°. CC°. Quinquagesimo. Pontificatus nostri anno primo.

Das Siegel des Ausstellers in gelblichem Wachs hängt, beinahe unbeschädigt, an einem Pergamentstreifen. Umschrift: CRISTIAN.. RA SCE . M... VNTINE. SEDIS. ARCHIEP....

---

261. Albert, Gerard u. Burchard von Wolfiskelen, Gebrüder, verkaufen ihre Lehnsrechte auf den Hof Walheim an das Kl. Eberbach.

1250, *März.*

Orig. Urkunde im G. Geh. Staatsarchiv zu Darmstadt.

In nomine dni amen. Nos Albertus. Gerardus. Burchardus et ego Emercho filius Gerardi. dicti de Wolfiskelen. Tenore presentium innotescere cupimus |

Digitized by Google

tam preſentibus quam futuris quod nos de communi conſilio et conſenſu indulſimus Theoderico et Theoderico fratribus dictis de Ulmisheim quod quidquam a nobis in curia | fratrum Eberbacensium dicta Walheim. iure feodi poſſidebant, monaſterio et conventui Eberbacensi pro LXXXX. marcis monete coloniensis cum omni integritate | vendiderunt, et nostro accedente conſenſu tradiderunt, nobis coram domino Gerlaco de biblinheim. vice ſculteto in Oppenheim renunciantibus, et in manus dni Walteri | abbatis Eberbacensis una cum prelibatis germanis. Th. et Th. de Ulvirsheim eadem bona reſignantibus. Preterea pro cautela forciore nos prelibati de Wolfiſkelen | aſſumptis una nobiscum Heinrico milite dicto fulleſchuzelen et Heinrico de Dornheim fideiuſſores nos conſtituimus et fide data compromiſimus quod cum | nepos noſter Emercho filius Giſilberti defuncti ad annos diſcretionis peruenerit ſicut et noſ vendicioni prefate renuntiet, et ſiquid iuris in prelibato feodo | habere dinoſcitur in manus abbatis Eberbacenſis libere et abſolute reconſignet. Alioquin nos qui fideiuſſores ſumus intrabimus civitatem Oppenheim inde non egreſſuri niſi quod fide data promiſimus perducatur ad effectum. Ceterum ſi unum ex nobis qui fideiuſſores ſumus domino evocante mori contigerit, ab abbate ſeu fratribus de Eberbach premoniti infra ·XIIII· dies alium fideiuſſorem loco defuncti ſubſtituemus. qui pari pena ut premiſſum eſt conſtringatur. Ut autem hec ordinacio | conventui Eberbacensi. sana. libera. et inconvulſa permaneat, et ne ab aliquo ſuccedentium choheredum noſtrorum ſeu iam exiſtentium poſſit irritari preſens ſcriptum de nostra liberalitate et de fratrum de Ulvirsheim ſupplici petitione

Digitized by Google

nostris ſigillis duximus roborari. Acta ſunt hec Anno dnice | incarnationis ·M·CC· quinquageſimo. Menſe Martio.

Teſtes huius rei ſunt Oddo ſenior. et Oddo junior. Wernerus Unbescheiden. Eberardus de litwilre. | Petrus de Winoldesheim. Herbordus ſuze. Eberardus fulleſchuzele. Milites. Item burgenſes Emercho de kirchberg. Udo de bûdensheim. Herbordus de Spizheim. Volradus de dornheim. Item dns Abbas walterus. frater Albertus et frater Simon ſacerdotes. frater Ludewicus magiſter in Dinenheim. et alii quam plures. | Ego etiam Margwardus ſcultetus in Oppenheim ad peticionem partium preſentem paginam in evidentius teſtimonium meo et civitatis in Oppenheim ſigillis feci communiri.

An Pergamentstreif hängen:

1. † S. AL. ERTI DE WOLVESCHELEN.
2. † S. GERARDI DE WOLVS . . . *(ein Bruchstück)*.
3. † SIG . . . UM BURCHARDI DE WOLFISKELEN.
4. † S. GISILBERTI D . WOLVESCHELEN.
5. S. MARQUARDI SCULTETI IN OP . . . HEIM.
6. *Das Siegel der Stadt O., linke Hälfte weggebrochen.*

---

262. Walter, Propst, und das Kapitel zu Elvistat vollziehen förmlich den obgedachten Verkauf ihres Hofes Rihthusen an das Kl. Eberbach.

1250, *März.*

Orig. Urk. im Gr. G. Staatsarchiv zu Darmstadt.

Walterus dei gratia prepositus. Totumque capitulum in Eluiſtat ordinis premonſtratensis. omnibus im | perpetuum. Quum ſicut folium quod vento rapitur ſic repentino caſu labitur humana mortalitas. | dignum eſt et ydoneum. ut facta memorie digna ſcripturarum teſtimoniis

Digitized by Google

fulciantur. Innoteſcat | igitur tam preſentibus quam futuris quod noſ de communi conſilio et conſenſu. curiam noſtram in Riht | huſen cum omni integritate. vtilitate. et libertate. in siluis. agris. pratis. et paſcuis. | et locum in quo curia ſita eſt cum omni jure quod noſ poſſedimus eandem vendidimus et tradidimus | accedente consenſu venerabilis patris noſtri domini Cristiani Maguntinenſis Archiepiſcopi. monaſterio et conuentui | Eberbacenſi pro CCC. marcis numerate pecunie libere et abſolute poſſidendam. Ita tamen quod Ecclesie | Sci Albani .XL. maltra triticj. et XX. maltra ordej. Hertwico eſelwegge .VI. maltra triticj. Herbordo dicto ſuzen. VI. maltra triticj. Oddoni de Oppenheim duobus annis. VIII. maltra ordej. et totidem Auene. tercio anno nichil eidem. menſure Maguntine ratione decime ſingulis annis perſoluantur. Preterea illis | de Wolfiskelen .VI. maltra triticj. Sculteto de Frankenuort annis ſingulis einen Ber et botas quatuor ut | perſonas et res in eadem curia poſitas efficacius tueatur. Preterea quaedam pars vnius bũonde ſicut ſtipi|tibus est ſignata parochie in Dornheim ſuo tempore ſata decimabit. Inſuper Monaſterium et Conventum de | Eberbach. exigente iuſticia ab omni impeticione ſeu vexatione vndecũnque provenientium eximemus. | Ut autem hec ordinatio iam dicto Monaſterio et Conuentui rata. ſana et inconvulſa permaneat preſens | ſcriptum noſtro et eccleſie nostre ſigillis roborauimus. Acta ſunt hec Anno M. CC. quinquageſimo. Menſe Martio.

Teſtes huius rei ſunt Magiſter Ludwicus prepoſitus ſci Victoris. Dominus Eberardus Archipresbyter. Dominus Si|mon de Schonenberc. Arnoldus Camerarius. Arnoldus Walbodo. Volradus de fonte. Humbertus de Widere. | Erkinboldus. Cunra-

Digitized by Google

dus de Racen. Cunradus de Zagelbach. Cunradus de Wiſebaden. Rupertus et Embricho | fratres milites de Scharpenſtein. Nicholaus ſocius camerarii et Alii quam plures.

An Pergamentstreifen hängen die beiden Siegel 1) des Abtes in röthlichem Wachs: ..IGILLVM PP... ELVENSTA. *2) Das am Rande stark beschädigte des Konvents: Maria mit dem Kinde, sitzend; Umschr.:* P.....S IN ELVENSTAT.

---

263. Schultheis, Schöffen und gesammte Bürgerschaft zu Oppenheim bezeugen den obgedachten Verkauf des Hofes Rithusen an das Kl. Eberbach.

1250, *März 16.*

Orig. Urk, im Gr. G. Staatsarchiv zu Darmstadt.

Nos Marquardus scultetus. scabini. milites et univerſi civeſ in Oppenheim univerſis Chriſti fidelibus litteraſ | preſentes inſpecturis ſalutem et preſens ſcriptum perpetuo ualiturum. Veritatiſ amica ſimplicitas acta | legitima geri ſic non patitur ut aliqua postmodum interueniente calumpnia deformentur. Hinc eſt quod ad | noticiam preſencium et futurorum cupimus pervenire quod conſtituti in preſentia noſtra venerabilis dominus Waltherus.| prepoſitus in Eluenſtat premonſtratenſis ordinis et quidam pociores ſui conuentus clerici et laici fratres profitebantur | publice coram nobis quod de communi conſilio et conſenſu ſui conuentus curiam eorum in Rithuſen. cum omni | integritate. vtilitate. et libertate in silvis. agris. pratis et paſcuis. et locum in quo curia ſita eſt cum omni | ivre quo ipsam cvriam hactenus poſſedervnt, uendiderunt monaſterio et conuentui Eberbacenſi ciſterciensis ordinis | et reſignaverunt eandem in manus venerabi-

Digitized by Google

lis uiri Waltheri abbatis Eberbacenſis coram reuerendo domino. C. dei gratia | Archiepiſcopo Maguntino et coram sculteto. scabinis. militibus. et civibus in Frankenvort et etiam in predio | dicte curtis preſentibus multis providiſ et honeſtis.

Teſtes qui reſignationi in prediis curie aderant ſunt hii. videlicet. Petrus de Winoldiſheim. Heinricus de kûningelnheim. Eberhardus Vûlleſcuzela. Belmannus Peregrinuſ | de Bertoldiſheim. et Otto ivnior. milites Embricho Kirhberc. et Udo de Bûnſheim. civeſ. et alii quamplureſ. | Nos vero ad peticionem utriuſqne partis et predicte uenditionis et reſignationis teſtimonium. litteraſ preſentes conſcribi | iuſſimus noſtrorumque ſigillorum appenſionibus roborari. Datum anno dni. M°. CC°. quinquageſimo. | XVII°. Kal. Aprilis VII°. Indictione.

Zwei Siegel hängen an Pergamentstreifen an: 1) † S. M . . CVARDI SCULTETI IN OPPENHEIM. *2) Das ältere Stadtsiegel, in braunem Wachs; zur Linken ist ein Stück abgebrochen. F gekrönter Kopf. Umschr.:* † SIGILLV. BURIENSIV ..... HEIM.

---

264. Bertold Schuhe, Burgmann, von Strumberg, und die Seinigen verzichten auf ihre Ansprüche an das Kl. Eberbach.

***1250**, im Mai.*

Orig. Urk. im Landesarchiv zu Idstein.

In nomine domini. Cûnradus notarius illuſtris comitis Palatini reni. procurator in vûrstinberg et Wernerus dapifer in Alzeien. omnibus Christi | fidelibus in perpetuum. In quolibet bono dignum eſt homine ut promiſſum ſuum effectum conpleat conſequentem. Nouerint ergo uniuerſi hoc ſcriptum | inſpecturi quod dns Bertoldus ſchûhe. de ſtrumberg. acceptis quinque

Digitized by Google

marcis ab ecclesia Eberbacenſi renunciavit coram uniuerſis caſtrenſibus dicti caſtri | omni actioni et querimonie. quam contra ipſam ecclesiam habebat vel habere poterat ratione cuiuſdam Gůmpelmanni ſui hominis et ratione poledri quem ſibi quandoque | promiſerat cellerarius ecclesie memorate. Promiſit etiam fide data in manus Wickenandi prioris Eberbacensis et in manus domini Sybelmanni. quod nunquam deinceps | ſuper premiſſis mouebit aliquam ecclesie queſtionem nec ei moleſtiam inferet vel gravamen. Eodem quoque modo dna Adelheidis uxor ſua. et filius eorum | Ůdo. renunciauerunt et omnia premiſſa firmiter promiſerunt. Preterea dominus Bertoldus ut maiorem ecclesie faceret certitudinem compromiſit quod filium | ſuum Nycolaum. ſi forte reuerſus fuerit ad patriam talem habebit quod omni actioni et querimonie quam occaſione prefati Gůmpelmanni atque poledri | excogitare poterit contra ecclesiam nominatam ablitute renunciabit et quod neque aliquis filiorum eius neque domina Hedewigis filia ſua. nec quiſpiám | heredum ſuorum in cauſa tam evidenter iam ſopita. ullam in perpetuum queret occaſionem contra ſepedictam ecclesiam malignandi. Quapropter ad | habundantem cautelam bona ſua in Sůmerlachen obligauit ecclesie antedicte in hunc modum ut ſi predictorum aliquis non conſenſerit compoſitioni facte | inter ipsum et ecclesiam et hac occaſione res eccleſie violenter ac temere inuaſerit quod eccleſia bona illa tam diu poſſidebit titulo proprietatis donec reus eiusmodi | facti compoſicioni conſenciens, ecclesie de illatis ab|eo dampnis ſatiſſecerit competentem. Igitur ne iam dicte compoſitioni ulla inposterum fraudulenta poſſet annecti | exceptio ad peticionem partium hoc ſcripto ſigillorum noſtrorum impreſſionibus roborato duximus precavere.

Digitized by Google

Teſtibus ſubſcriptis quorum hec ſunt nomina.| frater Arnoldus grangiarius in Eberbach. frater Anſhelmus conuerſus ibidem et magiſter in Breidenvas. Item Wildericuſ. Sibelmannus. Wernerus azzo. Burcardus|. Marcwardus. Kyndelman. milites in ſtrumberg. Godelman. himeſtoz. et alii quam plures de familia dicti caſtri. Acta ſunt hec anno dni .M. CC. Quinquageſimo. menſe Maiio. Indictione. octava.

An Pergamentstreif hängt ein Siegel mit der Umschrift: † S . CVN . NO . . . AS . WORM . ; *das zweite ist abgerissen.*

---

265. Reinbold von Burnhoven, Ritter, und Sophya, Eheleute, vertauschen ihre Güter zu Osterspeie gegen den Eberbacher Hof im Juden-Viertel zu Bopard.

***1250,** Mai 6.*

Orig. Urk. im Landesarchiv zu Idstein.

Reinboldus miles de Burnhouen. ciuis Bopardienſis. univerſis preſentem paginam inſpecturis notum eſſe cupimus | quod nos una cum collaterali noſtra Sophya et liberis nostris pari uoluntate et conſenſu mutuavimus bona noſtra | ſubſcripta apud Oſterſpeie conventui s. Marie in Eberbach et fratri Henrico magiſtro curie ibidem loco predicti | conventuſ pro curia ſua in ciuitate Bopardienſi, quam Cunradus notarius vendidit olim ecclesie memorate | que ſita eſt in vico iudeorum. Et hec ſunt bona mutuata. — Hartmannus de Speie de vinea ſuper Campo ſoluet | in feſto s. Martini ſingulis annis ecclesie memorate quinque ſolidos colon. denariorum.

Idem dabit pullum in carniprivio. Item Godeſcalcus frater eiuſdem de vinea in eodem loco ·III· ſolidos in feſto s. Martini et pullum in carniprivio. Item Tha|mar in ipſo loco ·II· ſolidos in feſto s. Martini et pullum in carniprivio. Item Cunradus de Speie in ipso loco quinque ſolidos | in feſto Martini et pullum in Carniprivio. Item Sifridus filius paſtoris in Campo ſuperiore. de vinea ·XIIII· den. in feſto Mar|tini et pullum in carniprivio. Item Volcmarus de vinea in Campo XVIII. denarios et duos pullos in carniprivio et duaſ anſereſ in feſto | S. Remigii. Item duaſ vineaſ in Campo predicto. Item nos Reinboldus ſingulis annis in feſto s. Martini dabimus | fratri Henrico et ecclesie memorate ·VI· ſolidos quouſque emat alia bona dicto conventui pro ipsis ·VI· ſolidis pro quibus fideiuſſoreſ ſunt | Hartliuus. Giſelbertus et Albertus de Speie. quod ſi infra nativitatem domini proxime venturam non aſſignauerint de bonis | ſingulis ·VI· ſolidos Colon. ſoluenteſ predicti fideiuſſoreſ more fideiuſſorum tandiu ſatiſfacerent quouſque perficiat predicta. — | Et quoniam predicti hominеſ dicta bona poſſident hereditario iure. ſi aliquis ipsorum deceſſerit et de medio fuerit ſublatus | faciet ecclesie ſupradicte iuſ deinde contingenſ quod dicitur uůrhure. Igitur ut hec firma ſemper permaneant et incon|vulſa et a nullius improbitate valeant perturbari. preſentem ſcedulam noſtro roboravimus ſigillo. — Actum | anno dni Mill. ducenteſimo. quinquageſimo, Johanniſ ante portam Latinam.

An grüner Schnur hängt das Siegel des Ausstellers (ein achtstrahliger Stern), am Rande beschädigt:

† . . . INBOL . . . DE BORNH . . . N

266. Siffrid und Elysabeht von Husenstam verzichten auf alle ihre Ansprüche an den Klosterhof Gebenbrunnen.

1250, *im Juli.*

Orig. Urk. im Landesarchiv zu Idstein.

In nomine domini Amen. Ego Siffridus et Elysabeht uxor mea de husenstam. Innotescere cupimus tam praesentibus | quam futuris quod nos de communi consilio et consensu accedente etiam consensu Heinr. senioris filii nostri. et | omnium liberorum nostrorum propter beatam virginem Mariam. et in remissionem nostrorum peccaminum. renuntiauimus | omni actioni si quam habere videbamur aduersus Grangiam in Gebenbrunnen super decimis agrorum. et noualium cultorum | et incultorum. ibidem sitorum. Ita quod clausstrum de Eberbach. et conventus quibus iamdicta grangia omni iure pertinet | ab omni impeticione siue vexatione nostra et liberorum nostrorum nunc viuentium et inantea nobis succedentium de cetero | sit libera et absoluta. Speramus enim vehementer quod per glorioſam virginem et matrem domini ibi nobis merces recompensetur, ubi nec tynee nec erugini datur iustorum gloriam demoliri. Igitur ut hec nostra concessio predicte ecclesie et conuentui | rata et illibata permaneat praesens scriptum nostro duximus sigillo communiri. Acta sunt hec anno domini M.° | CC°. quinquagesimo. Mense Julio.

Das S. fehlt.

267. Gisilbert Fuchs von Rudensheim, Ritter, und Jutta, Eheleute, vermachen dem Kl. Eberbach vier Ohm Wein zu einem ewigen Licht.

1251.

Orig. Urkunde im Landesarchiv zu Idstein.

In nomine domini. Noverint univerſi hoc ſcriptum audituri quod Ego Gisilbertus miles de Rûdenſheim cognomento | wlpes. et uxor mea domina Jutta communicata manu. habito etiam liberorum noſtrorum conſenſu in remedium animarum noſtrarum | ſimulque progenitorum. noſtrorum legauimus quatuor Amaſ vini ad lumen quod inceſſabiliter omnibus noctibus ardebit | in loco in quo Eberbacenſis eccleſie monachi ſenioreſ ac debilioreſ dormiunt. de boniſ noſtris in villa Eberbach | ſitiſ. anniſ ſinguliſ perſoluendas. donec ego G. vel aliuſ heredum meorum ſucceſſor predictas quatuor amaſ | redimat quinque marciſ. quibus procurabitur ut ſine vlla contradictione vel impedimento in loco prefato abſque defectu lumen | iugiter habeatur. Ad maiorem ergo huius facti euidenciam preſentem ſcedulam ſigilli mei munimine roboraui. | Actum anno dni M. CC. Quinquageſimo. Primo.

Das an Pergamentstreif anhangende Sieget ist unversehrt.

† S. GISELBERTI VVLPIS DE RVDENSHEIM.

---

268. König Kunrad befreit das Kl. Eberbach von dem Zoll in Bobard.

1251, *März 27.*

Orig. Urk. im Landesarchiv zu Idstein.*)

Cunradus dei gratia Romanorum in regem electus

*) Ein Duplikat unserer Urk. unterscheidet sich nur in der

Digitized by Google

ſemper auguſtus Jeruſalem et Sycilie rex | in perp. Cum omneſ imperii Romani fideles ex collata nobis a deo poteſtate | clementi ſemper reſpectui defensare debeamus religioſos maxime viroſ ob cultum religionis | ut liberius deo famulari valeant ſub alis protectionis noſtre fovere et in temporalibus | promovere volumus. quatenus eorum orationibus adiuti miſericordiam et gratiam apud regem regum | obtinere mereamur. Noverint ergo preſentes et futuri ſcriptum hoc audituri quod noſ audita | benignitate ſpeciali quam pater noſter F r i d e r i c u s Romanorum imperator multis modis ſepius | exhibuit eberbacenſi eccleſie pari devotionis affectu inſpirati indulſimus omnibus fratribus eiuſdem | cenobii ut cum navibus et ſubſtantia ſua per alueum rheni deſcendenteſ et aſcendentes | liberi ſint penitus et immunes apud b o b a r d i a m et in omnibus locis que nostre ſunt iurisdictionis | ab omni theloneo et exactione que ab aliiſ tranſeuntibus ſolent poſtulari hoc adicientes | ſi forte theloneum b o b a r d i e alicui fuerit commiſſum vel | expoſitum ne aliquam poteſtatem habeat prefatos fratres gravandi. aut quicquam ab eis | exigendi praecipue cum eoſ ante talem commiſsionem ab omni gravamine intuitu dei et pro ſalute anime noſtre | abſolverimus et contra factum nostrum nichil ad ipſorum diſpendium fieri decreverimus. Datum | apud O p p e n h e i m anno ab inc. dni M°. CC°. LI°. XXVII. Marcii, Nonc Indictionis.

An Pergamentstreif hängt, am Rande beschädigt, das braune S. des Ausstellers: † CVNRAD' D . . . FIDICI FILIVS . DI . GRA . ROMANOR . IN REGEM ELECTVS.

Datirung: apud I n g e l n h e i m — und in der Siegelung. Das anhangende fast zur Hälfte weggebrochene S. von rothem Wachs zeigt noch den Schluss der Umschrift: . . . REX SEMP: AVGVSTVS.

Digitized by Google

269. Fromme Klosterleute, Männer und Frauen, schenken dem Kl. Eberbach ein Kapital zur Aufbesserung der Mahlzeiten des Convents.

1252.

Orig. Urk. im Landesarchiv zu Idstein.

Frater Waltherus dictus Abbas et conuentus in Eberbach. Digne posterorum memorie per scripta porrigimus que a nobis rationa|biliter fuerint constituta. ne forte in rebus pie ordinatis. ipsi a nostro consensu dissencìant vel recedant. Hinc est quod presentis scripti auditori|bus constare cupimus. qualiter quidam boni homines nostri familiares. tam viri quam femine. pia ducti devotione. Centum marcas pro suarum salute | animarum ecclesie nostre sub tali forma liberaliter contulerunt. Ut videlicet cellerario coquine pro tempore tunc existenti. dentur singulis annis in eb | domada pasche. per vestiarium nostrum octo marce. quibus per totam estatem. scilicet a pascha usque ad exaltationem sce crucis. conventui cuius dieta pro cul | dubio fuerat hactenus nimis tenuis in victualibus possit pro consolatione honestius ad cenam et commodius providere. Si autem quod absit. aliqui suc|cessorum nostrorum. istam gratiam a memoratis benefactoribus conventui nostro factam impedire vel etiam infringere voluerint. obligamus ad hoc decimam | animalium infra curiam nostram Heselach ecclesie sci Albani maguntine. ut eadem decima. tam diu cedat prefate ecclesie. donec tollatur omne | impedimentum huius tam pie ac necessarie concessionis. Preterea constituimus ut maior cellerarius domus nostre qui hactenus consuevit ad usus officii | sui albam lanam. de agnis annuatim accipere. de cetero ad idem opus vestiario relinquere non omittat. Ad maiorem huius rei evi-

Digitized by Google

denciam. preſentem notulam. teſtimoniiſ ſigillorum. eccleſie videlicet s. Albani Maguntini. et noſtro fecimus communiri. | Actum Anno dni M⁰. CC⁰. Quinquagesimo. secundo.

An Pergamentstreif hängen wohlerhalten an:

1) † SCS. ALBANUS. MARTIR CHRISTI.

2) Das S. des Ausstellers.

---

270. Wolfram, Decan des S. Walpurgis Stifts in Wileburch, schenkt dem Kl. Eberbach eine Geldsumme zur Aufbesserung der Mahlzeiten des Convents.

1252.

Orig. Urk. im Landesarchiv zu Idstein.

Frater Waltherus dictus abbas et conuentus sce Marie in Eberbach. Digne per ſcripta memorie porrigimus | poſterorum que a nobis fuerant pie ac racionabiliter conſtituta. ne forte in rebus bene ordinatis a nostro conſenſu ipſi in poſterum dif | ſenciant vel recedant. Hinc eſt quod vniuerſis preſentis ſcripti auditoribus cupimus conſtare quod venerabilis pater dnus Wolframus | decanus sce Walpurgis in wileburch pia ductus devotione liberaliter contulit ecclesie nostre. LX. marcas pro ſalute anime | fue. ſuorumque progenitorum. et quidam alii familiareſ nostri tam viri quam femine. pari ac | cenſi devotione addiderunt ad | ſupradictam pecunie ſummam XL. marcas ita ut de centum marcis cellerario coquine nostre pro tempore tunc exiſtenti. anniſ ſingulis in | ebdomada Paſche detur per ueſtiarium nostrum ſine aliqua difficultate penſio octo marcarum. quibus per totam eſtatem. videlicet a paſ | cha uſque ad exaltacionem ſce crucis conventui. cuius dieta fuerat hactenus nimiſ tenuis in uictualibus poſſit pro

Digitized by Google

conſolacione ad | cenam commodius ac honeſtius prouidere. Si autem quod abſit aliqui ſucceſſorum nostrorum hanc graciam ſeu conſolacionem a memoratis bene|factoribus conuentui nostro factam impedire vel eciam infringere uoluerint obligamus ad hoc curiam nostram in Hademar ecclesie ſce Walpurgis in Wilburch, ut videlicet eidem ecclesie tamdiu competat actis contra prefatam curiam in LX. marcis donec | tollatur omne impedimentum huius tam pie ac neceſſarie conceſſionis. Ad maiorem igitur geſte rei euidenciam preſentem | litteram teſtimonio ſigillorum ecclesie ſcilicet in wileburc et noſtre fecimus communiri. Actum Anno dni M⁰. CC⁰. Quinquagesimo Secundo.

An Pergamentstreif hängt: 1) Das S. des Ausstellers. 2) SIGILL' SCE WALEpurgis in wilebuRC, *stark beschädigt.*

---

271. Heinrich Rose von Wilnouwe, Ritter, und Gerdrudis, Eheleute, übergeben dem Kl. Eberbach die Hälfte ihres Hofes Roden.

1252, *Febr. 17.*

Orig. Urk. im Landesarchiv zu Idstein.

Heinricus de Wilnouwe. Imperialis Aule Marſcalcus Noſſe volumus univerſos Chriſti fideles preſens scriptum | inſpecturoſ. quod Heinricus miles cognomento Roſa. et eiuſ uxor domina Gerdrudis in Wilnouwe commorantes | pari deuocione ducti monaſterio Eberbacenſi pro remedio animarum ſuarum ac parentum ſuorum scilicet Margwardi et | Jutte iam defunctorum. dimidiam curtem ſuam cum omnibus appendiciis ſuis in Roden prope Etgenſtein ſitam | manu contulerunt communicata. Ita tamen ut ipsi eadem bona ſub annuo cenſu videlicet unius ſolidi colonienſis in feſto b. | Martini

Digitized by Google

perſolvendi ad uite ſue terminum poſſideant. Sane uno eorum de medio ſublato dimidietas bonorum predictorum ad ec clesiam memoratam abſolute pertinebit. Altero vero ab hoc ſeculo decedente pars reliqua totaliter omni heredum ſucceſſione excluſa ad ecclesiam | prefatam libere deuoluetur. Preterea ſciendum ſi ecclesia iam dicta bona predicta vendere voluerit et heredes memorati viri ſcilicet domini Roſe | comparare uoluerint redimendi pro XII. marcis liberam habeant facultatem. Actum anno dni M°. CC°. LII. XIII°. Kal. Marcii preſentibus et | conſentientibus Gerardo Speht. Theoderico fratre domini Roſe et filiis fratris ſui, Capellano et Notario eiusdem loci, fratre Bernoldo monacho | de Eberbach et aliis quam plu-ribus. Ne igitur monaſterium memoratum ſuper donacione premiſſa a quoquam hominum in poſterum valeat moleſ-tari | preſentem cartulam sigilli mei munimine feci roborari

Das S. des Ausstellers, identisch mit dem der Grafen von Diez, hängt bis auf den weggebrochenen Rand wohlerhalten an. Von der Umschrift ist nur noch zu lesen: † . . . . E || DITSE.

---

272. Diether und Eberhard, Grafen von Kacinellinbogen, befreien das Kl. Eberbach vom Rheinzoll bei ihrem Schloss Rinefels.

1252, *Juli 1.*

Orig. Urk. im Landesarchiv zu Idstein.

Nos Dietherus comes de Kacinellinbogen et Eberardus [1]) frater noſter Tenore preſentium recognoſcimus et ad univerſorum noticiam cupimus | pervenire quod noſ volenteſ glorioſam virginem [2]) dei genitricem mariam ſub ſpe praemii ſempiterni in ſuiſ miniſtriſ videlicet .. abbate et fratribus monaſterii Eberbacenſis ciſterciensis ordinis

Moguntine dioceſis perpetuiſ beneficiis honorare, eis ſingulis et univerſis ob grata devotioniſ eorum merita preſentiſ | ſcripti teſtimonio indulſimus et perpetuiſ temporibus indulgemus quod tam fratres quam nuncii et naveſ eiuſdem monaſterii nec non bona alia qualiacunque fuerint | eorundem, ſive Reni per alveum aſcendant vel deſcendant ſeu terraſ tranſeant in diſtrictu noſtro in caſtro noſtro Rinefels ac in aliis oppidiſ et | caſtris noſtriſ ac in lociſ quibuſlibet in quibus dominium obtinemus vel obtinebimus in futuro erunt a ſolutione thelonei et ab exactione qualibet libere abſoluta Ita | videlicet quod penitus nichil dabunt noſtriſ procuratoribus ſive officialibus ſeu caſtellaniſ aut thelonearіis vel famulis eorundem. Ipſi utique abbas et | fratreſ praefati cum boniſ et perſoniſ eorum ſub noſtre defenſioniſ praeſidio et conductu ſemper exiſtenteſ de loco ad locum in diſtrictu noſtro a nobis et amiciſ | nōſtriſ tranſibunt et redibunt ac manebunt ſecuri et erunt ab omni occupatione et moleſtatione qualibet liberi et indempneſ. Mandanteſ ſingulis | et univerſis noſtriſ fidelibus et amiciſ et eiſ ſub obtentu gratie noſtre firmiter iniungenteſ ut premiſſa fideliter et inviolabiliter obſervanteſ, eoſdem | abbatem et fratreſ dicti monaſterii cum boniſ et perſonis eorum ſive nunciis efficaciter promoveant, manuteneant, foveant et conducant. In cuius facti memo|riam et perpetuam firmitatem ne aliquorum malicia in contrarium aliquid attemptare preſumat, preſentem literam venerabilium dominorum domini Gerhardi ſancte Maguntine | ſediſ et domini Arnoldi Trevirorum archiepiſcoporum ac noſtro ſigillis preſentibus duximus roborandam.

Teſtes huius conceſſionis ſeu indulſionis nostre ſunt | Hartwigus[3]) abbas de Grunowe. Heinricus decanus. Hermannus cuſtoſ Totuſque conventuſ ecclesie ſci Goariſ.

Digitized by Google

Theodericuſ de kacinelinbogen. Heinricus | filiuſ ſuuſ. Heinricus dapifer. Theodericus filiuſ ſuuſ. Conradus filiuſ dapiferi [4]) Dimo. Heilemannus. Wigandus de Bulingen et Roricus filius ſuus milites. Theodericus filius dicti Wigandi, Pe|trus et Theodericus filii Irmengardis. Johannes frater Conradi et Johannes filiuſ Conradi, Item in hohenſtein Conradus | filius Waltheri, Hermannus frater ſuuſ, Reinoldus frater Reinoldi Theodericus Lowere. Boimundus frater ſuus. Hermanus | dictus Durchtenbus. Heinricus de Ethegenſtein avunculus eorum. Dammo de hoinstein. Reinoldus frater ſuus. Einolfus de Hoinſtein Emercho filius Emerchoniſ de Hoinſtein et Heinricus dictus Bize de Rinefels et quamplures alii fidedigni. Actum Moguntie in palatio venerabilis dni archiepiſcopi Moguntini, Exiſtente tunc ibidem inclito dno Willelmo Romanorum rege | Illuſtri. Anno dni M°. CC°. L°. ſecundo. Kal. Julii. *)

Drei Siegel hängen:

1) *An roth seidener Schnur, in rothem Wachs, des Erzb. v. Mainz:* † GE . . . . . EDIS ARCHIEP. *Bruchst.*
2) *An grün seidener Schnur, beschädigt:* † ARNOLDVS DEI GRAT . . . . . ORUM ARCHIEPC.
3) *An gelb und weissen seidenen Fäden, in rothem Wachs:* † S, DI . . . . . ITIS . . . . . ELLENBOGEN, *beschädigt.*

*) Die Urk. ist doppelt ausgefertigt. Wir notiren die Varianten des zweiten Exemplars. 1) Eberhardus. 2) glorios. dei genitr. 3) Dominus Heinricus. 4) Von hier an fehlen alle Zeugen; dafür: Conr. fil. dapiferi et quamplures alii fidedigni.

Digitized by Google

273. Koenig Wilhelm befreit die Eberbacher Klostergüter bei Jngelnheim von aller Steuer.

1252, *Octob. 10.*

Ocul. Mem. II, Fol. XI.

Wilhelmus dei gratia Romanorum rex ſemper auguſtus, univerſis ſacri imperii fidelibus praeſentem paginam inſpecturis gratiam ſuam et omne bonum. Meritis ſacre religionis inducimur ut perſonas religioſas et loca benigni favoris gratia iugiter proſequentes ad imitationem praedeceſſorum noſtrorum Jmperatorum et regum ipſorum petitionibus benignius annuamus. Hinc eſt quod nos precibus dilectorum noſtrorum abbatis et conventus monaſterii de eberbacho Cyſterc. ordinis benignum accomodantes auditum eoſ ab axactione precaria ſeu petitione quinque marcarum colonienſium annuatim de bonis quae apud ingelnheim' obtinent, in praeſenti vel in futurum iuſtis modiſ poterunt adipiſci, liberalitate regia duximus eximendos. Tenore praeſentium diſtrictius inhibentes ne quis contra hanc noſtram gratiam impedire audeat vel etiam moleſtare. Quod qui facere praeſumpſerit gravem celſitudinis noſtre offenſam ſe noverit incurſurum. — Datum in caſtris aput frankewerdc. VI. Idus Octobr. Indictione XI. anno domini M°. CC°. LII°.

274. Die Äbte von Claustrum und von Eberbach lassen sich im Krankenhaus zu Cisterz eine Wohnung einrichten.

1253.

Orig. Urkunde im Landesarchiv zu Idstein.

Frater H. dictus abbas Ciſterc. totusque conuentus

Digitized by Google

omnibus hoc ſcriptum inſpecturiſ ſalutem | in omnium ſaluatore. Notum eſſe volumuſ quod noſ recepimus ab abbatibuſ de | Clauſtro et de Eberbach et eorum generationibus quadragiuta libras Turonensium ad faciendum | ipſiſ cameram in nouo infirmitorio nostro de decem lectis ad minus ubi tempore capituli | generalis honeſte ſimul poſſint habitare. et donec illam cameram in infirmitorio perficiamuſ | cameram inferiorem in domo duciſ ipſiſ fecimus aſſignari. In cuius rei teſtimonium preſentem | cartam ſigillo nostro fecimus ſigillari. Datum anno dni M⁰. CC⁰. LIII⁰. tempore Capituli generalis.

Von dem Siegel hängt nur noch ein Stück an.

---

275. Ulrich von Mincenberg schenkt dem Kl. Eberbach seine Hofstatt in Oppenheim.

1253, *Jan. 23.*

Orig. Urk. im Gr. G. Staatsarchiv zu Darmstadt.

Ulricus de Mincenberg. Ad univerſos noticiam preſenti pagina cupimus pervenire quod | dilectorum nobis abbatis et conventus de Eberbach precibus inclinati aream noſtram in | Oppenheim ſitam. curie iam dictorum abbatis et conventus de Eberbach contiguam ipſis in | remedium anime noſtre et nostrorum contulimus progenitorum ea tamen condicione ut ſi aliqua | edificia ardua in iam dicta area conſtrucſerint, noſ hoſpicio in eiſdem ſi quandoque illo di | vertere contigerit, recipiant in nullo preter ſolum hoſpicium obligati. In huius rei noticiam preſenti pagine ſuper premiſſis conſcripte appenſione ſigilli noſtrib rour conceſſimus | et firmamentum. Actum Hagen anno domini M⁰.CC⁰.L.III. XV. Kal. Februarii.

Das Siegel ist abgerissen.

Digitized by Google

276. Engilfrid von Hatterheim schenkt dem Kl. Eberbach seinen Weinberg in Cullibige.

***1253**, April 20.*

Orig. Urkunde im Landesarchiv zu Idstein.

G. dei pratia ſce Magunt. ſedis Archiepiſcopus Sacri Imperii per Germaniam Archicancellarius. | Notum eſſe uolumus univerſis puod Engilfridus de Hatterheim miniſ|terialis noſter de conſenſu vxoris et heredum ſuorum dedit mo | naſterio in Eberbach eiſterc. ordinis vineam ſuam ſitam in Culli|bige et eam ipſi monaſterio eo iure quo eam poſſedit in preſencia | . . . Sculteti noſtri et scabinorum de Hatterheim publice reſignauit | hac conditione videlicet ut ipſum monaſterium dicto Engilfrido tantum | ad tempora uite ſue ſoluat medietatem fructuum qui provenerint de | eadem annuatim, et poſt mortem ipſius. E. abſque contradictione qua|libet . . uxoris et heredum ſuorum omnium ipſam uineam prefatum monaſterium | perpetuo poſſidebit libere et quiete ſoluet quod nobis ac noſtris ſucceſſo|ribus de ipſa uinea cenſum conſuetum annuatim. In cuius facti memo|riam preſens ſcriptum ſigillo noſtro facimus communiri. Datum Eberbach | Anno dni N°. CC°. LIII°. XII°. Kal. Maii Pontificatus noſtri anno secundo.

Das angehangene Siegel ist verschwunden.

---

277. Hildebrand und Methildis, Eheleute, schenken dem Kl. Eberbach ihre Weinberge zu Greige.

***1253**, Aug. 10.*

Orig. Urk. im K. Provincialarchiv zu Coblenz.

IN NOMINE SCE. ET. INDIVIDVE TRINITATIS. Univerſis ad quos praeſens ſcriptum pervenerit. Hilde-

Digitized by Google

branduſ. et uxor eiuſ Methidis. ſalutem in domino. | Quoniam generatio praeterit et generatio advenit ideo neceſſe eſt ut facta modernorum certitudine litterarum ac teſtium in cog|nitionem veniant futurorum. Innoteſcat igitur praeſentibus et futuriſ quod Ego Hildebrandus. nec non uxor mea Methildiſ. | devotionem ac ſanctitatem devotorum dei famulorum ordiniſ Cyſterſienſium apud Ebberbach. altiſſimo famulantium. attendentes | qui duoſ filioſ noſtros. ſcilicet Arnoldum et Heinricum. ad frugem melioriſ vite anelantes. intuitu beate | virginiſ caritative et abſque conditione in fratreſ ac ſocioſ paſſionum et conſolationum pariter ſuſceperunt. | eiſdem dei famulis noſtrorum heredum accedente conſenſu. quedam bona. ipſorum tamen meritis diſſimilia. voluntarie et | libere contulimuſ propter deum. bona ſunt hec. ſcilicet omnes vinee noſtre apud greige ſite tam empte. quam | iure hereditario ad noſ devolute. due in langeſceider bach. quarum unam erga dominum Conradum militem comparavimus. reliquam | vero eidem vinee ſubiacentem hereditarie poſſedimuſ. Item unam ſuper viam dictam Randeſpad. ſitam ſuper vineam abbatis | de ſconouwen. et domum in holcgazen. Frater vero Heinricuſ. dictus de caſtele. vicem conventuſ de Ebberbach gerenſ in | hac parte. in cuiuſ manum vineaſ et domum contulimus memoratam. michi Hildebrando et uxori mee. Methildi. bona | ſepedicta conceſſit. poſſidenda a nobiſ ambobus viventibus. vel ab uno. ſi alter domino vocante diſcederet. Poſt|mortem autem utriuſque bona prenominata ad conventum et fratreſ de Ebberbach. tanquam ad heredeſ legitimoſ indempnia | et libere revertentur. Ne autem tam ſalubre factum aliquorum verſutia in poſterum retractetur. univerſa predicta nobilibus|ac

ydoneiſ viriſ preſentibus ſunt peracta. ſcilicet Nantocho. ſcultheto. dno Ottone burcrauio. Humberto. Merbodone. Ottone. Fri|derico. militibus in ſconenburg. necnon ſcabinis domino Winardo. Ebberardo. Heinrico ſapientie. Johanne. Sifrido. et aliiſ quam | pluribus fide digniſ. Ut autem praedicta robur habeant. perpetue firmitatiſ. preſentem paginam ſuper hiiſ confectam | Sigillo civitatiſ Weſalie. nec non. burgravii de ſconenburc duximus confirmandam. Datum anno dni M⁰ CC⁰ LIII⁰ in vigilia beati Laurentii.

An roth seidenen Schnüren hängt:

1. *Das Siegel des Burggrafen (3 Schildchen oben, darunter 2. und 1. (das letzte fehlt); der Rand ist ringsum weggebrochen.*
2. *An roth und grüner Schnur das grosse Stadtsiegel von Wesel, in drei Bruchstücken.*

---

278. Irmendrudis, Gräfin von Kirchele, verkauft ihre Güter in Budenheim an das Kl. Eberbach.

***1253**, Aug. 31.*

Orig. Urk. im Gr. G. Staatsarchiv zu Darmstadt.

Ego Heinricus prepoſitus eccleſie ſanctimonialium in Hagene. ordinis premonſtratenſis. moguntine | dyoceſis. Tenore preſentium conteſtor quod Irmendrudis. quondam comitiſſa in kirchele. | bona ſua que habuit in Budenheim et in Sande curia clauſtri de Eberbach. abbati et con|ventui de Eberbach de conſenſu heredum ſuorum libere et abſolute vendidit. et publice in choro noſtre | eccleſie coram omnibus in manu prioriſ et camerarii de eberbach reſignavit. mittenſ ex illo die in poſte|rum in legittimam et ſempiternam poſſeſſionem. Teſteſ.

Wolframus monachus in Hagene. Jacobus

Digitized by Google

monachus | ibidem. | Wernherus monachus et infirmarius de Otterberg. Heinricus diſpenſator ipſius domine. Margareta | magistra. et alii quam pluref. Acta ſunt hec anno dni .M°. CC°. LIII°. II. Kal. Septembr. Datum apud Hagene. Quia | ſigillum proprium non habui. ſigillo dni abbatis de Rubra ecclesia uſus ſum.

Das Siegel hängt wohlerhalten an: † SIGILL. ABBATIS ECCLE. IN RODENKIRHE.

---

279. Urtheil in Sachen des Kl. Eberbach gegen das Kl. Spanheim wegen Güter in Dadenbure.

***1253**, im Octob.*

Orig. Urk. im K. Provincialarchiv zu Coblenz.

A. ſcolaſticus et G. cantor ſci Stephani Moguntini Judices a ſede apoſtolica conſtituti. In causa|que vertitur inter monaſterium Eberbacense ex una parte. et monaſterium de Spanheim ex altera | ſuper quibuſdam bonis in Dadenbure, auditis aſſertionibus hinc et inde et eiſdem diligen|ter examinatis. pro Eberbacenſi monaſterio ſententiamus in hunc modum videlicet. quod dictum mo|naſterium in Eberbach unam libram Treverenſis monete et quatuor maldra parvorum caſeorum | dicto monaſterio in Spanheim ſingulis annis ſolvat de bonis in Dadenbure memoratis. | Et quod ipſum monaſterium in Spanheim ſine conſenſu Abbatis et Conventus in Eberbach | vendendi, obligandi vel quicquam aliud faciendi circa bona praedicta nullam habeat pe|nitus poteſtatem. et ſiquid ab ipſo monaſterio in Spanheim in ipſis bonis iam ſecus factum eſt | decernimus irritum et inane. Actum anno dni M°. CC°. quinquageſimo tercio menſe Octobri.

Von beiden kleinen Siegeln sind nur noch Stückchen vorhanden.

Digitized by Google

280. Sifrid, Rheingraf, verzichtet auf sein Lehnsrecht an den Hof Waleheim.

1253, *Octob. 7.*

Orig. Urk. im Gr. G. Staatsarchiv zu Darmstadt.

R. dei gratia Abbas totusque conventus ſci Albani Maguntie. Tenore preſencium proteſtamur | quod Sifridus Ringravius iunior feodum quod ex curia Waleheim. Eberbacensis eccleſie a nobis et eccleſia nostra | tenuit, in manus nostras libere reſignavit ſicut eum facturum infra ſpacium proximi anni poſtquam | rediret ad patriam. Wernerus dapifer ſenior de Alzeien. et Wernerus Ringravius ſenior frater ſuus promiſerant | fide data. Et nos ad peticionem Sifridi de conſenſu nostri conventus hoc feodum ante dicte contulimus | eccleſie proprietatis titulo perpetuo poſſidendum. Quod etiam frater Symon monachus et ſacerdos ſub nomine illius | ecclesie ſuſcepit a nobis ad idem negocium deſtinatum. Jgitur ad maiorem evidentiam huius facti preſentem | paginam inde conſcriptam et ſigillorum nostri videlicet atque nostri conventus inpreſſione roboratam ecclesie. | porreximus ſepedicte. Actum anno dni M°. CC°. L°. tercio. Nonis Octobr. Preſentibus Arnoldo camerario. | Helferico iudeo. et Hermanno fratre camerarii et aliis quam pluribus fide dignis.

An gelb und roth seidenen Fäden hängen wohlerhalten:

1. *Das Siegel des Ausstellers:* † RUDOLF' DEI GRA' ABBAS SCI ALBANI MOG'.
2. *Das Siegel des Stifts:* † SCS ALBANUS MARTIR XPI.

Digitized by Google

281. Arnold v. Trethingishusin, Canoniker zu S. Stephan in Mainz, verfügt über seine Weinberge bei Bingen.

1253, *Octob. 25.*

Orig. Urk. im Gr. G. Staatsarchiv zu Darmstadt.

Cunradus dictus Meiger vicem gerens sculteti. Heinricus dictus Gipfhorn advocatus. Theodericus | dictus Wirouch. Anfelmus peregrinus. C. Ruckenbrot. C. dictus Gipfhorn scabini et universitas civium | pinguenfium Omnibus hec fcriptum intuentibus notum effe volumus quod Arnoldus canonicus fci Stephani | Maguntini Natus quondam Philippi de trethingifhufin coram nobis conparens de vineis fuis pinguie fitis | taliter ordinavit et ftatuit ut fi que vinee in territorio pinguenfi fite ad ipfum fpectantes tempore mortis | fue invente fuerint aput ipfum five in ipfius poffeffione quod hee cedant Wernhero filio fororis fue | Gerdrudis. Ita tamen quod dictus Wernherus nullam poteftatem habeat obligandi ipfas vel alias alienandi nifi matri|monium contrahat et pueros generet, fi autem dictus Wernherus fine prole decedet ftatuit et voluit | dictus Arnoldus quod eedem vinee abfque ulla contradictione devolvantur ad eccleſiam beate virginis in Eberbach | ut fingulis annis de ipfis anniverfarium fuum et matris fue peragatur. Hec in noftra preſentia acta effe | profitemur et figilli nostri appenfione roboramus. Actum Pinguie. anno dni M°.CC°. quinquageſimo | Tercio. VIII. Kal. Novembris preſentibus Friderico de Stede. Falckardo. Folcnando dicto ad renum. | Heinrico dicto Wulverich. Sifrido filio Richelmi.

Digitized by Google

Abelone. Balzone. et aliis quampluribus | civibus pinguenſibus.

An Pergamentſtreif hängt, ziemlich gut erhalten, das Siegel der Stadt Bingen: † PINGVIA . . MOGU . . INI . . . . IS. SPECIALIS CAMER . . .

---

282. Schiedsrichter ſchlichten einen Streit des Kl. Eberbach mit der Kirche zu Elvenſtad bezüglich des Hofes Rithusen.

1253, *Nov. 5.*

Orig. Urk. im Gr. G. Staatsarchiv zu Darmſtadt.

Judiceſ ſce Maguntine ſediſ. Conſtitutiſ in noſtra preſencia Alberto et Symone monachis de Euerbach et procuratoribus nomine ſui monaſterii ex parte una, et praeposito | et Gerlaco canonico et duobus aliis dictiſ Buzen in Elvenſtad nomine ipſius ecclesie ex parte altera, et ipſis partibus ſuper contractu curtiſ Rithuſen et attinen|ciiſ eius altercantibus hinc et inde tandem de conſilio domini Waltheri de Eſcheborne et Magiſtri Godeſmanni Cantoriſ ſci Stephani et aliorum prudentum uirorum in | hanc compoſitionis formam preciſe et voluntarie conuenerunt. Jpſe prepoſitus et fratres predicti coram nobis ſpontanei elegerunt, ut ſi ipſi actiones et impedimenta ac obſtacula ſubnotata infra ſpacium anni a tempore emptionis computandi non depoſuerint bona eadem ecclesie Eluenſtadenſiſ in villa Eberbach ſita que nunc| fratribus Eberbacenſibus ſunt, titulo pignoriſ obligata, ipsorum fratrum Eberbacenſium totaliter uſibus deputentur quouſque depoſuerint actiones impedimenta ac obſtacla memoranda que videlicet ſunt iſta. Querela heredum quondam Hildemanni de Oppenheim. heredum quondam Heinrici de Dornheim. Dominorum de

Digitized by Google

woluiſkelen. domini | Cunradi de Dürenberg. Ottoniſ iunioriſ de tercio anno ſicut ſcriptum est in littera qnam dederunt Elvenſtadenſes Everbacenſibus. et alias actiones siue impe|dimenta aut obſtacla que emerſerint infra annum prefatum. Preterea Elvenſtadenses ſi coniuncti fuerint in querela. quam nepos domini Waltheri de Eſche|borne paſtori in leheim movet in ipsos ei reſtaurum faciet in boniſ aliis quam in hiis que ſunt Eberbacenſibus uendita vel titulo dati pignoriſ ob|ligata. Item infra dieſ quatuordecim nunc inſtantes. deponent eiſ omnem reclamationem monialium ſuarum de ipſo monaſterio. et quod hoc factum ſit|nobis patenteſ litteras Burgravii de Frideberch et civitatiſ eiusdem. vel sculteti de Frankenvorth et civitatis eiusdem protinus aſſignabant. Alioquin extunc iamdicti|prepositus uel sui ſucceſſores et dicti fratres uel tot eorundem nomine. ſi eos mori contigerit Maguntiam intrabunt. expensas more fideiuſſorum factas. donec promiſſa per|eos fuerint effectui mancipata. Hoc etiam eſt adiectum quod ſi fructus obligatorum bonorum minus ſuffecerint. ut reſpondeatur querimonie actionum praeſcrip|tarum et ceterarum ſicut ſupra notatum eſt. quicquid etiam ecclesia Eberbacenſis ſuperaddiderit. hoc pro debito Eluenſtadenſi ecclesie computabitur. et cum integritate | reſundet ecclesie memorate. Quod ſi non fecerit actio competet ecclesie Eberbacenſi contra ecclesiam Elvenſtadenſem. donec idem debitum plenarie perſoluatur.

Huius rei teſtes ſunt. Johannes decanus. Scolasticus maioris ecclesie. Waltherus de Eſcheborne. Eberhardus de Lapide. Heinricus de Kazzenelenbogen. canonici ibidem. Heinricus de Limpurg vicarius ibidem. De burgenſibus Arnoldus Walpodo

et filius eius Heinricus. Nicolaus. Em|brico kudilrude. Fridericus rauid. Heinricus gulfen et alii quam plures. De fratribus monachis. Albertus. Symon. Johannes de limpurg. De fratribus | laicis. Lůdewicus magiſter in Dinheim. Heinricus de celnhuſen. In cuius rei evidenciam preſens ſcriptum ſigilli noſtri munimine duximus muniendum. |

Actum anno dni M°. CC°. Quinquageſimo Tercio. Nonas Novembris.

Das an Pergamentstreifen hängende Siegel ist an einigen Stellen des Randes beschädigt. Umschrift: . . . DELEGATORU. JUDICU. SCE. MO . . NTINE ECCL . . .

---

283. Irmindrudis, Graefin in Kirkille, verkauft dem Kl. Eberbach ihre Güter in Budenheym.

***1253**, Dec. 26.*

Orig. Urk. im Gr. G. Staatsarchiv zu Darmstadt.

Ne ea que geruntur in tempore labantur cum lapſu temporis expedit ut que aguntur in ſcripta publica redigantur. | Hinc eſt quod ego Irmindrudis quondam comitiſſa in kirkille tenore preſentium publice recognoſco firmiter proteſtando | me Bona que in Bůdenheym et in Sande habere dinoſcor videlicet tredecim maldra ſiliginis maguntine menſure an|nuatim abbati et conventui. nec non et ecclesie Beate virginiſ in Evirbacho libere vendidi et abſolute pro viginti marciſ co|lonienſium. Ne autem aliquis heredum meorum ſuperveniens eadem bona ſibi forſitan uſurpaverit ipſum clauſtrum in penſio|ne eorundem contra juſticiam moleſtando preſentem cedulam sigillo dni Abbatis in ottirburc et meo nec non et nepotum meorum i Warnheri ſcilicet de Bolandia et Phylippi de hoinvelſ. et Phylippi de valkinſtein

Digitized by Google

conſcriptnm feci communiri. Datum Bolan|die. Anno dni M⁰. CC⁰. L. Tercio. In die inventionis Beati ſtephani.

An Pergamentstreifen hängen:

1. ✝ SIGILLUM ABBATIS DE ODDERBURC
2. — IRMINDRU . . . MITISSE DE KIRKE . .
3. WERNH . . . DE BOLANDIA IMP'IAL'AULE DAPIFER.
4. *Reutersiegel Ph. v. Hoinfels (zerbrochen).*
5. *Phil v. Valkenstein (kleines Bruchstück).*

---

284. Theoderich zur Obern Brücke in Lorke vermacht dem Kl. Eberbach einen Weinberg.

1254.

Orig. Urk. im Landesarchiv zu Idstein.

Omnibus Chriſti fidelibus preſentium inſpectoribus Theodericus dictus in | ſuperiori ponte in Lorke eternam in domino ſalutem. Notum ſit preſentibus et futuris quod ego | legaui vineam in Geyderichefdale dilectis in Chriſto dominiſ ac fratribuſ in | Everbacho Cyſterciensis ordinis pro remedio anime mee. cum dominus me de medio | uocaverit vinea eadem ſine omni contradictione fratribus cedat et deſeruiat memo|ratiſ ita tamen ut in Annunciatione beate Marie virginis in conuentu ex hoc | ſervitium aliquod imperpetuum habeatur. Ut autem hiis omnibus rite et legitime | peractis nullus heredum meorum auſu temerario contraire preſumat preſentem pa|ginam ſigillo Hertuici plebani in Lorke annotatiſ teſtibus duxi roborandam. | Teſtes vero ſunt Petrus ſcultetus. Henricus ſenex. Stephanus de Waldecke. Amilius. | Dudo ſchezzele milites. Wickenandus magerus. Heimo.

Digitized by Google

et Lampertus iuuenis. Scabini | et alii quam plures. Acta sunt hec anno domini. M° CC°. LIIII°. sub hertuico plebano.

Das an Pergamentstreifen angehangene Siegel fehlt.

---

285. Schiedsrichter schlichten einen Streit des Kl. Eberbach mit dem S. Victorstift in Mainz über den Hof in Lubinheim.

***1254**, im Febr..*

Orig. Urkunde im G. Geh. Staatsarchiv zu Darmstadt.

A. dei gratia Scolasticus et G. Cantor ecclesie sancti Stephani Moguntine. Cum inter abbatem et conuentum monasterii || Euerbacensis ex una parte. et .. decanum et capitulum ecclesie sancti victoris moguntine ex altera, super minuta decima quam dicti | decanus et capitulum a prefatis abbate et Conuentu de eorum curte in Lubinheim requirebant, questio fuisset diucius agitata, tandem ipsi in nos compromiserunt tamquam in arbitros fide interposita promittentes, quod nostrum in hoc simpliciter seruare deberent arbitrium et mandatum. vnde nos arbitrando pronunciamus. quod dicti abbates et conuentus nomine predicte minute decime de prefata curte et orto adiacente predictis decano et capitulo infra octauam Pasche Singulis annis exsoluant quatuor solidos moguntinos nomine pensionis. et nunquam in loco predicto sine licentia et uoluntate prefati capituli extendent uel dilatabunt curiam siue ortum. sed manebunt in ea amplitudine in qua nunc sunt, si uero dilatauerint uel extendent curiam siue ortum, abbas et Conventus prefati soluent predicto capitulo decimam ut est iustum. Quecunque autem partium contra hoc arbitrium uenerit, cadet a causa et in decem marcis alteri parti tenebitur | hoc arbitrium obseruanti.

Digitized by Google

In huius rei teſtimonium preſentes litteras, predictorum abbatis et conuentus, ac prefatorum decani et Capituli, ac noſtris ſigillis fecimus communiri.

Actum in clauſtro ſancti Stephani moguntini, preſentibus abbate et Henrico monacho dicto de Pinguia, et magiſtro Curtis in Lubinheim, conuerſo Euerbacensi, magiſtro. A. decano. Johanne Ciriaco. Cunrado de Sancto albano. Henrico de alsence, et Heinemanno canonicis ſancti Victoris mogunt. Anno domini. M°. CC°. LIII °. in ſexta feria ante dominicam Jnuocauit.

Sämmtliche Siegel ſind abgefallen.

---

286. Hugo der Franzose, Ritter, in Lorike und seine Frau Adeleyd schenken dem Kl. Eberbach einen Weinberg bei Drehtyngeshusen.

***1254**, um Ostern.*

Org. Urk. im K. Provincialarchiv zu Coblenz.

Omnibus Chriſti fidelibus. preſentium inſpectoribus. Hugo miles dictus gallicus in Lorike. et Adeleydis uxor eiuſ. eternam in | domino ſalutem. Notum facimus preſentibus et futuris. quod noſ pari voto. conſenſu communi. manu coniuncta vineam noſtram ſitam | in diſtrictu ville Drehtyngeſhuſen in lindenberge et in brücke. dilectis in Chriſto dominis ac fratribus in Everbacho | Ciſtercienſ. ordinis. duximus conferendam. pro noſtrarum remedio animarum. pro qua ipſis fratribus. XII. denarios Maguntienſis monete. quamdiu | vixerimus in ſignum donationis huiusmodi annis ſingulis perſolvemus. Cum autem dominus noſ de medio vocaverit. vinea eadem | extunc in antea integraliter et ſine contradictione fratribus cedat et deſerviat memoratiſ. ita ſane ut in an|-

nuntiatione beate et intemerate virginis marie. in conventu ex hoc ſervitium aliquod imperpetuum habeatur. ad fratrum | refectionem. et tante ſollempnitatis decorem. Ut autem hiis omnibus rite et legitime peractis. nullus | heredum ſive propinquorum noſtrorum, auſu temerario preſùmat ullo umquam tempore contraire, preſentem paginam ſigil|lo dni Giſelberti vicedomini de Rûdenſheym annotatis teſtibus duximus roborandam. Teſteſ vero | ſunt dominus Hertwicus plebanus in Lorike. Johannes et Henricus ſacerdotes. ſocii eiusdem. Frater Lodewicus de Berge. | frater Hermannus de Wiſſalia ordinis praedicatorum. Henricus ſenex. Riſchardus milites. Petrus ſcultetus. Lampertus | iuvenis et heymo ſcabini. et alii quam plures fide digni. Acta ſunt hec anno dni M°. CC°. LIIII°. tempore paſchali.

Das Siegel ist abgerissen.

---

287. Luchardis von Wesel vermacht dem Kl. Eberbach zwei Weinberge am andern Ufer des Rheins.

***1254**, April 1.*

Orig. Urk. im K. Provincialarchiv zu Coblenz.

Nantochus ſcultetus. Milites et univerſi cives Weſalienſes. Apertum eſſe volumus univerſis ad quos preſens | ſcriptum pervenerit quod domina Lûchardis relicta theoderici de puteo civis Weſalienſis contulit | conventui de Eberbach duas vineas ultra renum ſitas. unam in oppoſito civitatis juxta vineam | Hildebrandi. reliquam ex oppoſito. eccleſie ſancte Marie juxta vineam petri militis. In quo conventu et clauſtro Rûdengerus filius ipſius receptus eſt in monachum et in fratrem. Con-

Digitized by Google

tulit et ipſa Lůchardis | eidem clauſtro cenſum videlicet octo ſolidos denariorum colon. de vinea ſita ſimiliter ultra renum | pro remedio animarum Th. mariti ſui et Orthonis filii ſui. et ſui ipſius cum deceſſerit et ipſorum | anniverſario faciendo. quem cenſum dare ſolet helewicus Koleizpenninch. de vinea memorata. | predictas vero duas vineas et cenſum dicta Lůchardis quamdiu vixerit in ſuis uſibus | pacifice poſſidebit. et poſtquam deceſſerit ut dictum eſt cedent clauſtro. Ad cuius rei noticiam | evidentem. ad inſtantiam ſepedicte Lůchardis preſentem litteram ſigillo civitatis noſtre duximus | roborandam. Datum Anno dni M°. CC°. L°. IIII°. Kal. Aprilis.

Das Siegel ist abgerissen.

---

288. **Conrad von Humele, Canoniker zu Mainz, vermacht dem Kl. Eberbach mehrere Wein-Gefalle.**

***1254**, Mai 23.*

Orig. Urk. im Gr. Geh. Staatsarchiv zu Darmstadt.

Decanus et Capitulum eccleſie ſce Marie ad Gradus Maguntine Tenore preſencium proteſtamur. quod dns Conradus | dictus de Hůmele noster concanonicus coram nobis conſtitutus de penſionibus vini videlicet et annone proveni|entibus de grangiis monaſterii Eberbacenſis, ſcilicet Walheim, Haſelach, Dreiſe et Dienheim, in quibus obli|gatum eſt eidem .C. de Hůmele dictum monaſterium annuatim dandis, certis temporibus, videlicet annona | infra feſta aſſumptionis et nativitatem beate virginis, vino quoque infra feſtum ſci Remigii et Nati|vitatem domini, taliter ordinavit, ut quocumque tem-

pore anni vocante domino diem extremum clauſerit. a ſoluti|one dictarum penſionum erit penitus liberum ipsum monaſterium, et ſi quid illius anni in quo dictus .C. de|ceſſerit de penſionibus non fuerit perſolutum hoc ſimiliter apud monaſterium pro anime ſue remedio omni here|dum ſucceſſione excluſa libere permanebit. In cuius facti robur et teſtimonium ad preces ipsius .C. | de Humele preſentem cedulam ſigillo noſtri capituli eidem porreximus roboratam. Actum. Anno domini. | M°. CC°. L°IIII°. X°. Kalend. Junii.

An Pergamentstreif hängt wohlerhalten das Siegel der Marien-Kirche. Umschrift: † EGO MATER PULCRE DILECTIONIS. SIGILLUM CAPITULI.

---

289. Papst Innocentius IV. erneuert die Privilegien des Ordens von Cisterz.

1250, *Septemb. 29.**)

Orig. Bulle im Landesarchiv zu Idstein.

Innocentius epiſcopus ſervus ſ. dei. Dilectis filiis. Abbati Ciſtercii eiusque Coabbatibus et Conventibus univerſis Ciſterciensis | ordinis ſalutem et apoſtolicam benedictionem. Thesauro virtutum ſic preclara veſtra religio ſuum ſemper aſtrinxit affectum quod habetur et in conſpectu Regis | eterni placita et in oculis hominum gratioſa. Ipſa quidem ut columba mitis et humilis et electa domini ſpecialis pulchra per totum aſpicitur omnem | a ſe rugam enormitatis abiciens et maculam deformitatis excludens

*) Einige Bullen Innoc. IV. sind oben, hinter Nr. 249, übersehen worden. Wir lassen selbige hier mit den übrigen Bullen dieses Papstes zusammen nachfolgen.

Digitized by Google

vigilantibus illis qui paterne ſollicitudinis in ea gerunt officium quod ibidem nulle | poſſint viciorum ſpine ſuccreſcere ſed ipsa florum honoris et fructuum honeſtatis immarceſcibili polleat ubertate. Propter hunc etenim ſancte | operationis effectum nunquam ordo veſter officio aliene viſitationis vel correctionis indiguit. ſed de ipso aliquibus aliis reformationis beneficium | ex providentia ſedis apoſtolice iam provenit. Cum itaque nos qui ex huiusmodi virtuoſis actibus ſpiritu in domino exultamus claris agnoſcamus indiciis dic|tum ordinem esse aliis recte vite ſpeculum et ſalutifere converſationis exemplum. quod ipſe ſicut olim ſic et in poſterum ab eiuſdem duntaxat Abbatibus | ac monachis idoneis quos vos filii Abbates ad hoc provideritis deputandos. et a nullo alio viſitari poſſit aut corrigi auctoritate preſentium duximus | ſtatuendum eadem auctoritate nichilominus decernentes. ut ſi aliquid contra ſtatutum huiuſmodi a quoquam propria extiterit temeritate preſump|tum ſit irritum et inane. et ſi forte alique ſententie in vos occaſione huiuſmodi prolate fuerint, nullum robur obtineant firmitatis. Mandato ſedis | apoſtolice ſemper ſalvo. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostre constitutionis infringere. vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare preſumpſerit indignationem omnipotentiſ dei et beatorum Petri et Pauli apoſtolorum eius ſe noverit | incurſurum. Datum Lugduni. III. Kal. Octobr. Pontificatus noſtri Anno Septimo.

An gelb und roth seid. Schnur hängt die Bulle; Inschr. wie oben Nr. 249.

Digitized by Google

290. Papst Innocentius IV. schützt die Cistercienser gegen die Anfeindungen gewisser Praelaten.

1250, *Septemb. 29.*

Orig. Bulle im Landesarchiv zu Idstein.

Innocentius epiſcopus ſervus ſ. dei. Dilectis filiis. Abbati Ciſtercii eiusque Coabbatibus et Conventibus univerſis Ciſterc. ordinis ſalutem et apoſtolicam benedictionem. Cum a nobis petitur quod iuſtum eſt et honeſtum tam vigor equitatis quam ordo exigit | rationis ut id per ſollicitudinem officii noſtri ad debitum perducatur effectum. Ex parte ſiquidem veſtra fuit propoſitum coram nobis quod non|nulli ecclesiarum Prelati veſtris libertatibus invidentes cum eis non liceat ex apoſtolice ſedis indulto in vos excommunicationis vel interdicti ſententias pro|mulgare, in familiares ſervientes et benefactores ac illos qui molunt in molendinis vel coquunt in furnis veſtris quique vendendo ſeu emendo vel alias | vobis communicant ſententias proferunt memoratas. ſicque non ius et poteſtatem privilegiorum veſtrorum, ſed ſola verba ſervantes vos quodammodo | excommunicant, dum vobis alios communicare non ſinunt, et ex hoc iudicari videmini iudicio iudeorum, et qui vobis communicant in predictis, illud | evenit inconveniens quod maiorem excommunicationem incurrant quam excommunicatis communicando fuerant incurſuri. Quare nobis humiliter ſuppli|caſtis ut providere quieti veſtre ſuper hoc paterna ſollicitudine curaremus. Nos igitur veſtris ſupplicationibus inclinati ne quis predictorum huius|modi ſententias in fraudem privilegiorum apoſtolice ſedis de cetero promulgare preſumat. auctoritate preſentium diſtrictius inhibemus, decernen|tes eas ſi per preſumptionem cuiuſpiam taliter promulgari contigerit irritas

Digitized by Google

et inanes. Nulli ergo omnino hominum liceat etc. Siquis autem etc.

Datum Lugduni. III. Kal. Octobr. | Pontificatus noſtri Anno Septimo. |

An gelb und roth seidener Schnur hängt die unversehrte Bulle. Inschr. wie oben Nr. 249.

---

291. Papst Innocentius IV. nimmt den Orden von Cisterz gegen fremde Gerichtsbarkeit in seinen Schutz.

1250, *Septemb. 29.*

Orig. Bulle im Landesarchiv zu Idstein.

Innocentius epiſcopus ſervus ſervorum dei. Dilectis filiis. Abbati Ciſtercii eiusque Coabbatibus et Conventibus univerſis Ciſtercien. ordinis Salutem et apoſtolicam benedictionem. | Cum a nobis petitur quod iuſtum eſt et honeſtum tam vigor equitatis quam ordo exigit rationis ut id per ſollicitudinem officii noſtri ad debitum perducatur effectum. Ex parte | ſiquidem veſtra fuit propoſitum coram nobis quod licet ordini veſtro per Privilegia ſedis apoſtolice ſit indultum ut nullus Epiſcopus ſeu alia perſona ad Synodos vel forenſes Conventus niſi pro fide vos ire | compellat. aut in vos vel monaſteria veſtra ſeu etiam perſonas dicti ordinis excommunicationis ſuſpenſionis aut interdicti ſententias promulgare preſumat. que ſi promulgate fuerint | tamquam contra apoſtolice ſedis indulta prolate decernuntur per eadem Privilegia irrite ac inanes, nichilominus tamen plerique prelati et iudices ordinarii ac alii eccleſiarum Rectores eadem | Privilegia quibus muniti eſtis evacuare ſuperſticioſis adinventionibus molientes aſſerunt vos pro quavis offenſa ratione delicti exiſtere ſori ſui. ſicque vocantes vos ad placita | capitula et peni-

Digitized by Google

tentiale forum ſicut alios clericos ſeculares vos ſuper hoc multiplici vexatione fatigant. quamquam exceſſus veſtri tam per generale quam etiam cotidiana Capitula que fuerint | in ſingulis monaſteriis veſtri ordinis congrua penitentia puniantur. Quare nobis humiliter ſupplicaſtis ut preſumptionem talium cohibere paterna ſollicitudine curaremus. Nos igitur attendentes quod et ſi ex ſuſcepti cura regiminis de univerſis ſancte matriſ eccleſie filiis curam et ſollicitudinem gerere teneamur de illis tamen ſpecialius cogitare nos convenit | qui poſtpoſitis vanitatibus ſeculi iugem impendunt domino famulatum ac volentes quieti veſtre ſuper premiſſis paterna in poſterum ſollicitudine providere ut nullus vos | ſeu monaſteriorum veſtrorum perſonas ad ſynodos vel forenſes Conventus niſi fide dumtaxat vel huiuſmodi placita ſeu Capitula vel forum penitentiale abſque mandato ſedis apoſtolice | ſpeciali evocare etiam delicti ratione preſumat, maxime cum vos filii Abbates punire exceſſus quoſlibet ſecundum ſtatuta veſtri ordinis parati ſitis auctoritate preſentium | diſtrictius inhibemus. decernentes eadem auctoritate ſententias ſi quas hac occaſione per preſumptionem cuiuſpiam promulgari contigerit irritas et inanes. Salvo in omnibus | apoſtolice ſedis mandato. Nulli ergo omnino hominum liceat etc. Si quis | autem hoc etc. Datum Lugduni | III. Kal. Octobr. Pontif. nostri anno septimo.

An roth und gelb seidener Schnur hängt die unversehrte Bleibulle. Inschr. wie oben Nr. 249.

Digitized by Google

292. Papst Innocentius IV. eximirt die Cistercienser von der weltlichen Gerichtsbarkeit.

1250, *Septemb. 29.*

Orig. Bulle im Landesarchiv zu Idstein.

Innocentius epiſcopus ſervus ſ. dei. Venerabilibus fratribus. Archiepiſcopiſ et Epiſcopis et Dilectis filiis Abbatibus. Prioribus. Decanis. Archidiaconis. Prepoſitis. Archipreſbyteris. Officialibus. et Univerſis eccleſiarum Prelatis ad quos littere iſte pervenerint Salutem et apoſtolicam benedictionem. Dilecti filii. Abbas Ciſtercii eiuſque Coabbates et Conventus Univerſi Ciſterc. ordinis ſuam ad nos querimoniam deſtinarunt quod licet eis a ſede apoſtolica ſit indultum ut a forenſibus Conventibus ſint immunes. nullique liceat in eos vel eorum Monaſteria ſeu confratres inibi commorantes excommunicationis ſuspenſionis aut interdicti contra id quod ab origine ordinis obſervatum fuisse dinoſcitur, ſententias promulgare, que ſi promulgate fuerint decernuntur per huiuſmodi indulgentiam irrite ac inanes. vos tamen eorum quieti et libertatibus de quo miramur non modicum invidentes ac molientes infringere indulgentiam ſupradictam. in eos contra indultum huiuſmodi de facto predictas ſententias promulgatis quos ut fatigetis laboribus et expenſis interdum ad forenſes Conventus accedere quandoque ſententiarum veſtrarum executiones quacumque ſint auctoritate prolate ſuſcipere invitos compellitis pro veſtre arbitrio voluntatis, quamquam ex generali quod ſuſcepiſſe dicimini apoſtolice ſedis mandato teneamini eoſdem in ſuis libertatibus et Privilegiis contra pravorum preſſuras et moleſtias defensare. ſicque fit ut indulgentia conceſſa eis cauſa ſolatii et quietis fit ipſis vobis contra ipſam quaſi conſpirantibus cauſa

diſpendii et laboris. Cum igitur ſicut in lege dicitur parum ſit in civitate ius eſſe niſi qui illud tueatur exiſtat, dignumque ac con|veniens videatur ut indulgentie ac Privilegia que devotis et benemeritis indulgentur, contra preſumptorum audaciam ipſos cum expedit tueantur. Univerſitatem veſtram | rogantes monemus et hortamur attente per apoſtolica vobis ſcripta in virtute obedientie diſtricte precipiendo mandantes quatinus Privilegia. indulgentias et liberta|tes eiſdem ab apoſtolica ſede conceſſa ac eorum conſuetudines rationabiles et antiquas firmas et illibatas eis decetero pro apoſtolice ſedis et noſtra reverentia obſervantes ab eorum | ſuper premiſſis coactione ac moleſtia penitus quiescatis. ita quod ipſi conceſſa eis valeant tranquillitate gaudere. ac ſuper hoc per ſedem eandem non oporteat | aliter providere. Datum Lugduni. III. Kal. Octobr. Pontificatus noſtri Anno Septimo.

An gelb und roth seid. Schnur hängt die unversehrte Bulle; Inschrift wie oben Nr. 249.

293. Papst Innocentius IV. bestätigt die Novalzehntfreiheit der Cistercienser.

1250, *Septemb. . .*

Orig. Bulle im Landesarchiv zu Idstein.

Innocentius epiſcopus ſervus ſ. dei. Dilectis filiis Abbati Ciſtercii eiuſque Coabbatibus | et conventibus univerſis Ciſterc. ordinis. ſalutem et apoſtolicam benedictionem. Juſtis petentium deſideriis | dignum eſt nos facilem prebere conſenſum et vota que a rationis tramite non diſcordant effec|tu proſequente complere. Eapropter dilecti in domino filii. veſtris iuſtis precibus inclinati auctoriate vobis preſentium indulgemus. ut in parrochiis illis in qui-

Digitized by Google

bus vobis veteres decime sunt | concesse, Novalium quoque de quibus aliquis hactenus non percepit pro portione qua veteres vos con|tingunt percipere valeatis. Nulli ergo omnino hominum etc. Si quis autem etc.

Datum Lugduni . . . Kal. Octobr. Pontificatus nostri Anno Septimo.

An roth und gelb seidener Schnur hängt die Bulle, wie oben.

---

294. Papst Innocentius IV. erleichtert den Cisterc. Mönchen das Vorrücken in geistliche Würden.

1250, *Septemb...*

Orig. Bulle im Landesarchiv zu Idstein.

Innocentius episcopus servus s. dei. Dilectis filiis. Abbati Cistercii eiusque coabbatibus et | conventibus universis Cisterciensis ordinis salutem et apost. benedictionem. Meritis vestre sacre religionis in|ducimur ut favoris benigni gratia nos iugiter prosequamur, sed in hiis precipue que noscuntur ad cultum divini nominis pertinere. Cum itaque sicut lecta coram nobis universitatis vestre peticio contine|bat, monachi ordinis vestri ab institucione ipsius soliti sint a Prelatis ecclesiarum sine aliqua examinatione | ad ordines promoveri. nos devotionis vestre precibus inclinati ut hoc ipsum circa monachos eiusdem ordi|nis, eis dumtaxat exceptis in quibus fuerit notorium crimen vel enorme corporis vicium a Prelatis eis|dem perpetuis temporibus observetur. auctoritate presentium duximus statuendum. Nulli ergo | omnino hominum liceat etc. Si quis autem etc. Datum Lugduni . . Kal. Octob. | Pontificatus nostri Anno Septimo.

An gelb und roth seidener Schnur hängt die Bulle, wie oben.

Digitized by Google

295. Papst Innocentius IV. bestätigt die Steuerfreiheit der Cistercienser.

1250, *Septemb. . . .*

Orig. Bulle im Landesarchiv zu Idstein.

Innocentius epiſcopus ſervus ſ. dei. Dilectis filiis Abbati Ciſtercii eiuſque coabbatibus et | conventibus univerſis ciſterc. ordinis ſalutem et apoſtolicam benedictionem. Solet annuere ſedes apoſtolica piis | votis et honeſtis petentium precibus favorem benivolum impertiri. Eapropter dilecti in domino filii veſtris | iuſtis poſtulationibus grato concurrentes aſſenſu omnes libertates et immunitates a predeceſſoribus noſtris | Romanis pontificibus ſive per privilegia ſeu alias indulgentias ordini veſtro conceſſas nec non libertates et exemptiones ſecularium exactionum a Regibus et Principibus vel aliis Chriſti fidelibus rationabiliter | vobis indultas auctoritate apoſtolica confirmamus et preſentis ſcripti patrocinio communimus. Nulli | ergo omnino hominum liceat etc. Siquis autem hoc etc. Datum Lugduni .... Kal. Octobr. | Pontificatus noſtri Anno Septimo.

An roth und gelb seidener Schnur hängt die unversehrte Blei-Bulle; Inschr. wie oben.

---

296. Papst Innocentius IV. nimmt das Kl. Eberbach in seinen apostolischen Schutz.

1254 *Mai 27.*

Innocentius epiſcopus ſervus ſervorum dei. Dilectis filiis. Abbati et conventui Monaſterii Eberba|cenſis Ciſterciensis ordinis. Maguntine diocesis. Salutem et apoſtolicam benedictionem. Sacroſancta Romana ecclesia devo-

Digitized by Google

tos et | humiles filios ex aſſuete pietatis officio propenſius diligere conſuevit et ne pravorum hominum moleſtiis | agitentur eos tanquam pia mater ſue protectionis munimine conſovere. Eapropter dilecti in domino | filii veſtris iuſtis poſtulationibus grato concurrentes aſſenſu perſonas veſtras et locum in quo di|vino eſtis obſequio mancipati cum omnibus bonis que impreſentiarum rationabiliter poſſidet aut in futurum | iuſtiſ modis preſtante domino poterit adipiſci ſub beati Petri et noſtra protectione ſuſcipimus. | Specialiter autem terras, poſſeſſiones, decimas, redditus et alia bona veſtra ſicut ea omnia iuſte | ac pacifice poſſidetis vobis et per vos monaſterio veſtro auctoritate apoſtolica confirmamus et | preſentis ſcripti patrocinio communimus. Salva in predictis decimis moderatione concilii generalis. Nulli|ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtre protectionis et confirmationis infringere vel ei | auſu temerario contraire. Siquis autem hoc attemptare preſumpſerit indignationem omnipotentis dei et bea|torum Petri et Pauli apostolorum eius ſe noverit incurſurum. Datum Aſiſii. VI. Kal. Junii. | Pontificatus noſtri anno undecimo.

An gelb und roth ſeidener Schnur hängt die unverſehrte Blei-Bulle; wie oben.

---

297. Papst Innocentius IV. sichert dem Kl. Eberbach das Vermögen der in den Klosterverband eintretenden Personen.

1254, *Juni 20.*

Orig. Bulle im Landesarchiv zu Idstein.

Innocentius epiſcopus ſervus ſ. dei. Dilectis filiis. Abbati et Conventui Monaſterii Eberbacenſis Ciſtercienſis ordinis Maguntine dioceſis ſalutem et apoſtolicam bene-

Digitized by Google

dictionem. Devotionis veſtre precibus inclinati ut | poſſeſſiones et alia bona mobilia et immobilia que perſonas liberas fratrum veſtrorum ad monaſterium veſtrum | convolantium et professionem facientium in eodem ſi remanſiſſent in ſaeculo iure ſucceſſionis | vel alio iuſto titulo contigiſſent, feudalibus duntaxat exceptis, petere, recipere ac reti|nere libere valeatis auctoritate vobis preſentium indulgemus. Nulli ergo omni no hominum etc. Siquis autem etc. Datum Anagnie. XII. Kal. Julii. | Pontificatus nostri Anno Undecimo.

An gelb und roth seidener Schnur hängt die Bulle, wie oben.

---

298. Das Victor-Stift in Mainz verwandelt die Eberbacher Klostergefalle in eine Geldrente.

1255.

Orig. Urk. im Gr. G. Staatsarchiv zu Darmstadt.

Decanus. Scolaſticus et Cantor ſancti Victoris Moguntini. Nouerint uni|uerſi preſencium inſpectores. quod cum Abbas et conuentus monaſterii Eberbacenſis quandam | ſummam denariorum et certum numerum ſindaminum que uulgo dicuntur zalewid et inſuper duos pul|los et dimidium, diuerſis anni temporibus eccleſie noſtre perſolueret, et ex diuerſitate huiusmodi error ſepius | naſceretur, ad peticionem eiuſdem monaſterij in certam ſummam videlicet duas libras et | .X. denarios Maguntine monete ſoluendas in feſto beati Martini annis ſingulis, rede|gimus univerſa. Ne uero ſuper ordinacione prefata poſſit alicuius queſtionis ſcrupulus | ſuboriri, preſentem paginam ſigilli noſtri munimine duximus roborandam. Acta ſunt hec Anno ab incarnatione domini M°. CC°. LV°.

Von dem anhangenden Siegel des Stifts ist nur noch ein Stückchen vorhanden.

Digitized by Google

299. Philipp von Hoinfels verkauft dem Kl. Eberbach seinen Hof Walheim.

1255.

Orig. Urkunde im Gr. Geh. Staatsarchiv zu Darmstadt.

G. dei gratia ſce Maguntine ſedis Archiepiscopus ſacri Imperii per Germ. Archicancellarius Omnibus in perpętuum. Quoniam que geruntur in tempore memoriam hominum fugiunt | niſi litteris commendentur, Preſenti ſcripto tam modernis quam futuris duximus declarandum, quod Ph. de Hoinvels in villa Genzingen coram nobis. et Gerlaco comite de | Veldenze proteſtatus eſt publice et confeſſus ſe de conſenſu filiorum ſuorum Philippi et Wernheri, religioſis viris Abbati et conventui monaſterii Eberbacenſis. Cyſterc. | ordinis Mogunt. dyoceſis. pro. XL. marcis vendidiſſe omnia jura et ſervitia que eidem debebantur ex curia Walheim, ratione quorumdam manſorum ſitorum in hagin|heim, hec videlicet, ut. XII. jugera ſingulis annis tribus vicibus iam dicto. Johanne. fratres de curia Walheim arare deberent, et .XXIIII. et dimidium meterent, et in hor|reum ſuum hagenheim deducerent, et titurarent ad plenum, uſque ad ſummam. LX. maldrorum tribus duntaxat exceptis, et quod illam annone ſummam de horreo ſuo | ad duo miliaria ubicunque ei placeret veherent, niſi forte aqua media naves portans vecturam huiuſmodi inpedire, et quod pro feno ſuo colligendo .XIIII. | collectores et totidem leves denarios eidem darent, et quod in Cena domini. VII. pullos. et. LXX. ova ſue curie preſentarent, et quod bona ſua in hagenheim ad longitudinem .L. duorum pedum et dimidium munirent ſepibus vel foſſatis, et quod cum illis hominibus qui ratione manſorum illorum ad

Digitized by Google

ſimilia ſervitia et iura tenentur, qui Gehubere vul-| gariter dicuntur facerent unam portam campestrem, que valledure nominatur pro defenſione camporum, et quod exactionem, procurationem, precariam ſeu peticionem, que bede vul|gariter dicitur vel alio quocunque nomine aliis ratione predictorum bonorum impoſitam ipſi proporcionaliter exſolverent, Sed quia predicta iura et ſervicia iam dictus Johannes, et filii ſui | Philippus et Wernherus. a comite de Veldenze et comes a nobis ratione ecclesie Lauriſſensis in feodo tenuerunt, Ph. et filii ſui Ph. et Wernherus prefati memoratum | feodum in manus prefati comitis et ipse comes in manus nostras libere reſignarunt. Nos igitur tandem ad peticionem comitis de Veldenze et Ph. de | hoinvels. et filiorum ſuorum Ph. et W. qui ſoli una cum patre predictum feodum a comite de Veldenze iam ſuſceperant, et maxime propter ecclesiam Eberbacenſem | quam favore proſequimur ſpeciali, predicta omnia tam nostro nomine quam Ph. de Hoinvels. et filiorum ſuorum iam dictorum qnam eciam comitis de Veldenze. | Abbati et conventui monaſterii Eberbacenſis duximus conferenda et titulo proprietatis inperpetuum poſſidenda, volentes et ſub anathematis interminatione | diſtrictius inhibentes, ne quisquam monaſterium ſepedictum ſuper premiſſis temere audeat moleſtare. Scd quia ad ſummam trium marcarum annuatim eſtimata | ſunt iura et ſervicia ſupradicta, ut ex alienatione ipsius feodi ecclesia Lauriſſenſis a qua deſcendit ipsum feodum non fraudetur, Ph. de hoinvels et philip|pus et Wernherus filii ſui aſſignaverunt bona eorum in Vinkenbach prefato comiti de Veldenze, et comes ipse eadem bona nobis et eccleſie Lauriſſenſi | tradidit in reſtau-

Digitized by Google

rum, qué ipse comes a nobis et ab eccleſia Lauriſſensi et Ph. de hoinvels ac filii ſui a comite perpetuo tenebunt in feodo. Hoc | eciam eſt ſciendum quod dum senior Ph. de hoinvels apud villam Genzengen reſignavit feodum antedictum interfuerunt et preſentes erant. Co|mes Symon de ſpanheim. Emcho ſilveſter comes, Cunradus comeſ irſutus, Philippns de Valkenſtein, Wolframus de Lewenſtein, Godefridus de | randecken, Philippus marſcalcus de vrouwenſtein Wilhelmus et fridericus militeſ in Rudenſheim, ibidem Giſilbertus de birgenſtat, Sifridus dapifer | de Rinberg. In Scharpinstein Wilhelmus et Nicolaus iunior. In Littinberg Wilhelmus dictus rombolt. In Landeſberg Hellewicus et baldewinus. | de doſemente. In Winterouwe Wilhelmus et Herdegenus milites. Cum autem poſtmodum Philippus et Wernherus filii Ph. de Hoinvels reſigna|verunt apud Wormaciam ipsum feudum intererant Helwicus. baldewinus et Heinricus dapifer ipsius comitis Veldeincie, Cunradus dyrolfus junior | civis Wormaciensis, Heinricus de Winterheim, Heinricus de Waldecke, franco et Bertoldus ibidem quo et coram eiſdem recepit comes reſtaurum feodi | memorati. Praeterea prime et ſecunde reſignationi feodi atque eiuſ reſtauracioni aderat Cûnradus monachus de heiſenſheim tunc ſindicus eccleſie Eberbacenſis | Cunradus autem de bacherache subcellerarius et monachus ibidem interfuit tamen prime. Ut igitur premiſſa rata permaneant et inconvulſa preſens ſcriptum noſtro | ſepedicti comitis de Veldenze et Philippi seniorıs duximus ſigillis roborandum.

Datum Scarpinſtein Anno dom. incarn. M°. CC°. Quinqua|geſimo quinto Pontificatus nostri anno quarto.

Von drei angehangenen Siegeln ist nur noch vorhanden 1: das des Ausstellers (mittleres Bruchstück) mit dem Rücksiegel, † SECRETUM GERHARDI ARCHIEPI MOG- *und das 3. Philipp's von Hoinfels, dessen untere Hälfte fehlt.* † SIGILLUM P . . . . . INVELS.

---

300. Die Rheingrafen Werner u. Sifrid schenken dem Ritter Jacob von Ruddensheim ihren Weinberg bei Ybingen.

1255.

Orig. Urk. im Landesarchiv zu Idstein.

Noſ W. et S. fratres dicti comites Reni. Conſtare volumus uniuerſis preſens ſcriptum viſuriſ. | quod Jacobo militi fideli noſtro dicto de Ruddenſheim. conceſſimus vineam noſtram ſitam ſubtuſ | ybingen an den fluzze pro tribus ſolidis colonienſ. ſibi et uniuerſiſ heredibus ſuis in feſto Martini | in cenſu Annuo perſoluendiſ. ut autem rata hec et firma permaneant. hoc ſcriptum conſcribi. | et ſigilli noſtri munimine fecimus roborari. Acta ſunt Anno dni M°. CC°. Lv. Teſteſ huius rei ſunt. qui et interfuerunt W. et Fridericuſ Fuſ militeſ in Ruddenſheim. Giſelbertuſ | plebanus ibi et Clemenſ mileſ. Heinricus dapifer de Windenſen. et alii quam plureſ.

An Pergamentstreif hängt das beschädigte Siegel der Rheingrafen; die Umschrift ist fast ganz weggebrochen, bis auf: † . . . . . WER . . . . . COMIT . . . EMI.

---

301. Cunrad von Dorinburch und Irmingard, Eheleute, vermachen dem Kl. Eberbach ihre Güter in Dichbach.

1255.

Orig. Urk. im Landes-Archiv zu Idstein.

Ego Cunradus in Cubin dictus de dorinburch

Digitized by Google

et Irmingardis uxor mea. Tenore preſencium recognoſcimus publice proteſtantes quod nos ob ho|norem beate virginis MaRiE et pro ſalute animarum noſtrarum poſſeſſiones noſtras in Dichbach. et omnia bona que ibidem vel alias iam habemus ant | in poſterum habere poterimus deo dante preter ſolam vineam noſtram in Tretincſhuſin Eccleſie legauimus Eberbacenſi. ita uidelicet ut quidquid neceſſitati | vite noſtre ſuperfuerit poſt mortem noſtram totum cedat Eccleſie ſupradicte in perpetuum libere poſſidendum. reſignauimus itaque taliter ipſa bona in manus domini Withgouhe monachi. et Helwici conuerſi ibidem qui ex parte Ecclesie eorum vino teſtimoniali et alio quolibet iure conſuetudinario donacionem huiuſmodi | firmauerunt. preterea ſciendum eſt quod ſi uxore mea premorua. ego per dei graciam elegero Frater eſſe in eodem monaſterio mihi concedetur. bonis meis ſi qua tunc | habuero me ſequentibus ad ipsam ecclesiam uſque quaque. ut autem hec firma permaneant et inconuulſa fecimus litteram hanc conſcribi, et quia proprio caruimus | ſigillo. sigillis dni Waltheri abbatis eccleſie ſepeſate. Dni Craftonis et Witgouhe fratrum. et militum in Dichbach. et dni Nanthochi | ſculteti in Bacherachen. impetravimus ipſam cedulam inſiguiri. Acta ſunt hec. Anno. Dni M°. CC°. Qninquageſimo Quinto. In iu|dicio Bacharache coram dno Arnoldo advocato. Petro dicto de Hane. Item coram scabinis. videlicet Petro. Heinrico. et Nanthocho. | preſentibus eciam militibus' Dno Ibilone. Baldemaro et fratre ſuo Henrico. Euerardo. et Embrichone dicto Vůderſat. Que omnia | poſtea publicauimus per ordinem aput Ditbach. coram illis. ſcilicet dno Craftone. Withgouhe. et Hermanno militibus et fratribus. Embrichone et fride-

Digitized by Google

rico | fratribus. Hertwino de Rinberg. et Witgouhe iuniore. et Hermanno famulo fratre dni Craftonis. et aliis quam plurimis hic non ſcriptis.

An Pergamentstreif hängen:

1. *das S. des Abtes von Eberbach.*
2. S. CRATONIS DE RICHISTEIN.
3. † SIGILLUM W . . . OWE MILITIS } *Gebrüder.*
4. SIGILLUM NANTOCHI *(des Schultheissen in Bacherach.)*

---

302. Schiedsrichter schlichten einen Streit des Kl. Everbach mit den Scelmin von Bumirsheim über Güter in Redilnem.

1255, *Jan. 9.*

Orig. Urk. im Landesarchiv zu Idstein.

A. ſcolaſticus. et G. cantor ſancti Stephani Moguntini Judiceſ ſediſ apoſtolice delegati. Cum inter venerabilem | abbatem et conventum in Everbach ex una parte et Gerlacum et Wernerum militeſ fratreſ de bumirſhem dic|toſ ſcelmin ex altera ſuper boniſ in Redilnem ſitiſ que Ulricus quondam ciuiſ in frankinwort et uxor ſua | Gertrudiſ communicata manu contulerant ecclesie Everbacenſi, coram nobis cauſa diucius ventilaretur, tandem idem | militeſ zelo dei ducti in reverentiam beate virginis ſue conſciencie conſulenteſ dictiſ boniſ preciſe renun|ciaverunt eadem bona in manus domini abbatiſ Waltheri et monachorum ſuorum fratriſ Symoniſ et fratriſ | Johanniſ libere reſignanteſ. Huius rei teſteſ ſunt. Bernhardus archipresbyter Maguntinus, Bertoldus decanus ſci Petri et | Ruberus canonicus ibidem. Arnoldus decanus ſancti Victoriſ. Gozmannus cantor ſci Stephani. Embrico cano|nicus ibidem. Giſilbertus canonicus ſce Marie. Item dominus Helfricus mileſ dic-

Digitized by Google

tus iudeus. Winterus milef de bru|ninfheim. Gerardus milef de mordin. Gifilbertus milef de Birginftat et alii quam pluref. In cuius rei | evidenciam hanc litteram fcribi et figillif noftrif fecimus communiri. Actum anno dni M°. CC°. LV°. quinto Idus Januarii.

Wohlerhalten hängen an die Siegel: 1) ARNOLDI. S. STEPHANI. MAG. SCOL. 2) . . . . . EPHI'CANTOR. M. . . , *sehr beschädigt.*

---

303. Ulrich d. Lange u. seine Ehefrau Gerdrud, weil. Bürger zu Frankfurt, vermachen dem Kl. Eberbach ihr Gut in Redilnheim.

1255, *Jan. 11.*

Orig. Urkunde im Landesarchiv zu Idstein.

Quoniam ea que geruntur in tempore etiam cum tempore labente a memoria hominum elabantur neceffe eft fcripture teftimonio roborari. | Ea propter Nos Wolframus fcoltetus. milites fcabini ceterique ciues frankenfordenses. Notum effe uolumus tam preſentibus quam futuris quod Ulricus | longus et Gerdrudis uxor fua quondam nostri conciues legauerunt et donauerunt ob reuerenciam beate virginis dei genitricis Marie. et in remiſſionem fuorum pec|caminum. ecclesie in Elberbac ſemptem manſos ſitos in Redilnheim cum curiis. pratis. et aliis appendiciis ſuis poſſidenda liberaliter ac quie|te tempore ſempiterno. Que aliquo tempore fratres Wernerus et Gerlacus dicti Schelmones. contra omnem iuſticiam indebite tenuerunt. et | hoc memoratam ecclesiam de necessitate oportebat ſuſtinere quia tunc propter ſtatum terre peſſimum de ipsis non potuit aliquatenus conſequi iuſtum | complementum. Nunc vere compulſi per rigorem

Digitized by Google

iuris uolentes et conſulere ſuis conſcienciis prefati fratres W. et G. renunciauerunt coram nobis eiſdem | bonis cum omni integritate illa aſſignantes et recognoſcentes monaſterio prelibato. Teſtes ſunt. Wolfr. scoltetus. Conr. dictus Meiſinbûg. Conr. de | Sahſinhuſen. Heinricus de Gotdele. Gotſcalcus Hilwinus et Rudolfus fratres villici. Milites. Heinricus dictus allcum. Wicgerus de ovinbac. Conradus de Del|linſtat. Conradus et Sifridus de Giſinheim. Jacobus. Betdoldus de Heldeberg. Heinricus de Holzhusen. Jo. golſtein. Herburdus de Ovinbac. Heinricus de Wetflare | Conradus de Ovinbac Folmarus ſuus frater scabini et multi alii. Ut autem hec perhenne robur optineant et memoriter obſerventur, preſens ſcrip|tum damus ſuper eo nostre civitatis ſigilli munimine roboratum. Actum anno dni Mill. ducentesimo quinquageſimo quinto. proxima feria ſexta poſt | octavam Epiphanie.

Die untere Hälfte des anhangenden Siegels der Stadt Frankfurt ist abgebrochen, Umschrift: † FRAN . . . . . RII.

---

304. Theoderich von Hargarden u. Metthildis, seine Ehefrau, stiften eine Ohm Rothwein für den Sacristan der Kirche zu Eberbach.

1255, *im März.*

Orig. Urk. im Landesarchiv zu Idstein.

Giſilbertus miles in Rudinſheim dictus Vulpis vicedominus per Rincouwiam Liqueat univerſis. quod Theodericus et Metthildis uxor | eius de Hargarden dum adhuc eſſent bene ſui conpotes atque ſani, unam Amam vini Rubei legauerunt ad offfcium sacriſte

Digitized by Google

ecclesie | Eberbacensis de vinea scilicet uno jugero que sita est in monte Hargarthen. inperpetuum ad hoc singulis annis dandam ut idem vinum per sacristam | ibidem pro tempore existentem ad sollempnia missarum cotidie distribuatur. que in ipsa Ecclesia celebrantur. Proprietatem itaque vinee supradicte in manus | Gōdefridi tunc ibidem sacriste sub forma huiusmodi resignarunt vt ecclesia ipsam vineam nunquam dividi sinat sed post mortem predictorum | Th. et. M. apud heredes eorum semper maneat indiuisa. Preterea statuerunt ut quotiens de vino Rubeo in sepedicta vinea haberi non poterit | ama plene, totiens idem defectus suppleatur de Albo meliori quod creverit in eadem. Ut autem hec maneant semper firma ad instantiam | partium hanc litteram feci scribi et sigilli mei testimonio roborari appositis testibus huius facti videlicet heredibus eorundem Diderico et | hartlibo. Item eiusdem villule presentibus hiis colonis. Reinhardo scabino, Peregrino scolteto, Cunrado dicto haninstein, Heinrico de | selinhagen, Heinrico Messore, Cunrado rephaine et Conrado Eighorne. Aderant etiam alii duo monachi Ecclesie supradicte videlicet | frater Mauricius et frater Conradus de heisinsheim. Datum est etiam testibus memoratis vinum quod vulgo dicitur bodewin a sacrista in testimonium | huius facti. Actum anno dni M°. CC°. quinquagesimo quinto. Mense Martio.

An Pergamentstreifen hängt das wohlerhaltene Siegel: † GISELBERTI WLPIS DE RUDENSHEIM.

Digitized by Google

305. Papst Alexander IV. befreit das Kl. Eberbach von dem Vieh-Zehnten.

1255, *März 18.*

Orig. Bulle im Landesarchiv zu Idstein.

Alexander epiſcopus ſervus ſ. d. Dilectis filiis abbati et conventui monaſterii Eberbacenſis Ciſter|cienſis ordinis Maguntine dioceſeos ſalutem et apoſt. benedictionem. Preſignis ordinis veſtri religio fecunditate referta | virtutum et meritorum conſpicua ſanctitate necnon et devotionis ſinceritatis quam reverenter et ſedulo erga nos et Romanam exhibetis ecclesiam promeretur ut vos apoſtolici favoris plenitudinem perſequentes vobis aſſidue noſ reddamus | ad gratiam liberales. Sane ſicut lecta nobis ex parte veſtra petitio continebat, ſepe contingit quod vos de veſtris animalibus ſocietatem cum aliis contrahentes ea ipſis ad certam partem cuſtodienda traditis. ſeu etiam | nutrienda. Veſtris itaque ſuppſicationibus inclinati ut de contingente vos predictorum animalium ſeu fruc|tuum eorundem portione non teneamini cuiquam decimas ſolvere. nec ad eas ſolvendas compelli poſſitis auc|toritate vobis preſentium indulgemus. Nulli ergo omnino hominum etc. Si quis autem etc.

Datum Neapoli. XV. Kal. Aprilis | Pontificatus noſtri anno primo.

An gelb und roth seid. Schnur hängt die unversehrte Bulle.

306. Bertold Jung, Mainzer Ritter, und seine Ehefrau Albradis vermachen dem Kl. Eberbach ihre Güter in Ibingin.

1255, *Mai 1.*

Orig. Urk. im Landesarchiv zu Idstein.

In nom. dom. Amen. Ego Bertoldus dictus Juue-

Digitized by Google

nis Miles Maguntinus. Tenore preſencium confiteor ac proteſtor. et ad futurorum noticiam deſidero | pervenire. quod Ego divina gratia inſpirante conſiderans bonorum operum fructus eſſe repoſitos apnt dominum. bona mea in Ibingin. que a meis paren|tibus iure proprietario ibidem poſſedi ac poſſideo communicata manu. Albradis. uxoris mee lego poſt mortem meam ac eiuſdem uxoris mee. Con|ventui fratrum in Eberbach Cyſtercienſis ordinis eodem proprietatis titulo perpetuo poſſidenda. Ita quod eiſdem fratribus in die anniverſario mortis mee de | bonis predictis larga refectio annis ſingulis in mei memoriam miniſtretur. Si autem dominus dare dignabitur mihi prolem ſeu aliud quippiam de | bonis memoratis in vita mea uoluero pro mee voluntatis arbitrio ordinare in nullo penitus a predictis fratribus poſſum aut debeo impe-|diri Poſt mortem uero prefate uxoriſ mee que preciſe tamen eiſdem bonis utetur in vita ſua. nomine quod vulgariter lipgedinge appellatur quibuslibet obſtaculis remotiſ bona memorata in uſus fratrum iam dictorum libere devolventur. Ut autem de premiſſis nulla in poſterum litis ſeu dubi|etatis occaſio valeat ſuboriri preſentis ſcripti memoriam iudicum Maguntinenſium sigillo petii munimine roborari. Acta ſunt hec Maguntie | in clauſtro maioris eccleſie preſentibus venerabili patre Walthero abbate de Eberbach, Dno S. cuſtode et dno L. Scolaſtico Judicibus Maguntinis, dno H. archipreſbytero et magiſtro, canonicis Maguntinis et aliis quam pluribus fide dignis. Anno domini M°. CC°. L°. quinto. Kal. Maij.

Das an Pergamentstreif anhängende Siegel: ✝ SIGILLUM DELEGATOR . . . MOGU . . . *ist zerbrochen.*

307. Embricho von Wolveskelen tritt dem Kl. Eberbach sein Hofgut in Popinheim ab.

***1255**, im Mai.*

Orig. Urkunde im G. Geh. Staatsarchiv zu Darmstadt.

Noverint hoc ſcriptum inſpecturi quod ego Embricho. filius domini Gerhardi de Wolveſkelen. contuli ecclesie | Eberbacenſi unum manſum et aream unam in Popinheim. partim in elemoſinam partim pro debitiſ XIIII | marcarum reſignans eadem bona fratri Emechoni magiſtro in curia Leheim primo coram Herbordo ſculteto in villa Leheim in cimiterio preſentibus domino Alberto et domino Burchardo de Wolveſkelen. et domino Henrico de Limpûrg militibus, et Heinrico de Eltevile urbiſprefecto nominati caſtri. Poſt hec vero reſignavi eadem bona iam dicto fratri E. in ſtrata publica popinheim coram Heinrico Blerrinc. iudice ibidem. Aſtantibus militibus domino Heinrico de kuningertiheim et domino Arnoldo de Dinheim et civibus de Oppenheim. Heinrico de Bûneſheim Reinhero parvo et Heinrico lapide de Dinheim. ſcultheto in Popinheim cui frater Emecho pro vino teſtimoniali ſolidum hallenſium tribuit. et XX. hominibus ibidem et amplius potum prebuit de Lagena. Ad certam evidentiam premiſſorum. preſentem paginam inde conſcriptam. ſigillis cognatorum meorum domini Alberti et dni Burchardi de Wolveſkelen nec non et meo ſigillo volui roborari. Actum anno dni M°. CC°. L°. quinto. Menſe Maio. Indictione XIII^a^.

Die beiden ersten Siegel sind ziemlich erhalten, das dritte zerbröckelt.

Digitized by Google

308. Gerhard, Erzbischof von Mainz, erneuert eine Vergünstigung seines Vorgängers Christian für das Kl. Eberbach.

1255, *Juli 16.*

Orig. Urk. im Gr. G. Staatsarchiv zu Darmstadt.

Gerhardus dei gratia ſce Maguntine ſedis archiepiscopus ſacri imperii per Germaniam | archicancellarius omnibus inperpetuum. Noverint preſentes ac poſteri quod noſ litteraſ domini. Criſtiani pie memorie anteceſſoris noſtri vidimus in hunc modum. Criſtianus dei gratia etc. etc. [wie in obiger Urk. Nr. 260].

Sed quia dicte littere cuſtodite neglienter in parte ſui viciate ſunt a muribus et corroſe, nos eaſ in nomine domini renovamus et contractum legittime inter ipsas eccleſias celebratum confirmamus, preſenti pagina ſigilli noſtri munimine roborata. Datum in Scarpenſtein anno dni M°. CC°. L°. quinto. XVII°. Kal. Auguſti. Pontificatus noſtri anno VI°. Indictione XIII^a.

Das unversehrte Siegel des Ausstellers hängt an Pergamentstreifen. Umschrift: † GERHARDUS DI. GRA. S. MAGUNTINE SEDIS ARCHIEPS. *Mit dem zirkelrunden Gegensiegel: S. Martin zu Pferd. Umschr.* † SECRETUM GERHARDI ARCHIEPI. MAG.

309. König Wilhelm erneuert die dem Kl. Eberbach zustehende Wald- und Weide-Gerechtsame.

1255, *Novemb. 10.*

Orig. Transsumpt*) im Landesarchiv zu Idstein.

Wilhelmus dei gratia Romanorum Rex ſemper auguſtus Univerſis ſacri Imperii fidelibus preſentes litteras

*) Aus einem Vidimus des Erzbisch. Peter v. Mainz v. 21. Juni 1313.

inſpectu|ris gratiam ſuam et omne bonum. Quanto ſincerius loca religioſa diligimus tanto ſinceriori affectu eorum commoditatibus debemus | intendere vigilanter. Hinc eſt quod nos ſincere fidei puritatem quam dilecti fideles nostri ... abbas et conventus monaſterii Ebir|bacensis ad nostram celſitudinem habent et iugiter habuerunt diligentiſſime intuentes hanc eis ſpecialem gratiam liberalitate | regia duximus faciendam ut eadem gratia et eciam ampliori quam vivente quondam Ulrico de Minzinberg in paſcuis et in ſil|vis usi fuiſſe noſcuntur libere gaudeant et quiete de Oppinheim et de frankinfort ſcultetis et univerſis aliis offician|tibus nostris diſtricte mandantes ut eoſdem abbatem et conventum tam in hiis quam in aliis eorum agendis favorabiliter ſtudeant | promovere ac univerſis et ſingulis diſtrictius inhibentes ne quis eos in huiuſmodi paſcuis et ſilvis contra hanc nostram gratiam impedi|re preſumat nec ab eis aliquid occaſione huiuſmodi extorquere. Si quid tamen ſervicia propter hoc facere tenentur volumus quod no|bis vel illi cui hoc ſpecialiter commiſerimus eadem ſervicia exhibeant et perſolvant. Datum Oppinheim. IIII°. Idus Novem|bris Indict. XIIII. anno dni M°. CC°. LV°. In cuius viſionis noſtre teſtimonium sigillum nostrum preſentibus duximus appen|dendum. Datum Moguntie Anno dni M°. CCC°. tercio decimo. XI°. Kal. Julii.

---

310. Papst Alexander IV. nimmt das Kl. Eberbach gegen die Ansprüche der Legaten in Schutz.

***1255**, Decemb. 11.*

Orig. Bulle im Landesarchiv zu Idstein.

Alexander epiſcopus ſervus ſervorum dei Dilectis

Digitized by Google

filiis Abbati Ciſtercii eiuſque Coabbatibus et Conventibus univerſis | Ciſtercienſis ordinis ſalutem et apoſtolicam benedictionem. Religionis veſtre meretur honeſtas ut vos ſpeciali diligentes in domino caritate pro|ſequamur gratia ſedis apoſtolice ac favore. Sane tenuitatem veſtrorum reddituum et proventuum ſollicite attendentes. ac per | hoc volentes alicuius relevationis ſolatio vos gaudere. auctoritate vobis preſentium indulgemus ut ad preſtationem aliquarum | collectarum ſubſidiorum et aliarum exactionum imponendarum vobis et domibus veſtris a ſede apoſtolica. ſeu legatis | eiuſdem aut ipſorum auctoritate ac mandato non teneamini per litteras ipſius ſedis ſeu legatorum eius, que plenam et expreſſam de | indulgentia huiuſmodi et ordine veſtro non fecerint mentionem. Nos enim excommunicationis ſuſpenſionis et interdicti ſen|tentias ſi quas occaſione predictorum in vos communiter vel aliquos veſtrum ab aliquo promulgari contigerit decernimus non te|nere. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtre conceſſionis et conſtitutionis infringere vel ei auſu temerario | contraire. Si quis autem hoc attemptare preſumpſerit indignationem omnipotentis dei et beatorum Petri et Pauli apoſtolorum | eius ſe noverit incurſurum. Datum Laterani. .III. Idus Decembris. | Pontificatus nostri Anno Primo.

An gelb und roth ſeidenen Fäden hängt die Bulle unverſehrt.

311. Papst Alexander IV. erneuert die von seinen Vorgängern dem Kl. Eberbach ertheilten Vergünstigungen.

1255, *Decemb. 11.*

Orig. Bulle im Landesarchiv zu Idstein.

Alexander epiſcopus ſervus. ſ. dei. Dilectis filiis.

Digitized by Google

Abbati Ciſtercii et ceteris Coabbatibus et Conventibus Ciſtercienſis ordinis ſalutem et apoſtolicam benedictionem. | Sacre veſtre religionis inducti meritis votis veſtris libenter annuimus eaque vobis concedimus per que materia ſubmota gravaminis ſtatus veſtri tranquillitas procuretur. | Sane nobis exponere curaviſtis quod ex ſpeciali privilegio ſedis apoſtolice obtinetis ut nulli omnino hominum liceat in vos vel veſtra monaſteria ſeu fratres inibi conſtitutos | contra id quod ab origine veſtri ordinis noſcitur obſervatum. excommunicationis ſuſpenſionis ſeu interdicti ſententias promulgare. Felicis quoque memorie Honorius papa predeceſſor noſter quieti veſtre paterna volens diligentia providere adiciendo de gratia potiori. ſuis litteris vobis indulſit ut non ſolum aliis ſed nec etiam dicte ſedis legatis predic|tas vel etiam depoſitionis ſententias in vos vel predicta monaſteria ſine ſedis eiuſdem ſpeciali mandato licitum ſit proferre. quas ſi ex tunc proferri contingeret decrevit | irritas et inanes. Inſuper omnino prohibuit ne predicti legati procurationes pecuniarias a vobis exigere vel extorquere preſumat. ſed cum ad domos veſtri ordinis acceſſerint ſine carnium eſu cibis regularibus ſint contenti. Porro quia nos nuper omnia indulta quibuscumque perſonis ſive eccleſiaſticis Prelatis et aliis regularibus | et non regularibus ſive ſecularibus, principibus et aliis minoribus et quorumcumque locorum Capitulis, Collegiis, Conventibus et Communibus ſeu Communita|tibus a felicis recordationis Innocentio papa predeceſſore noſtro vel nobis conceſſa. quod videlicet per delegatos. conſervatores aut executores a ſede apoſtolica de|putatos ſeu per delegatos ab ipſis. vel per legatos ſedis eiuſdem. aut ordinarios ſeu delegatos eorum interdici ſuſpendi vel excommunicari quodque ipſiſ ingreſſus eccleſie | prohiberi et quod

Digitized by Google

terre ſue interdicto eccleſiaſtico ſupponi non valeant totaliter auctoritate apoſtolica duximus revocanda. ita quod deinceps nullum robur. nullumque | vigorem obtineant. nec premiſſi per ea iuvare ſe valeant ulterius vel tueri niſi Principes ipſi ſint. Reges vel uxores aut filii ſeu fratres Regum aut alii | magnates ſublimeſque viri qui antiquitus a predicta ſede ſimilem gratiam habuerunt, vos metuentes vobis per hoc preiudicium generari apoſtolice ſuper hoc proviſionis remedium im|ploraſtis. Nos itaque ad petitionem dilecti filii noſtri. J. tituli ſci Laurentii in Lucina. preſbyteri cardinalis. veſtris ſupplicationibus inclinati. quod per revocationem huiuſmodi nullum | libertatibus et immunitatibus vobis a prefata ſede conceſſis preiudicium in poſterum generetur, auctoritate vobis preſentium indulgemus. Nulli ergo omnino hominum liceat etc. Si quis autem etc.

Datum Laterani. III. Idus Decembris. Pontificatus noſtri anno Primo.

An gelb und roth ſeidener Schnur hängt die unverſehrte Bulle.

---

312. Papst Alexander IV. nimmt das Kl. Eberbach gegen seine Bedränger in Schutz.

1255, *Decemb. 11.*

Orig. Bulle im Landesarchiv zu Idstein.

Alexander epiſcopus ſervus ſ. d. Venerabilibus fratribus. Archiepiſcopo Treverenſi et eius ſuffraganeis. et Dilectis filiis. Abbatibus, Prioribus, | decanis, Archidiaconis, Prepoſitis, Archipreſbiteris et aliis eccleſiarum Prelatis per Treverenſem provinciam conſtitutis ſalutem et apoſt. benedictionem. Non abſque|dolore cordis et plurima

Digitized by Google

turbatione didicimus quod ita in pleriſque partibus eccleſiaſtica cenſura diſſolvitur et canonice ſententie ſeveritas enervatur ut viri religioſi et hii maxime qui per ſedis apoſtolice privilegia maiori donati ſunt libertate paſſim a malefactoribus ſuis iniurias ſustineant et rapinas. dum vix inveniatur qui congrua illis protectione ſubveniat. et pro fovenda pauperum innocentia ſe murum defenſionis opponat. Specialiter autem. Dilecti filii | Abbas et fratres monaſterii de Eberbach Cyſtercienſis ordinis Maguntine dioceſeos tam de frequentibus iniuriis quam de ipſo cotidiano defectu iusticie conquerentes | uniuerſitatem veſtram litteris petierunt litteris apoſtolicis excitari. ut ita videlicet eis in tribulationibus ſuis contra malefactores eorum prompta debeatis magnanimitate conſurgere. quod ab anguſtiis quas ſuſtinent et preſſuris veſtro poſſint preſidio reſpirare. Ideoque univerſitati veſtre per apoſtolica ſcripta mandamus | atque precipimus. quatinus illos qui poſſeſſiones vel res ſeu domos predictorum fratrum irreverenter invaſerint. aut ea iniuſte detinuerint que predictis fratribus | ex teſtamento decedentium relinquuntur. ſeu in ipſos fratres vel ipſorum aliquem contra apoſtolice ſedis indulta. ſententiam excommunicationis aut interdicti preſumpſerint | promulgare. vel decimas laborum de terris habitis ante concilium generale. ante quod ſuſceperint eiuſdem ordinis inſtituta quas propriis manibus aut ſumptibus excolunt, ſeu nutrimentis animalium ſuorum ſpretis apoſtolice ſedis privilegiis extorquere, monitione premiſſa ſi laici fuerint publice candelis accenſis | ſinguli veſtrum in dioceſibus et eccleſiis veſtris excommunicationis ſententia procellatis. Si vero clerici vel canonici regulares ſive monachi fuerint eos appellatione remota ab officio et beneficio ſuſpendatis, neutram relaxaturi ſententiam. donec predictis fratribus

Digitized by Google

plenarie ſatiſſaciant. et tam laici quam clerici ſeculares qui pro violenta manuum iniectione in fratres | eoſdem vel ipſorum aliquem anathematis vinculo fuerint innodati cum dioceſani Epiſcopi litteris ad ſedem apoſtolicam venientes ab eodem vinculo mereantur abſolvi. Datum | Laterani. III. Idus Decembr. Pontif. noſtri anno primo.

An gelb und roth ſeidener Schnur hängt die unverſehrte Bleibulle.

313. Papst Alexander IV. bestätigt die Zehntfreiheit der Cistercienser.

1255, *Decembr. 14.*

Orig. Bulle im Landesarchiv zu Idstein.

Alexander epiſcopus ſervus ſervorum dei. Venerabilibus fratribus Archiepiſcopo Maguntino eiusque ſuffraganeis. et dilectis filiis aliis. Eccleſiarum Prelatis per Maguntinenſem Provinciam conſtitu|tis Salútem et apoſtolicam benedictionem. Felicis recordationis Honorii papae predeceſſoris noſtri litterarum tenore in venerabilis fratris noſtri. Cantuarenſis Archiepiſcopi contentum litteris perſpeximus in hec verba. Honorius | epiſcopus ſervus ſerv. dei. Venerabilibus fratribus St. Cantuarenſi ſcc Romane eccleſie cardinali et . . . Eboracenſi Archiepiſcopis et eorum ſuffraganeis ac dilectis filiis aliis Eccleſiarum prelatis per Cantuarienſem et. Eboracenſem | Provincias conſtitutis ſalutem et apoſt. benedictionem. Cum Abbates Ciſtercienſis ordinis tempore concilii generalis ad commonitionem felicis memorie .J. papae predeceſſoris noſtri ſtatuerint. ut de cetero fratres ipſius ordi|nis ne occaſione privilegiorum ſuorum eccleſie ulterius gravarentur. de alienis terris et ab eo tempore acquirendis ſi eas propriis manibus aut

Digitized by Google

ſumptibus colerent decimas perſolverent eccleſiis quibus ratione predi|ornm antea ſolvebantur niſi cum eiſdem eccleſiis aliter ducerent componendum idem predeceſſor noſter quia ſperabat ut eccleſiarum Prelati proniores et efficaciores exiſterent ad exhibendum eis de ſuis malefa|ctoribus iuſticie complementum. et eorum privilegia diligentius et perfectius obſervarent ſtatutum huiusmodi gratum habens et ratum hoc ipſum ad alios regulares qui gaudent ſimilibus privilegiis extendi | voluit et mandavit. Sed quod dolentes referimus in contrarium res eſt verſa quia ſicut ex inculcata querela Abbatum ipſius ordinis frequenter audivimus. nonnulli eccleſiarum prelati. et alii clerici eorum | privilegia temere contempnentes et contendentes malitioſe ipſorum pervertere intellectum eoſdem multipliciter inquietant. nam cum ſit ipsis indultum ut de novalibus que propriis manibus aut | ſumptibus excolunt. ſive de ortis et virgultis et piſcationibus ſuis vel de ſuorum animalium nutrimentis nullus ab eis decimas exigere vel extorquere preſumat quidam perverſo intellectu conficto di|centes quod hec non poſſunt nec debent intelligi niſi de hiis que ſunt ante generale concilium acquiſita, ipſos ſuper hiis multiplici exactione fatigant. Nos igitur eorum quieti paterna ſollicitudine | providere volentes univerſitati veſtre per apoſtolica ſcripta firmiter precipiendo mandamus, quatinus Abbates et fratres eiuſdem ordinis a preſtatione decimarum tam de poſſeſſionibus habitis | ante concilium generale quam de novalibus ſive ante ſive poſt concilium acquiſitis que propriis manibus aut ſumptibus excolunt, nec non de ortis et virgultis, pratis, paſcuis, nemoribus, molendinis | ſalinis et piſcationibus ſuis, et de ſuorum animalium nutrimentis ſinguli veſtrum omnino ſervetis immunes. Contradictores per cenſuram eccleſiaſticam appellatione poſtpoſita com-

Digitized by Google

peſcendo. Datum | Laterani .VII. Kal. Julii. Pontificatus noſtri anno VI. Nos igitur eiuſdem predeceſſoris in hac parte preceptum favore apoſtolico approbantes, idem ad ipſius exemplar a vobis diſtrictius | precipimus exequendum. Nulli ergo omnino hominum liceat etc. Si quis autem etc. Datum Laterani. XVIIII. Kal. Januar. | Pontif. noſtri anno primo.

An gelb und roth ſeid. Schnur hängt die unverſehrte Bulle.

---

314. Jacob und Godefrid v. Rudensheim, Ritter, ſchenken dem Kloſter Weinberge im Dorf Ebirbach.

1256.

Orig. Urk. im Landesarchiv zu Idstein.

Frater W. dictus Abbas in Ebirbach et G. vicedominus dictus Wlpis in Rudenſheim. Quod | ratum ſemper esse debet ac firmum neceſſe eſt uoce teſtium et ſcripti noticia robo rari. Hinc eſt quod innoteſcere cupimus uniuerſis preſentem notulam inſpecturiſ. quod dominus | Jacobus et frater eius Godefridus militeſ in Rudenſheim pro remedio animarum ſuarum ac progeni|torum ſuorum contulerunt ecclesie Ebirbacenſi quatuor iugera uinearum ſita in uilla Ebirbach. in loco | qui vocatur Bachelden tali uidelicet conditione. ut de prouentibus dicte vinee allecia ſingulis an|nis comparentur. per totam quadrageſimam prefato conuentui diebus dominicis per coquine cellerarium miniſtranda. | Si autem quod abſit in posterum aliqua perſona ſiue abbas uel prior. ſeu etiam viſitator hanc gratiam ab eiſdem | militibus dicto conuentui exhibitam propter deum. infringere vel auferre attemptaverint. memorata vinea ce|det in uſus moni alium in Ibingen jure perpetuo poſſidenda. Teſtes fridericus

prior in Eberbach. | Symon portarius. Arnoldus grangiarius ibidem. Plebanus. . . in Rudenſheim. Fridericus et Wilhelmus fratres noſtri | militeſ ibidem. Actum anno dni M⁰. CC⁰. L.VI⁰.

---

315. Friederich Scheminch, und Lyberadis, Eheleute zu Wesel, schenken dem Kl. Eberbach zwei Weinberge.

1256, *Januar 6.*

Orig. Urk. im K. Provincialarchiv zu Coblenz.

Omnibus Chriſti fidelibus ad quos hee littere pervenerint fridericus dictus Scheminch et lybe|radis uxor ipſius ciues Weſalienſes, ſalutem in domino. Tenore preſentium ſcire cupi|mus univerſos tam preſentes quam futuros quod nos ſtatum vite preſentis brevem et | momentaneum attendentes contulimus duas vineas noſtras unam in michelwelt. re|liquam in Engelhelden ſitas religioſis viris domino abbati et conventui in Eber|bach pure et libere propter deum. Has etiam vineas in manus dictorum abbatis et conventus | ut dictum eſt reſignatas, ab ipſis recepimus ad terminum vite noſtre pro cenſu. videlicet | unica libra cere. Huic itaque collationi interfuerunt et teſtes ſunt Dominus Winardus miles. Hildebrandus. Leo filius engelandis. Henricus scultetus. Sifridus de Garl. Johannes | de Dameſcheit et quam plures alii fide digni. et ne aliquis hec imposterum valeat retrac|tare preſentem literam ſigillo ciuitatis Weſalie procurauimus ſigillari. Datum anno | dni. M⁰. CC⁰.L⁰.VI⁰. in Ephiphanya domini.

An Pergamentstreif hängt ein Bruchstück des Stadt-Siegels von Wesel.

Digitized by Google

316. Papst Alexander IV. verstattet dem Kl. Eberbach den Heimfall des Vermögens seiner Insassen.

1256. *Januar 11.*

Orig. Bulle im Landesarchiv zu Idstein.

Alexander epiſcopus ſervus ſ. dei. Dilectis filiis. Abbati et Conventui monaſterii | de Eberbach Ciſtercienſis ordinis Maguntine dioceſeos. Salutem et apost. benedictionem. Devotionis veſtre | precibus inclinati ut poſſeſſiones et alia bona mobilia et immobilia exceptis feudalibus, que perſonas li|beras fratrum ad monaſterium veſtrum mundi relicta vanitate volantium et profeſſionem facientium, in eodem, ſi remanſiſſent, in ſeculo racione ſucceſſionis vel quocumque alio iuſto titulo contigiſſet et | dare aliis potuiſſent, petere recipere ac retinere libere valeatis, vobis auctoritate preſentium indulge|mus. Nulli ergo omnino etc. Si quis autem hoc etc. Datum Laterani. III. Idus Januar. | Pontificatus noſtri anno Secundo.

An gelb und roth ſeidener Schnur hängt die unverſehrte Bulle.

---

317. Papst Alexander IV. verstattet dem Kl. Eberbach, die Leichen fremder Personen bei sich zu beerdigen.

1256, *Jan. 11.*

Orig. Bulle im Landesarchiv zu Idstein.

Alexander epiſcopus ſervus ſ. dei. Dilectis filiis. Abbati et Conventui Monaſterii de | Eberbach Ciſtercienſis ordinis Magunt. dioc. Salutem et apost. benedictionem. Cum a nobis petitur | quod iuſtum eſt et honeſtum tam rigor equitatis quam ordo exigit rationis ut id | per ſollicitudinem officii noſtri ad debitum perducatur effectum. Eapropter in domino dilecti|filii, veſtris iuſtis poſtulatio-

Digitized by Google

nibus inclinati ſepeliendi in monaſterio veſtro illorum corpora qui ſepeliri apud vos eligunt cum decedunt, dum modo non ſint publici uſurarii vel vinculo excom|municationis aſtricti vel alias interdicta ſit eiſ eccleſiaſtica ſepultura. liberam vobis concedimus | auctoritate preſentium facultatem. ſalvo iure ecclesiarum parrochialium. a quibus mortuorum corpora aſſumuntur. Nulli ergo omnino hominum etc. Si quis autem etc. Datum Laterani. IIII. Idus Januar. | Pontif. noſtri anno Secundo.

An gelb und roth seidener Schnur hängt die unversehrte Bulle.

318. Papst Alexander IV. gewährt dem Kl. Eberbach Vollmacht, Absolutionen zu ertheilen.

1256, *Jan. 17.*

Orig. Bulle im Landesarchiv zu Idstein.

Alexander epiſcopus ſervus ſ. dei. Dilectis filiis. Abbati Ciſtercii eiusque Coabbatibus univerſis Cyſterc. ordinis | ſalutem et apoſt. benedictionem. Celeſtis amor patrie mentes veſtras ſic allexiſſe perſpicitur ut quaſi hoc ſolum delectationem vobis | tribuat. quod divine voluntati ſit placitum et ſalutem proferat animarum. Procedit ex hoc quod nos veſtris piis petitionibus favorem lar|giri benivolum delectantes. maxime cum ex apoſtolici cura tenemur officii circa religionis augmentum attenti et vigiles inveniri vobis | auctoritate preſentium indulgemus. ut volentibus veſtro aggregari collegio dummodo ipſorum profeſſio ſubſequatur qui ſuſpenſio|nis aut interdicti aut excommunicationis ſententiis ſunt ligati. abſolutionis beneficium iuxta formam eccleſie impertiri et | ipſos in fratres recipere ac eos qui poſt aſſumptum habitum recoluerint ſe

Digitized by Google

talibus in ſeculo fuiſſe ſententiis innodatos | et ſecundum ipſam formam abſolvere valeatis ita tamen quod ſi aliqui ex eiſdem huiusmodi ſententiis propter de|bitum ſunt ligati ſatiſfaciant ut tenentur. Ceterum licitum eſſe volumus ut tu, fili abbas Ciſtercii ce|teris coabbatibus tui ordinis ac unus eorum quem elegeris tibi ſuper premiſſis iuxta formam eandem benefici|um abſolutionis et diſpenſationis huiuſmodi ſi neceſſe fuerit largiatur. Verum ne vobis filii abbates ex cauſa | more ſeu difficultatis aliquod poſſet imminere diſcrimen ſingulis dioceſanis veſtris. preſentium auctoritate | concedimus ut abſolutio et diſpenſatio huiusmodi ab eis obtineri valeat, cum vobis vel alicui veſtrum fuerit oportunum. Nulli ergo omnino hominum etc. Si quis autem etc. — Datum Laterani. XVI. Kal. Febr. Pontificatus noſtri anno ſecundo.

An gelb und roth ſeidener Schnur hängt die unverſehrte Bulle.

---

319. Conrad v. Dorenburg und Jutta, ſeine Gattin, ſchenken dem Kl. Eberbach alle ihre Güter bei Gebenburne.

1256, *März 29.*

Orig. Urk. im Gr. Geh. Staatsarchiv zu Darmſtadt.

Nos Conradus dictus de Dorenburg. Tenore preſencium recognoſcimus et publice proteſtamur quod nos omnia bona noſtra propria ſita aput Gebenburne, que ibidem habemus in paſcuis de bona voluntate et expreſſo conſenſu domine Jutte uxoris noſtre et communicata manu eiuſdem ecclesie Everbacenſi pure propter deum contulimus, pro noſtrorum et uxoris noſtre memorate remedio peccatorum, reſignantes ea in manus fratris Wignandi tunc ibidem cellerarii. Volumus itaque ut ipſum

Digitized by Google

monaſterium eadem paſcua iuſto proprietatis titulo perpetuo pacifice poſſideat et quiete. Huius collationis teſtes ſunt de monachis ecclesie prefate Theodericus filius Erkenboldi. Mauricius de Pinguia. Theodericus de Sante. Item de civibus Maguntinenſibus. Bertoldus longus. Criſtianus judex. Godefridus de ſancto Criſtoforo. Helwicus dictus zů der barten. Waltherus ubelakker. Gerwardus de Hocheim. In huius rei memoriam ac debitam firmitatem preſentem litteram noſtro sigillo et civitatis Maguntiae. fecimus roborari. Actum Maguncie. Anno domini. M⁰. CC⁰. LVI⁰. Quarto Kalendas Aprilis.

Die beiden an Pergamentstreifen anhängenden Siegel 1. des Ausstellers 2. der Stadt Mainz, sind an den Rändern sehr beschädigt.

---

320. Cunrad Mesinbug, Ritter, und seine Frau Gertrud vermachen dem Kl. Eberbach ihre Güter in Besinsheim.

1256, *im April.*

Orig. Urk. im Gr. G. Staatsarchiv zu Darmstadt.

Wolframus ſcultetus in Frankinwort. Militeſ, scabini ac univerſi ciueſ ibidem. Omnibus in perpetuum. Ad noticiam uolumus peruenire poſterorum quod | Cunradus mileſ dictus Meſinbug et uxor eius Gertrudis manu communicata, conſenſu unanimi, et pia devotione inſpirati Eberbacenſi monaſterio omnia | bona ſua ſita in villa beſinſheim, propter deum et ſuarum remedio animarum libere contulerunt. Hec bona recepit frater Symon monachus et ſacerdos | et frater Reinerus in frankinwort ex parte monaſterii Eberbacenſis coram teſtibus ſubnotatiſ. Henricus frater sculteti, Hen-

Digitized by Google

ricus filius Helfrici de Rudinheim milites, Wikerus, Henricus allenſis, Johannes Golſtein, ſcabini. Item. dnus Wernerus abbas Arneſburgenſis et Wikerus prior et Apolonius Monachi ibidem et | frater Eppertus de tocio et alii quam pluref fide digni. In huius rei evidenciam ampliorem preſentibus ſigillum ciuitatiſ noſtre duximus apponendum. | Actum anno dni M°. CC°. quinquageſimo ſexto, Menſe Aprili.

Angehängt ist das fast unversehrte Siegel, Umschrift: † FRANKENVURT. SPECIALIS. DOMUS. IMPERII.

---

321. Papst Alexander IV. bestätigt alle dem Orden von Cisterz früher ertheilten Vergünstigungen.

***1256**, April 9.*

Orig. Transsumpt im Landesarchiv zu Idstein.

Alexander epiſcopus ſervus ſ. dei. Dilectis filiis. Abbati Cyſtercii eiusque Coabbatibus et fratribus univerſis | Cyſter. ordinis ſal. et apoſt. benedictionem. Plantatus olim in agro eccleſie veſter ordo ſic a ſuis pri|mordiis gratia operante divina. laudabilibus incrementis ſucceſſive profecit quod aſſidue flores proferens copioſius | honeſtatis et producens uberius fructus vite. Inter alia plantaria dominica puritate converſationis. ſcientie do|no et virtutis merito dinoſcitur ſpecialiter inſignitus. Unde nos in agro ipſo cultores licet immeriti a|domino deputati eundem ordinem grandi proſequi favore proponimus et exaltationem ipſius ingis diligentie | ſtudio multipliciter procurare. Ut apoſtolice gratie rore continue irroratus maioribus deo tribuente con ſurgat et dilatetur augmentiſ. Cum igitur apoſtolica ſedes nonnulla privilegia et quam plures indulgentias et gra tias eidem ordini generaliter et quibuſdam ex vobis

Digitized by Google

ſpecialiter ſub diverſitate temporum duxerit concedenda. Nos | cupientes ea que vobis et ipſi ordini a predicta ſede conceſſa ſunt non ſolum integra et illeſa ſervare immo | potius adaugere. dilecti filii noſtri. J. tituli ſci Laurentii in Lucina preſbyteri cardinalis ſupplicationibus inclinati | huiusmodi privilegia et indulgentias ac gratias vobis et eidem ordini non obſtantibus quibuslibet conſtitutio|nibus. proviſionibus. diffinitionibus. et ordinationibus factis vel promulgatis a nobis ad inſtantiam prelatorum | eccleſie Gallicane. et quorumcunque aliorum. et quibuſcunque litteris ſuper hiis per eos. vel per quoſcumque alios optentis a ſede | predicta per quas premiſſis privilegiis et indulgentiis et gratiis in nullo derogari volumus auctoritate | apoſtolica confirmamus et preſentis ſcripti patrocinio communimus. Decernentes omnes excommunicationis | interdicti ac ſuſpenſionis ſententias. ſiquas in vos vel veſtrum aliquos. aut monaſteria ſeu quelibet loca | dicti ordinis. per predictos prelatos. aut quoſcumque alios pretextu predictarum conſtitutionum. proviſionum. diffinicionum | et ordinationum ac literarum ſuper hiis a nobis optentarum promulgare contigerit, irritas et inanes. Nulli | ergo omnino hominum etc. Si quis autem etc. Datum Laterani V. Ydus Aprilis. Pontificatus | noſtri anno ſecundo. Nos autem Radolphus dei gratia Tarentinas archiepiſcopus Notum facimus omnibus preſentem pagi|nam inſpecturis quod nos vidimus, tenuimus et diligenter inſpeximus bullam domini Alexandri pape quarti | in ſerico. non abholitam. non abraſam non cancellatam, nec in aliqua ſui parte viciatam, ſed ſupraſcriptum | tenorem plene et integre continere. In cuius rei veritatem et teſtimonium preſenti ſcripto sigillum | noſtrum appoſuimus. Actum

Digitized by Google

anno dni M⁰. CC⁰. L⁰. Septimo vigilia ſci Petri ad vincula.

Die Pergamentſtreifen hängen an, das Siegel des Ausſtellers iſt abgeriſſen.

---

322. Gerhard, Vogt von Bingen, ſchenkt zur Sühnung ſeiner Frevel dem Kl. Eberbach mehrere Beſitzungen in Bingen.

1256, *Nov. 8.*

Orig. Urk. im Gr. G. Staatsarchiv zu Darmſtadt.

Nos Gerhardus dictus Advocatus de Pinguia recognoſcimus et tenore preſencium pu|blice proteſtamur. quod quia domino Abbati et Conventui Eberbacenſis monaſterii multas iniurias | et dampna diverſa intulimus multis modis contra iuſticiam et ſine cauſa. Nos pro | anime noſtre ſalute in conpenſationem et reſtaurum dampnorum huiusmodi quaſdam poſſeſſio|nes et domunculas noſtras in Pinguia ſitas cum cenſibus earum videlicet duobus ſolidis Colon. | et quatuor unciis Mogunt. et duobus denariis et XIX. caponibus de bona voluntate et expreſſo conſen|ſu domine Gertrudis uxoris noſtre et communicata manu ipsius eidem monaſterio pure propter deum | contulimus et pro nostrorum et uxoris nostre remedio peccatorum ſub huiusmodi tamen forma ut nobis quam diu | vixerimus ab hominibus habitantibus in domibus ſupradictis cenſus memoratus totaliter ſub nomine ecclesie | cui proprietatem dictarum poſſeſſionum reſignavimus coram multis, annis ſingulis preſentetur. mortuiſ | autem nobis Ecclesia libere et quiete percipiet imperpetuum ipsum cenſum. Specificari itaque fecimus ſin|gulas poſſeſſiones cum cenſibus ſuis in hac carta quam aſſignavimus eidem monaſterio ſigilli noſtri munimi|ne roboratam. In evidenciam huius facti curia

Digitized by Google

ſcilicet Perſekerne ſolvit .XX. denarios et .II. capones. domus | tamen eidem curie contigua. IIII. denarios et I. caponem. Item domuncula quondam Eigilwardi militis I. ſolidum. | Item due quaſ inhabitant due mulieres videlicet Schonewrowa et altera dicta Diethmerin. X caponeſ | poſſeſſioneſ piſcatoris qui vocatur Durrehoubith. XX. denarios et IIII. capones. Item domuncula Adelheidis | ſine naſo. VI. denarios. Hertwinus ſaccifer. XX. denarios et .II. capones. Heredes Anſelmi quondam ſculteti pinguenſis | de poſſeſſionibus cloppeſchildi. II. ſolidoſ Colonienſes. Acta ſunt hec anno dni M°. CC°. LVI. VI. Idus | Novembris. Preſentibus Gerhardo sculteto. Cunrado Gipeſhorn. Volkardo. Theoderico Wirouch. | Cunrado filio Dimoniſ Schabinis. Berlewino et Burchardo militibus. et aliis quam pluribus civibus de Pinguia fide dignis.

Das Siegel ist herausgeschnitten.

---

323. Papst Alexander IV. ermächtigt die Cisterc. Aebte zur Ertheilung der Absolution in gewissen Fällen.

1256, *Dec. 23.*

Orig. Bulle im Landesarchiv zu Idstein.

Alexander epiſcopus ſervus ſervorum dei. Dilectis filiis. Abbati Ciſtercienſi eiusque Coabbatibus univerſis Ciſter|cienſis ordinis Salutem et apost. benedictionem. Cum ſicut ex parte veſtra fuit propoſitum coram nobis quod monachos ve|ſtros et religioſas perſonas vobis ſubiectas ab excommunicatione quam pro violenta iniectione manuum in ſe ipſos | incurrerunt abſolvere valeatis ac prioribus veſtris ſuper hoc conmittere vices veſtras vobis a ſede apoſtolica | ſit indultum et ſepe contingat propter veſtram et priorum veſtrorum abſentiam illos qui in huiuſ|modi

Digitized by Google

ſententiam incidunt diutius in ipſa non ſine animarum ſuarum periculo remanere. Noſ veſtris in | hac parte ſupplicationibus inclinati quod ſuper hiis vices ipſas etiam aliis diſcretis et litteratis veſtri ordinis | ſacerdotibus abſentibus vobis committere prout expedire videritis valeatis vobis auctoritate preſentium ple|nam concedimus facultatem. Nulli ergo omnino hominum etc. Si quis autem etc. Datum Laterani. | X. Kal. Januar. Pontificatus noſtri anno Secundo.

An gelb und roth seidener Schnur hängt die unversehrte Bulle.

---

324. Papst Alexander IV. sichert den Cisterciensern die Exemtion von fremder Gerichtsbarkeit.

***1256**, Dec. 23.*

Orig. Bulle im Landesarchiv zu Idstein.

Alexander epiſcopus ſerv. ſerv. dei. Dilectis filiis Abbati Ciſtercii eiuſque Coabbatibus et Conventibus univerſis Ciſtercienſis ordinis Salutem et apoſt. benedictionem. Cum olim felicis recordationis.I. papa predeceſſor noſter duxerit ſtatuendum ut | exempti quantacunque gaudeant libertate, nichilominus tamen ratione delicti ſeu contractus aut rei de qua contra ipſos agitur rite | poſſint coram locorumque ordinariis conveniri. et illi quo ad hec ſuam in ipſos iuriſdictionem prout ius exigit exercere, vos dubitantes | ne per conſtitutionem huiuſmodi libertatibus et immunitatibus vobis et ordini veſtro per privilegia et indulgentias ab apoſtolica ſede | conceſſas preiudicari valeat, nobis humiliter ſupplicaſtis ut providere ſuper hoc indempnitati veſtre paterna ſolli|citudine curaremus. Quia vero eiuſdem ordinis ſacra religio ſic vos apud nos dignos favore conſtituit ut nobis | votivum exiſtat, vos ab omni-

Digitized by Google

bus per que vobis poſſent provenire diſpendia, immunes libenti animo preſervare | auctoritate vobis preſentium indulgemus ut occaſione conſtitutionis huiuſmodi nullum eiſdem libertatibus | et immunitatibus in poſterum preiudicium generetur. Nulli ergo omnino hominum etc. Si quis autem etc. Datum Laterani. X. Kal. Januar. | Pontificatus noſtri anno Secundo. |

An gelb und roth seidener Schnur hängt die unversehrte Bulle.

---

325. Die Rheingrafen Wernher und Sifrid genehmigen eine Schenkung Emichos von Flanheim und Berwards von Eltville an das Kl. Eberbach.

1256.

Orig. Urkunde im Gr. Geh. Staatsarchiv zu Darmstadt.

In nomine domini. Nos fratreſ uterini Werneherus. et Sifridus. Ringrauii Conſtare | cupimus preſentibus ac poſteris hoc ſcriptum inſpecturis, quod ducti pie deuotionis affectu | quo Ciſterciensem ordinem amplectimur ob honorem beate virginis, et in remedium animarum noſtrarum, | dilectis fratribus Eberbacenſis eccleſie beniuolenciam exhibere cupienteſ et fauorem, conſenſimus, | quod eis. Emicho. de Flaneheim quatuor maltra annone. preter vnum Cůnf. amam vini. et. XXXIII. | denarios leueſ vendidit. Et Berwardus de alta villa tantum que uterque illorum ex curia | dictorum fratrum, que vocatur Sande, a nobis iure tenuit feodali. Huic facto interfuit | dominus Waltherus, abbas Eberbacenſis, cum quibuſdam ſuis monachis et conuerſis. Laici. Willehelmus | et frater ſuuſ. Fridericus de Rvdenſheim et Jacobus miles dictus de Wormatia et quidam alii. | Actum anno domini M°. CC°. L°. Sexto. In eviden-

Digitized by Google

ciam premiſſorum preſentem paginam | inde conſcriptam ad petitionem partium voluimus ſigillorum noſtrorum impreſſionibus roborare.

An der Urkunde hängt das Reitersigel Wernhers beschädigt, . . . M WERNHERI COI . . IS . RENI *sowie das noch mehr beschädigte Siegel Sifrieds, ein doppelt geschwänzter Löwe, den auch Wernher im Schilde führt. Von der Inschrift ist nichts mehr zu lesen, als* . . . . . RIDI . RI . . . . . *.*

---

326. Heinrich Scherf, Priester in Bopard, und seine Geschwister schenken dem Kl. Eberbach ihre Häuser und Höfe.

***1257**, Jan. 6.*

Org. Urk. im K. Provincialarchiv zu Coblenz.

C. ſcultetus milites ſcabini et cives Bopardienſes univerſi omnibus preſentem paginam inſpecturis tam|preſentibus quam futuris notum eſſe volumus quod dum dominus Heinricus ſacerdos dictus Scherf, Ekkardus | frater ſuus, Methildis et Guda ſororeſ ſue ac eorundem proximi heredeſ pari voluntate et libero conſen|ſu pro remedio animarum ſuarum et progenitorum ſuorum domum et areaſ ſuas quas inhabitabant ex oppoſito | domus prepoſiture in Bopardia contuliſſent eccleſie beate ſemperque virginis Marie in Eberbach hoc | notabile interpoſuerunt. videlicet quod nulli abbatum vel officialium eccleſie eiuſdem licebit | dictaſ domos vel areas quacumque neceſſitate cogente vendere vel alicui hominum aliquatenus obligare ſed preceptione fratrum et pro rebuſ eccleſie ibidem reponendis ad uſus | eiuſdem perpetuo permanebunt. Huius rei teſtes ſunt Wigandus. Sifridus de Gundilnhuſen. | Henricus monachus. Henricus de Bikkenbach. Bangelo. Witkindus milites. Cunradus | gulra. Johannes bun natus. Sifridus et Henricus de Salzeche ſcabini. Wilhelmus notarius | et alii

quam plures. In cuius rei teſtimonium preſentem ſcedulam civitatis Bopardiensis roboravimus | ſigillo. Datum Anno dni M⁰.CC⁰.LVII⁰. In octava Epyphaniae.

An Pergamentstreif hängt noch ein Stück des Stadtsiegels von Bopard.

---

327. Philipp von Valckenstein verleiht dem Kl. Eberbach Zollfreiheit bei seinem Schloss Kuben.

1257, *Mai 13.*

Orig. Urk. im Landesarchiv zu Idstein.

Philippus de valckenſtein Dilectis fidelibus ſuis ſculteto et univerſis caſtrenſibus in kuben ſalutem et omne | bonum. Cum dilectos in chriſto . . abbatem et conventum in Eberbach ſub noſtram ſpecialiter recepimus gratiam et ducatum, | Mandamus et rogamuſ quatinus eiusdem conventus fratres aut nuntios per voſ tranſitum facientes libere tranſire permittatiſ ſalvis | rebus omnibus ipſorum et perſonis, nullum etiam de eis thelonium exigentes, praeſtituri ſimiliter ipſis ſecurum ducatum ob amo|rem noſtrum cum a vobis duxerint requirendum. — Datum Eberbach. anno domini. M⁰. CC⁰. LVII⁰. III. Idus Maij.

Das Reitersiegel des Ausstellers ist im Bilde gut erhalten, am Rande aber abgebrochen: † . . . M . FIL . . . . DE . BOLAN . .

---

328. König Richard bestätigt die Zollfreiheiten des Kl. Eberbach.

1257, *Mai 24.*

Orig. Urk. im Landes-Archiv zu Idstein.

Richardus dei gratia Romanorum rex ſemper auguſtus univerſis ſacri Imperii Romani fidelibus preſentem paginam inſpecturis | gratiam ſuam et omne bonum. Cum ex collata nobis a deo divinitus poteſtate cunctos fideles ſacri Romani imperii clementi debeamus munimine con|-

Digitized by Google

fovere, viroſ religioſos maxime. ob cultum religionis quo divino vacant obſequio ut liberius deo valeant famulari, ſub alis noſtre protectionis | confovere debemus. et in temporalibus favorabiliter promovere ut ſuffragiis eorum orationum adiuti aſſidue apud Regem Regum obtinere gratiam | et miſericordiam mereamur. Ad noticiam univerſorum igitur volumus pervenire quod noſ audita ſpeciali benignitate quam dudum magnifici | Romanorum Imperatores et Reges predeceſſores noſtri ad Everbacenſe monaſterium Ciſterc. ordinis habuerunt, inſpirati pari devotionis | affectu ad imitationem predeceſſorum noſtrorum Indulgentias et beneficia ipſi monaſterio pie conceſſa eidem preſenti pagina confirmamus, fratribus eiuſdem | monaſterii liberalitate Regia concedentes ut cum navibus et ſubſtantia ſua per alveum Reni deſcendentes et aſcendentes liberi ſint penitus | et immunes, apud Bopardiam et in omnibus locis que noſtre iuriſdictionis exiſtunt ab omni theloneo et exactione quae ab aliis ſolent tranſeuntibus | poſtulari Hoc adicientes quod ſi forte theloneum Bobardie alicui commiſſum fuerit vel etiam obligatum, nullam penitus habeat | poteſtatem fratres eiuſdem monaſterii aggravandi vel quicquam exigendi ab eis. Praecipue cum eos ante talem commiſſionem ab omni | gravamine intuitu dei et pro ſalute anime noſtre abſolverimus et contra factum noſtrum nichil in ipſorum diſpendium fieri permittamus. | Ut autem haec noſtra conceſſio rata et inconvulſa permaneat praeſens ſcriptum exinde fieri fecimus et ſigillo maieſtatis | noſtre muniri. Datum colonie XXIIII. die maij. Indictione XV. anno domini. M°. CC°. LVII°. Regni noſtri anno primo.

Das an grün und roth seidener Schnur gehangene Siegel ist abgerissen.

Digitized by Google

329. Das Kl. Eberbach vergleicht sich mit Emercho, Vogt zu Lubenheim, über einen Weinberg daselbst.

1257, *Aug. 12.*

Orig. Urk. im Landesarchiv zu Idstein.

Judices ſce Maguntine ſedis tenore preſentium publice proteſtamur quod dilectis in Chriſto fratribus | ecclesie Eberbacensis Ciſterc. ordinis ex parte una et Emerchone aduocato de Lubenheim | ex altera altercantibus coram nobis ſuper vinea in Lubenheim ſita iuxta Copperwege tan|dem mediantibus probis viris cauſa huiusmodi de consenſu utriuſque partis uoluntarie et expreſſe per compoſicionem amicabilem penitus eſt ſopita. Ita videlicet quod prefati fratres | ad annum preſentem dimiſerunt eidem aduocato cedere fructus ipsius uinee, cui inquam | vinee et iuri ſi quid ei competeret in eadem vel competere aliquatenus uideatur ipse advocatus nomine | ſuo et omnium heredum ſuorum renunciavit in figura judicii publice coram nobis Ita quod | memorati fratres Eberbacenses eandem vineam cum fructibus inantea inde percipiendis ſine | contradictione et difficultate qualibet in perpetuum obtinebunt. In cuius facti memoriam | et perpetuam firmitatem preſentem litteram sigillo nostro duximus roborandam. Actum Ma|guntie anno dni M°CC° LV°II. secunda feria poſt feſtum beati Laurentii.

An Pergamentstreif hängt noch ein Stückchen des S.

330. Die Ritter von Bruningsheim und die von Cronenberg präsentiren einen Canoniker als Pfarrer zu Dypbach.

1257, *Octob. 22.*

Orig. Bulle im Landesarchiv zu Idstein.

Reverendo dno ſuo W. dei gracia ſce Marie ad Gradus prepoſito Maguntino. Bertoldus | Cûnradus

Digitized by Google

milites fratres dicti de Bruningsheim. Francho et Bertoldus fratres de Cronenberg atque | ipsorum coheredes salutem cum obsequio parato. Cum jus patronatus ecclesie in Dypbach ad nos pertinere | dinoscitur Magistrum G. canonicum Maguntinum ad ipsam nunc vacantem ex obitu domini W. canonici maguntini | vobis presentamus supplicantes quatinus ipsum de eadem inuestire dignemini propter deum. | Datum anno dni. Millesimo. Ducentesimo. Quinquagesimo septimo. XI°. Kalend. Novembris. | Nos omnes contenti sumus sigillo Hartmudi militis cognati nostri de Cronenberg.

Das Siegel † S. HARMVODI DE CRONEnberg *hängt ziemlich wohlerhalten an.*

---

331. Cunrad von Geysposheim, Ritter, verkauft dem Kl. Eberbach eine Geldrente in Gisenheim.

1258.

Orig. Urk. im Landesarchiv zu Idstein.

In nom. dni. Nouerint uniuerſi preſens ſcriptum inſpecturi quod ego Philippus de valckenſtein | ductus pia deuotione cupiensque aliquid operari licet modicum in remedium anime mee filiorum meorum | Philippi et Wernheri filie que [1]) mee Gude — — venerabiles fratres Eberb. ecclesie — per alveum Reni deſcendentes et aſcendentes cum navibus | ſuis — — volo apud caſtrum meum Kuben — — ſine omni petitione — thelonei — eſſe in perpetuum penitus abſolutos. — — Actum a. d. M. CC. LX. primo, menſe Novembri. | Ad eternam [2]) evidentiam u. s. w.

Die an Pergamentstreifen anhängenden Reitersiegel der drei Aussteller sind stark beschädigt.

*) Abgedruckt bei Bär Diplom. Nachr. II. S. 290. Varianten des Abdrucks: [1]) quoque [2]) certam.

Digitized by Google

361. Odilie und ihre Kinder verzichten auf eine Geldforderung an Gevard von Scarpensten.

1261, *Dec. 1.*

Orig. Urk. im Landesarchiv zu Idstein.

Viro diſcreto et honeſto domino Geuardo de ſcarpenſten. G. ſcultetuſ militeſ. | Scabini ceterique civeſ Andernacenſes ſalutem et omne bonum. Diſcretioni veſtre notum | facimus. Odiliam uxorem leoniſ. Aleidim ſuam. Arnoldum et Petrum filioſ | ſuoſ omni actioni quam in uoſ ex parte denariorum patri eorum ablatorum ha|buerunt nobis preſentibus et Embricone milite de Lonſten libere et | volenti animo renuntiauerunt. Actum anno domini M°. CC°. LX.°. | in craſtino Andree.

An roth und grün seidener Schnur hängt das Siegel der Stadt Andernach. † MA . . . . . ATNA CIVIUM AN . . . AC . . SIUM

362. Cunrad von Castdorf macht dem Kl. Eberbach alle seine Güter zum Geschenk.

1262.

Orig. Urk. im Landesarchiv zu Idstein.

Nos Ditterus Comeſ de kazzenelnbogen. Nouerint hoc ſcriptum inſpecturi quod Cunradus de Caſtdorf | uniuerſa bona ſua ibidem ſita viuenſ et valenſ. cum conſenſu fratris ſui Waren in puram ac perpetuam | elemoſinam eccleſie contulit Eberbacenſi. Premiſſa uero cum Seonaugie nigri ordinis ad noſtram perveniſſent audientiam coram abbatibus ciſtercienſis ordinis militibus et aliis quampluribus fide digniſ. ſculteto noſtro | Dudoni in Ruprehtiſhouen precepimus quod hoc factum banno. alioque iure conſueto confirmaret ecclesie

Digitized by Google

antedicte. Actum anno domini M°. CC°. LX°. Secundo. In euidenciam premiſſorum hanc cetulam | inde conſcriptam. ſigilli noſtri munimine duximus roborandam.

Von dem anhängenden Siegel ist der Rand weggebrochen.

363. Sifrid von Frouwenstein und seine Frau Gertrud vermachen dem Kl. Eberbach ihre Besitzungen bei Musscebach und Biburc.

1262.

Orig. Urk. im Landesarchiv zu Idstein.

W. dei gratia ſce Maguntine ſedis Archiepiscopus Sacri Imperii per Germaniam Archicancellarius omnibus in perpetuum. Cum | ab humana facilius labantur memoria que nullius ſcripti teſtimonio roborantur. Atteſtatione preſentis pagine innoteſcere cupimus | univerſis preſentibus et futuris Chriſti fidelibus qualiter . Sifridus miles de frouwenſtein et Gerdrudis uxor ſua cum eſſent ſine | prole, ducti pia devotione, univerſa bona ſua ſita in villis Muſſcebach et Biburc, et in cunctis terminiſ eorundem, que tam proprietatis | titulo quam iure hereditatio poſſederunt, cum omnibus ſuis attinentiis pari voto ac communicatà manu in remedium animarum ſuarum | atque progenitorum ſuorum Eberbacenſi eccleſie ſine contradictione qualibet contulerunt ſucceſſione heredum ſuorum omnium excluſa. Bona | quidem in Müſſcebach, que titulo proprietatiſ poſſederunt, in strata publica, ea vero que in Biburc et Müſſcebach hereditario iure | tenuerunt in curia dicta fronehof et in plebiſcito quod dicitur Gedingece, coram idoneiſ teſtibus. clericiſ. militibus atque univerſitate | incolarum utriuſque ville in manus fratris Wernheri*) abbatis Eberbacenſis,

*) Abt Wernher von Eberbach † 1262, 24. april.

Digitized by Google

et fratris Walteri quondam abbatis, fratrisque Theoderici tunc prioris, cum omni | ſua integritate libere reſignaverunt, qui eadem bona ſub eccleſie ſue nomine ſuſceperunt. Solute ſunt etiam ibidem omneſ iuſticie quas- | exigit mos civiliſ. Ne qua vero in poſterum ſuboriri poſſet erronea dubitacio ſubiunctum fuit ut ſi domino concedente tandem puerum | generarent, idem puer hereditatem teneret et eccleſia Eberbacenſis bona propria quouſque ille puer conferret centum marcaſ dicte eccleſie et extunc utraque | bona inſimul poſſideret. Ita tamen quod duodecim iugera partim in agriſ et partim in vineiſ ſita in Hûnt Igil. ſub elemoſine nomine atque titulo | proprietatis eccleſie in perpetuum remanerent. Si autem contingeret quod altero eorum premortuo ſuperſtes contraheret heredemque ſuſciperet, talis nichil iuriſ habituruſ | eſſet in bonis premiſſis, ſed poſt obitum amborum bona omnia ſepe dicta eccleſia integraliter poſſideret. Inſuper prefatus miles S. et uxor ſua G. preſcripta in noſtra preſencia renovanteſ in poſſeſſionem miſerunt abbatem et conventum ecclelie antedicte. Igitur ad certam confirmationem | omnium premiſſorum hanc paginam inde conſcriptam ad petitionem partium ſigilli noſtri munimine duximus roborandam. Actum anno | domini. M°. CC°. LX°. Secuudo, Menſe . . .

An grüner Schnur hängt, seitwärts abgebrochen, das schön ausgeprägte Siegel in rothem Wachs: WERNHERUS . . . . . NTINE SEDIS ARCHIEPS; *inwendig die Beischrift:* IMPII RO . . . . ARCHICANCELL'.

364. König Richard erneuert dem Kl. Eberbach die Freiheit vom Rheinzoll bei Bopard.

1262, *Jan. 15.*

Orig. Urk. im Landesarchiv zu Idstein.

Ricardus dei gratia Romanorum Rex ſemper Auguſtus. Univerſis ſacri Imperii Romani fidelibus preſentes literas inſpecturis Inperpetuum. | Cum omnes Romani Imperii fideles ex collata nobis a deo poteſtate clementi reſpectu ſemper defensare debeamus, Religi|oſos maxime viros ob cultum religionis ut liberius deo valeant famulari, ſub alis protectionis noſtre fovere et | in temporalibus debemus et volumus promovere quatenus orationibus eorum adiuti mereamur apud Regem Regum miſericor|diam et gratiam obtinere. Noverint ergo preſentes et futuri hoc ſcriptum viſuri et etiam audituri quod nos audita ſpeciali | benignitate quam Romani Reges praedeceſſores noſtri Monaſterio Eberbacenſi multiſ modiſ ſepius exhibere curarunt, inſpi|rati pari devotionis affectu indulgentiam eorundem preſenti privilegio confirmamus omnibus fratribus eiuſdem cenobii concedentes | ut cum navibus et ſubſtantia ſua per alveum Reni deſcendentes et aſcendentes liberi ſint penitus et immunes apud Bopar|diam et in omnibus locis que noſtre iuriſ dictionis exiſtunt, ab omni theloneo et exactione que ſolent ab aliis tranſeuntibus poſtulari. | hoc adicientes etiam ſi forte Theloneum Bopardie alicui expoſitum fuerit vel commiſſum ne aliquam habeant poteſtatem pre|fatos fratres gravandi aut quicquam ab eis aliquatenus exigendi, precipue cum eos ante talem commiſſionem ab omni grava|mine intuitu dei et pro ſalute anime noſtre abſolverimus, et contra factum noſtrum nichil ad ipſorum diſpendium

fieri permittamus. — Datum Bopardie. XV. die Januarii. Indictione . VI. anno domini. M°. CC°. LX°. secundo. Regni vero noſtri anno ſexto per manum Magiſtri Arnoldi de Hollandia. Prepoſiti Wetflarienſis dilecti Prothonotarii noſtri feliciter Amen.

Das an gelb und roth seidener Schnur anhängende Siegel von hellrothem Wachs ist bis auf ein Stückchen am Rande wohlerhalten. .. ICARDUS: DEI: GRACIA: R. MANORUM . . . . . .ER.AUGUSTUS.

---

365. Embricho von Caub, Ritter, vermacht dem Kl. Eberbach einen Weinberg im Grevenberg.

1262, *im April.*

Orig. Urk. im Landesarchiv zu Idstein.

In nomine domini Amen. Nos Waleramuſ comeſ de Naſſowe Noſſe volumuſ | univerſos preſentium inſpectores quod dilectus nobis Embricho miles de Cuba vineam unam in | monte qui dicitur Grevenberg apud ketirche, et partem aree ibidem quas a nobis iure habuit | feodali pro remedio anime ſue et ſuorum contulit eccleſie Eberbacenſi proprietatis iure perpetuo | poſſidendas, de noſtra voluntate beneplacito et conſenſu. idem enim. C. vineam et partem aree | memoratas nobis reconpenſavit de propriis bonis ſuis ſcilicet una vinea in Cuba ſita que dicitur | hirtis wingarte. preſentibus henrico de heppinhefte, Conrado et Emilrico de Cuba | Henrico de Gerhardeſtein et aliis quam pluribus. In cuius rei teſtimonium preſens ſcrip|tum ſigilli noſtri munimine duximus roborandum. Datum anno dni | Milleſimo ducentiſimo.LX°. secundo, Menſe Aprili.

An Pergamentstreifen hängt, schön erhalten, das Siegel des Grafen in rothem Wachs. † S. W. LLERAMI. COMITIS. DE.H . . .

Digitized by Google

366. Otto, Graf von Nassau, schlichtet einen Streit seines Burgmann Ludowig mit dem Kl. Eberbach über einen Weinberg bei Nassau.

[**1262**] *April 14.*

Orig. Urk. im Landesarchiv zu Idstein.

Nos O. comes de Nassowe Presenti scripto protestamur quod nos causam | que vertebatur inter ecclesiam Eberbacensem ex una parte et Ludowicum custodem turris | nostre ex alia et suos etiam coheredes super vinea s. jugero et dimidio sita in monte in Nassowe qui dicitur Eldig quam bone memorie Bertoldus Eberbacensis | legavit ecclesie in hanc formam decidimus ita quod ipse pro se et heredibus suis | a predicta ecclesia recepit v. solidos. et pro se et suis coheredibus predicte renunciavit | vinee et in futurum omnem que ex hac posset oriri deponeret questionem | eo tamen salvo quod singulis annis in festo sancti Martini consuetus census | IX. denariorum uni eorum cui vellent solverentur. si vero domini de Eberbacho predic|ta bona vendere voluerint secundum bonorum virorum estimacionem nobis si | volumus ipsa tradere debebunt. Acta sunt hec presentibus nobis. Wilhelmo et | Theoderico de stauele fratribus. Reinboldo et Godefrido eciam Ricwino de Milne militibus Wilhelmo sculteto Henrico eciam sculteto et aliis quam | pluribus. in sempiternum cuius rei evidens testimonium presentem scedulam sigillo | nostro fecimus roborari. Acta sunt XVIII°. Kal. Maij.

An Pergamentstreifen hängt nur noch ein Stückchen vom Vordertheil des Reitersiegels, und vom unteren Rand ein Stück mit den Buchstaben: S. COMIT . . .

Digitized by Google

367. Jring, Bischof von Würzburg, genehmigt die Veräusserung einer Korngülte vom Hof Gebenburnen an das Kl. Eberbach.

1262, *April 28.*

Orig. Urk. im Gr. G. Staatsarchiv zu Darmstadt.

I. dei gratia Herbipolenſis epiſcopus. Noverint univerſi huius paginae inſpectores quod cum Abbas honorabilis et conventus monaſterii de Heberbach Cyſtercienſis ordinis, Maguntinae dyoceſis. habito tractatu cum Graſlocho milite de Dippurch, de triginta duobus modiis siliginis, annis ſingulis de curia eorum in Gebenburnen eidem militi ſolvendis, quibus modiis dictus miles Graſloch ab ecclesia noſtra infeodatus fuerat, idem frumentum monaſterio ſuo comparaſſent. Et idem abbas et conventus nobis per fratrem Mauricium monachum, burſarium ipsius monaſterii, ad nos transmiſſum, humiliter ſupplicarent, ut intuitu retributoris omnium Jesu Chriſti emptionem iſtam gratam et ratam habere ſimpliciter de noſtra benivolentia dignaremur. Nos eorum precibus inclinati ipſum tractatum inter ipſum conventum et iam dictum militem legittime celebratum confirmauimus iſto ſcripto. Et facta nobis reſignatione ipsius feodi per memoratum militem ipſos modios siliginis, dicto monaſterio de Heberbach dedimus proprietatis nomine perpetuo poſſidendos, ita ut ipsi Abbas et conventus et omnes eorum poſteri, noſtri et noſtrorum praedeceſſorum ac succeſſorum imperpetuum habeant memoriam annis ſingulis, secundum ordinis inſtituta. Datum anno domini M°. CC. sexageſimo ſecundo, IIII°. Kalend. Maij. Indictione V^a. pontificatus noſtri anno nono, apud Herbipolim.

Das Siegel des Bischofs, von röthlichem Wachs, hängt an gelb und rother, seidener Schnur, ganz unversehrt. Umschrift:
† JRINGVS DEI GRACIA HERBIPOLENSIS. ECCLESIE EPC.

Digitized by Google

368. Heinrich und Theoderich von Loinstein verkaufen dem Kl. Eberbach eine Wiese bei Munbach.

1262, *im Juni.*

Orig. Urk. im Landesarchiv zu Idstein.

Gifelbertus de Rudinsheim vicedominus de Rincovia. Nouerint universi presentium inspectores quod Hen|ricus et Theodericus dicti de Loinstein pratum quoddam situm apud Munbach quod ab ecclesia Maguntina in | feodo habuerunt, religiosis viris abbati et conuentui de Eberbach urgenti necessitate compulsi pro | certa summa pecunie uendiderunt de licentia et consensu uoluntario et expresso venerabilis patris domini Wern. | archiepiscopi Maguntini cui in recompensationem dicti prati duas vineas sitas iu Rudinsheim iugerum scilicet | in Secelinge et quartale in Willegunde assignarunt, et ab ipso iterato in feodo receperunt. prefatum vero | pratum resignaverunt coram Herbordo sculteto in Rudinsheim et scabinis in manus fratris Johannis ma|gistri in Sande secundum quod exigit mos civilis. Testes qui interfuerunt. H. plebanus in Rudinsheim. Embricho | de Merkisheim miles. Cůnemannus. Item Theodericus dictus Suenke Conradus de kettinbach. Herdegenus Rein|hardus scabini. Embricho de Ibingen. Heinricus dictus felkinere et alii quam plures. Actum anno domini | M°. CC°. LX°. secundo. Mense Junio.

An grün und roth seidener Schnur hängt das wohlerhaltene Siegel des Ausstellers in rothem Wachs.

369. Alberadis, Wittwe Bertholds des Laugen von Mainz, schenkt dem Kl. Eberbach alle ihre Güter bei Ibingen.

1262, *Juni 13.*

Orig. Urk. im Landesarchiv zu Idstein.

Iudices ſce Maguntine ſedis Accedens coram nobis Alberadis relicta bone memorie Bertholdi militis dicti longi | de Maguntia pùblice recognouit quod tam ipſa quam idem B. maritus ſuus uniuerſa bona ſua que in uilla | Ibingen et terminis eiusdem habere dinoſcuntur. communicata manu iam pridem monaſterio Eberbacenſi donauerant propter | deum et licet eadem donatio facta fuerit ut meminimus coram nobis tamen quia inſtrumenta non habebant | ſuper hiis confecta. predicta domina et ſyndicus monaſterii memorati a nobis humiliter petiuerunt quatinus predictam dona|tionem auctoritate noſtra dignaremur confirmare. Nos igitur poſtulationem huiusmodi rationabilem attendentes ſepedictam donationem in nomine domini confirmamus et eam preſentis ſcripti patrocinio communimus. Ipſa etiam domina uſumfructum | eorundem bonorum que primo ſibi retinuerat remiſit nunc eccleſie memorate. Acta ſunt hec anno domini M°. CC°. LXII°. Idus Iunii.

Das an Pergamentstreifen anhängende Siegel der Aussteller in rothem Wachs ist am Rande beschädigt, sonst gut erhalten.

---

370. Walram und Otto, Grafen von Nassau, bestätigen eine Schenkung von Weinbergen bei Nassau an das Kl. Eberbach.

1262, *Sept. 30.*

Orig. Urk. im Landesarchiv zu Idstein.

Wal. et Ot. comiteſ de Naſſoe. Omnibus hanc litteram uiſuriſ conſtare volumus | quod noſ legationem nouellarum uinearum in monte iuxta Naſſoe qui dici-

Digitized by Google

tur | eldig quam Bertoldus bone memorie Eberbacenſi fecit eccleſie ratam et firmam | habemus. ſub hoc uidelicet pacto ut ipſe uinee ſi uolumus ſecundum boni uiri | nobiſ eſtimationem uendantur. ad maiorem euidenciam huius facti preſentem cedulam | ſigillorum noſtrorum munimine duximus roborandam. Datum anno domini M. CC.LXII°. in feſto ſancti Ieronimi.

Beide Siegel sind abgerissen.

---

371. Wernher von Bolanden befreit das Kl. Eberbach von dem Rheinzoll beim Schloss Sterrinberg.

[1263.]

Orig. Urk. im Landesarchiv zu Idstein.

W. de Bolandia Imperalis aule dapifer Dilecto ſibi Theloneario ſuo quicunque fuerit | pro tempore salutem et omne bonum. Dilectioni tue preſentibus innoteſcat quod nos ob reverentiam | virginis glorioſe dilectis nobis religioſis viris abbati et conventui monaſterii Eberbacenſis | cupientes facere gratiam ſpecialem ipsos ab omni ſolutione thelonei apud caſtrum nostrum | Sterrinberg liberos esse volumus in perpetuum et ſolutos. Volumus ergo et mandamus tibi ut cum | ibidem tranſierint aſcendendo ſive deſcendendo ſine difficultate qualibet et contradictione | cum ſuis rebus ipsos abire permittas.

Vom Siegel in rothem Wachs hängt noch das mittlere Stück an. (Stehende Figur; die Linke ruht auf dem mit dem Rade bezeichneten Schild).

---

372. Conrad, der klösterliche Diener im Hause zu Mainz, verkauft dem Kl. Eberbach einen Weinberg bei Bopard.

1263.

Orig. Urk. im K. Provincialarchiv zu Coblenz.

In nomine domini. Amen. Nos frater Heinri-

cus. dictus Abbas. et con|ventus monaſterii in Ebirbach. Quoniam pia bonorum ſtudia digne litteris com|mendantur. ut ex hoc pietatis exempla poſteris porrigantur. Ad noticiam univer|ſorum volumus pervenire quod Cunradus famulus noſter in Curia noſtra Moguntina | zelo karitatis divine accenſus et pia ductus devotione pro remedio | anime ſue ac ſuorum progenitorum de bonis a deo ſibi collatis vineam | quondam ſitam in terminis oppidi Bopardienſis dictam Schindehengiſt pro certa ſumma pecunie noſtre comparavit eccleſie. Ita videlicet ut quicumque vi|neam excoluerit memoratam. de fructibus ipſius vinee conventui noſtro | annis ſingulis . IIII. marcas denariorum colonienſ. praeſentabit. ut dicto con|ventui exinde annuatim Allec. quantum valuerit pecunia ſupradicta per ad|ventum domini miniſtretur. Ne autem quod abſit tam pia donatio et ordinatio | proceſſu temporis aliquatenus infringatur. praeſens ſcriptum ſigilli noſtri muni|mine roboratum ad evidentiam ampliorem damus in teſtimonium pre dictorum. Actum in Ebirbach. Anno dni M°CC°. LXII!°.

An gelb und roth seidenen Fäden hängt das Siegel des Abtes, wenig beschädigt.

---

373. Lucardis von Wesel, Wittwe, vermacht dem Kl. Eberbach zwei Weinberge.

1263.

Org. Urk. im Landesarchiv zu Idstein.

In nomine sancte et individue trinitatis Conſtat et cottidiana experientia notiſſimum eſt quoniam in hiis temporalibus que poſſidemus aduene ſumus | et peregrini ſicut omnes parentes nostri, que bene diſpenſata poſſeſſores ſuos levant et precedunt in celum, male autem retenta

Digitized by Google

hinc abeuntes nequaquam | ſequuntur, contra fraudis igitur artifices nulla via meliori occurritur quam quod facta hominum ſcripture teſtimonio commendantur. Nouerint | quapropter tam preſentes quam futuri quod ego Lucardis vidua ciuis in weſalia pro remedio anime mee meorumque defunctorum ſalu|te, communicata manu ſobolis mei duas vineas ex oppoſito oppidi weſalienſis ſitas necnon. VIII. ſolidos colonienſes pro censu ecclesie everba|cenſi contuli ſub hac forma videlicet ut poſt obitum meum cellerarius coquine pro tempore exiſtens predictas vineas colat et | omnes proventus earumdem vinearum ex parte conventus recipiens. dimidiam tantum carratam pro potu ipsius conventui annis ſingulis | amminiſtret. De cenſu vero octo ſolidorum alletia ſive aliud quod neceſſe fuerit comparabit. Ne autem hoc tam pium ac ratio|nabile factum ad honorem dei omnipotentis et genitricis eius gloriose per celebratum ab aliquo meorum heredum fraudulenta machina|tione infringatur in preſencia ciuium in ciuitate weſalia ex more tractantur ſollempniter eſt | pertractatum, ad maiorem denique huius rei confirmationem preſentem paginam conſcribi et ſigillo feci ciuium de weſalia communiri. huius rei teſtes ſunt. Humbertus miles, de ſconeburg, Petrus ſcultetus, Winardus miles Tilmannus in kircgaſzen et alii quam plures. Acta ſunt hec anno domini. M°. CC°. LXII°.

Von dem anhängenden ältesten Stadtsiegel von Wesel ist nur noch ein Stück erhalten: — — IN W — LI(*a*)

374. Burcard von Wolfeskele, Ritter erlässt dem Kl. Eberbach eine vom Hof Walheim entfallende Geldrente.

***1263**, März 1.*

Orig. Urk. im Gr. G. Staatsarchiv zu Darmstadt.

Ego Burcardus milef de Wolfefkele Conftare cupio univerfis prefentem paginam infpecturis . quod | ego .X. folidos levium denariorum quos H. milef de Geifpoldefheim a me fub titulo feodi habuit in curia Wal|heim fpectante ad ecclesiam Eberbacenfem ordinis Ciſterciensis . remifi et contuli iam dicte eccleſie eberbacensi propter | reverentiam beate virginis quiete ac libere perenniter poſſidendos. Ipse vero .H. miles de Geifpol|-defheim prenotatus recompenſavit mihi prehabitos . X. ſolidos in propriis bonif ſuis Nordolfefheim quos in eiſdem bonis a me nomine feodi poſſidebit. Ad huius igitur rei teſtimonium et evidentiam | pleniorem. preſens ſcriptum duxi mei et civitatis oppinheimenſis ſigillorum munimine roboran|dum. Teſtes Petrus de Winoldefheim . H. de Kungernheim milites. Cunradus Fugerus et Volradus | scabini et alii quam pluref. Actum ſub herbordo magistro eiuſdem grangie mediante fratre Wern|hero ſacerdote procuratore ecclesie Eberbacensis anno domini M⁰. CC⁰. LXIII⁰. Kal. Marcii.

An roth seidenen Bindfaden hängt das dreieckige Siegel des Ausstellers ziemlich wohlerhalten an. Umschr.: † S . . . . ARDI DE WOLVISCHELN. *Das zweite Siegel ist von seinen roth und grünseidenen Fäden abgerissen.*

Digitized by Google

375. **Das Kapitel S. Mauricius in Mainz verkauft dem Kl. Eberbach eine Wiese in Budenheim.**

1263. *im April.*

Orig. Urkunde im G. Geh. Staatsarchiv zu Darmstadt.

Hermannus Decanus Totumque Capitulum ſancti Mauricii in Maguncia vniuerſis | preſentis inſtrumenti ſeriem intuentibus declaramus, quod pratum nostrum, quod | dicitur pratum ſancti Mauricii, ſitum in Budenheim, contiguum pratis fratrum de | Eberbach, vendidimus predictis fratribus pro .XIX. ſolidis denariorum Colonienſium. titulo proprietatis | perpetuo poſſidendum. In cuius rei teſtimonium preſentes litteras ipſis contulimus | ſigillorum nostrorum munimine roboratas. Hec autem facta ſunt ſub fratre | Johanne magiſtro de Sande. Coram teſtibus ſubnotatis. Heinrico Custode. Embrichone | dicto Spigel. Rûperto, noſtris concanonicis. fratre Heinrico Medio cellerario. Wernhero | ſindico monachis. et fratre Johanne conuerſo de Eberbach, Magistro in Maguncia, | Heinrico dicto Gulfere. et Heinrico dicto Humelere. et aliis quam pluribus. | Actum anno domini M°. CC°. LXIII°. mense aprili.

Das Siegel hängt wohlerhalten an.

376. **Wernher, Erzbischof von Mainz, willigt in den Verkauf aller Güter des Kl. Ilnenhusen zu Trehtingeshusen an das Kl. Eberbach.**

1263, *im April.*

Orig. Urk. im K. Provincialarchiv zu Coblenz. *)

Wernherus dei gracia ſce Maguntinenſis ſedis Archiepiscopus Sacri Imperii per Germaniam | Archican-

*) Die Urk. ist in doppelter Ausfertigung vorhanden. Wir notiren

cellarius omnibus in perpetuum.[1]) Licet alienationes poſſeſſionum quas eccleſie de pia liberalita|te fidelium ſunt adepte et legittime ſanctiones et iura canonica interdicant penſata tamen equita|te in certis caſibus ſi aut urgens cogat neceſſitas aut evidens ſuadeat utilitas has indul|gent. Hinc eſt quod dilecte in Chriſto . . . Abbatiſſa et conventus monialium monaſterii in Ulnen|huſen regule ſci Benedicti nostre[2]) dyoc. ſui monaſterii urgenti neceſſitate inſpecta omnia | bona ſua quae habuerunt in terminis ville Trehtingeshuſen[3]) quae ſunt ſcilicet ſita[4]) uſque ad fontem | qui dicitur kaldenburnen et unam curtem ſitam ibidem[5]) cum[6]) iuribus ſuis et aliis attinentiis[7]) uni|verſis vendiderunt delictis nobis[8]) in Chriſto . . Abbati et conventui monaſterii Eberbacenſis[9]) | Cyſterc. ordinis eiusdem[10]) dyoceſeos[11]) de noſtra conniventia et conſenſu. In huius igitur venditionis | et emptionis teſtimonium et evidentiam ampliorem damus has litteras ſigilli noſtri munimine | roboratas. Datum apud Wunnendale anno dni Milleſimo ducenteſimo LX⁰. | tercio. Menſe Aprili.

An grün und roth seidenen Schnüren hängt mitten durchgebrochen, das Siegel des Ausstellers in rothem Wachs. Umschrift: WERNHERVS DEI GRA SCE MAGVNTINE SEDIS A . . HIEPS.

---

die Varianten des Duplikats: [1]) omn. in perp. fehlt. [2]) Mogunt. [3]) Trhet. [4]) qu. ſita ſunt [5]) cum quad. curte ibidem ſita [6]) et [7]) et attin. [8]) nob. fehlt [9]) Ebirb. [10]) Maguntinae [11]) dyoc. pro certa ſumma pecunie.

377. Rudinger von Ostrich übergibt dem Kl. Eberbach seine Güter in Ober-Olm.

1263, *Juni 6.*

Orig. Urk. im Gr. G. Staatsarchiv zu Darmstadt.

In nomine domini. Frater Theodericus de hemmenrode. frater Heinricus de Eberbach et frater Fridericus in Arnesburg dicti abbates | Noverint universi hanc paginam inspecturi quod Rudingerus de Ostrich. contulit ecclesie Eberbacensi bona sua sita in superiori | Olmene. videlicet curiam unam atque XXVIII. iugera et dimidium agrorum duasque particulas vinearum sub hac forma quod annuatim in | anniversario. Mauilie quondam uxoris sue de proventibus ex illis bonis provenientibus conventui servicium de piscibus qualibet sinistra occasione postposita ministretur. Ad idem quoque servicium contulit dimidiam carratam vini de vinea sua sita Ostrich. dicta Ifewilre. annis singulis | persolvendam. Quod si predicta impedimento legitimo non obstante neglecta fuerint, heredes ipsius R. extunc bona possideant | memorata. Preterea ad altare sci Jacobi ab eo constitutum contulit duas amas hunici vini. Ita quod sacrista vinum accipiens | ministret duas candelas honestas. que ad omnes missas ardeant que ibidem fuerint celebrate. Si vero sacrista expertus fuerit vinum | ad hoc non sufficere supplere vult defectum quem inde sustinet competenter. Actum anno domini M°. CC°. LX°. Tercio Octavo | Idus Junii. In certam evidenciam premissorum presentem paginam inde conscriptam sigillorum nostrorum impressionibus duximus roborandam.

An roth und grün seidenen Schnüren hängen die Siegel: 1. abgerissen. 2. S. ABB. DE EBERBACH. *3.* S. ABBATIS IN ARNESBURC. — *beide wohl erhalten.*

378. Eberhard, Graf von Kacinellenbogen, befreit das Kl. Eberbach vom Rheinzoll bei Rinefels.

1263, *Juni 21.*

Orig. Urk. im Landesarchiv zu Idstein.

Nos Ebirhardus comes de kacinellenbogen Tenore preſentium recognoſcimus et ad noticiam univerſorum cupimus pervenire | quod nos (*u. s. w. wie oben Urk. Nr. 272. — Am Schlusse:*) In cuius facti memoriam et perpetuam firmitatem ne aliquorum malicia in contrarium aliquid attemptare preſumat | preſentem litteram Venerabilis Dni noſtri Werneri ſce Magunt. sedis Archiep. et fratris noſtri Ditheri comitis dc kacin|-ellinbogen ac noſtro sigillis preſentibus duximus roborandam. Teſtes huius conceſſionis ſeu indulſionis noſtre ſunt dominus | . . . abbas de Grunowe et Anno ſocius ſuus. De militibus. dns Giſilbertus vicedominus. Sifridus dapifer de Rinberg. Didericus de blindin|ſtad. Heinricus de kacinellenbogen. Cunradus et Hermannus fratres de Hoenſtein. Reinoldus et Boemundus fratres ibidem. et| quam plures alii fide digni. Actum apud Eberbach anno domini milles. Ducent. sexagesimo tercio Marci Evangeliſte.

Drei Siegel hängen: 1. an grün seidener Schnur das Siegel des Erzbischofs, Bruchstück: . . . . . AGUNTINE. SED . . . *2. an roth seidener Schnur:* S' DIHTERI COMITIS *u. s. w. wie oben Urk. N. 272, 3. — 3.* * B. RN . . NARDI CO . . . E . KATZINELINBOGE.

379. Der Convent S. Cornelius zu Mainz verkauft sein Dorf Waldaffen an den Ritter Heinrich Franken von Wisebaden.

1263, *Juli 26.*

Orig. Urk. im Landesarchiv zu Idstein.

Nos Johannes dei gratia abbas ſci Cornelii Indenſis univerſis preſencium inſpectoribus cupimus eſſe notum | quod pro neceſſitate eccleſie nostre pari et unanimi conſenſu tocius nostri conventus Heinrico dicto Franken de | Wiſebaden militi et ſuis legitimis heredibus villam nostram dictam Waldaffen cum omnibus ſuis attinenciis | que ibidem libere huc uſque poſſedimus et quiete cum omni iure quo ad nos ſpectabant ipsa bona cum cenſibus | vineis agris cultis vel incultis, pro quadam certa ſumma pecunie quam nos recepiſſe profitemur, vendi|dimus perpetuo poſſidendam. Renunciando in hiis omni iuris et legum auxilio canonico et civili, conſuetudini | et ſtatuto ac omni exceptioni iuris et facti que poſſet excipi contra predictum militem et contra hoc noſtrum publicum | inſtrumentum. Et ne ipse vel aliquis ſucceſſorum ſuorum in ipsis bonis a nobis vel ab aliquo nomine | ecclesie nostre in poſterum impetatur. preſens ſcriptum nostro et conventus nostri sigillis in evidens teſtimo|nium omnium predictorum duximus muniendum. Actum Anno dni. M°. CC°. LX°III. In craſtino Jacobi.

Zwei Siegel hängen: *1.* JOHANNIS DEI . . . . . INDENSIS *(verwischt.)* — *2.* SAN. . . . . PA. *Mit Rücksiegel*: S. MONASTER. SCI. CORNELII INDEN. AD C.

Digitized by Google

380. Embrico Grifencla und die Seinigen treten dem Kl. Eberbach ihre Weinberge bei Osterspeien ab.

1263, *August 7.*

Orig. Urk. im Landesarchiv zu Idstein.

Universis ad quos presens scriptum pervenerit notum esse uolumus quod Nos Embrico dictus Grifencla et Alueradis uxor | nostra de pari voluntate et consensu Goblini et Friderici filiorum nostrorum vineas nostras sitas apud Osterspeien conc|edimus fratri regenti curiam dominorum de Euerbach ibidem pro medietate uini nobis ac nostris heredibus assignanda iure heredi|tario in perpetuum possidendas et decimam de eisdem vineis que nostra libere est damus ecclesie Everbacensi tali condi|tione, ut idem frater qui pro tempore fuerit in curia, quantum dicta decima estimari potest, tantum mona|chis in Euerbach in illis que comedi possunt amministrabit, preterea duas vineolas sitas in Hammone inter Dinkoldre. et | Brubach libere dicte curie in Osterspeie ad |lampadem in capella ibidem pro remedio animarum nostrarum. ac paren|tum nostrorum conferimus illuminandam. In cuius rei testimonium presens scriptum nostro sigillo duximus roborandum. Acta | sunt anno dni M⁰. CC⁰. LX⁰. tercio. Quarta feria ante festum Laurencii.

An Pergamentstreifen hängt das Siegel des Ausstellers, der Rand fast weggebrochen: † S. E.ERCHON . . . R . . . . . EN *Verziertes Band als oberer Schildesrand, darunter vier Reihen Lilien, nämlich 4. 3. 2. 1.*

Digitized by Google

381. Waleram, Graf von Nasowe, genehmigt das Tauschgeschäft des Ritters Heinrich von Hepinhefte mit dem Kl. Eberbach über einen Weinberg im Grevenberg.

1263, *im August.*

Orig. Urk. im Landesarchiv zu Idstein.

Nos Waleramus comes de Naſowe. Recognoſcimus et ad univerſorum noticiam volumus pervenire quod dilectus nobis heinricus miles de hepinhefte et ſui heredes cum | religioſis viris Abbate et conventu monaſterii Eberbacenſis penſata utrobique utilitate quorundam | bonorum ſuorum fecerunt permutationem et concambium in hunc modum. dicti H. et ſui heredes vineam unam apud kedircha ſitam dictam Grevenberg quam a nobis hactenus in | feodo habuerunt et aream ſitam ibidem cum quibuſdam cenſibus exinde provenientibus. dictis | abbati et conventui contulerunt iure et titulo proprietatis perpetuo poſſidenda, de noſtra permiſſione | voluntaria et conſenſu. Prefati etenim abbas et conventus verſa vice contulerunt ſepedictis | H. et ſuis heredibus de propriis bonis ſuis III. vineas apud Cubam. que fuerunt quondam. H. | dicti Grad. quarum due ſunt ſite ſupra Anewerke, tercia in Schelkelinbach. Item unam vineam ſitam apud volkinbach iuxta vivarium. Item unam vineam ſitam apud Greie ander ulute quas | vineas in recompenſationem feodi memorati bonorum ſcilicet in kedircha preſcripti H. et ſui heredes a nobis in feodo receperunt et poſteri in antea recipere tenebuntur. In cuius concam|bii et permutationis teſtimonium et evidentiam ampliorem damus has litteras sigilli noſtri | munimine roboratas. Teſtes qui interfuerunt Abbas Eberbacenſis. Waltherus quondam abbas. | Arnoldus de Spanheim. Wernerus de ſco ſtephano et

Digitized by Google

Symon de ſco ſtephano Monachi. | Item Sifridus decanus et magiſter Theodericus canonici pinguenſes. Jacobus miles de Rudinſheim | et alii quam plures. Actum anno domini M⁰. CC⁰. LXIII⁰. Menſe Auguſto.

An roth und grün seidener langer Schnur hängt das schöne Siegel des Grafen in rothem Wachs: † S . . . . . MI CO . . . . IS DE NA . . . E.

---

382. H. von Baris, Ritter, vermacht dem Kl. Eberbach eine Geldrente zu einer Eierpitanz.

1263, *Octob. 16.*

Orig. Urk. im Landesarchiv zu Idstein.

Ego H. miles dictus de Baris. Que geruntur in tempore cicius evaneſcunt a memoria niſi literarum teſtimonio roborentur. | Quapropter Nouerint univerſi hanc litteram inſpecturi quod pro remedio anime mee et Engilburgis uxoris mee iam de|functe progenitorumque meorum legaui eccleſie Eberbacenſi dimidiam marcam colon. denariorum cellerario coquine qui pro tempore tunc extiterit | abſque quolibet impedimento. in natiuitate domini annis ſingulis imperpetuum praeſentandam. Sub tali forma ut idem cellerarius pitanciam | ovorum de praedicta dimidia marca in diebus rogationum conventui generaliter ſtudeat amminiſtare. Hanc autem dimidiam marcam Herbordus dictus Suenke et ſui heredes dabunt de quatuor vineis ex quibus due particule ſite ſunt prope Rudinſheim. vna dicitur zugabewiſen | secunda particula poſita eſt in der bunden eiuſdem ville. Relique vero Giſenheim ſunt ſite. una dicitur zecrucen alia vero est quartale | vinee. Teſtes ſunt. Giſilbertus vicedominus. Herbordus ſcultetus. Didericus Suenke et Cunradus de Ketinbach. scabini ibidem|.

Digitized by Google

In cuius rei evidenciam et robur presentem cetulam domini Ebelini abbatis Eberbacensis sigilli munimine pecii consignari. Actum | anno dni M⁰. CC⁰. LX⁰. Tercio. In die sci Galli confessoris.

Das Abts-Sieget hängt zerbrochen an.

---

383. Diderich, Schultheis von Okenheym, und seine Frau Aleydis übergeben dem Kl. Eberbach alle ihre Güter.

1263, *im Advent.*

Orig. Urk. im Landesarchiv zu Idstein.

Fratres .C. de Eberbach. Th. de Clausstro. F. de Ottirburg. F. de Arnsburg. C. de Heistirbach | et Th. de Loco sce Marie dicti Abbates omnibus presens scriptum intuentibus in perpetuum. Ut modernorum acta presentia ad futurorum memoriam litterarum suffragio valeant perhennari Notum facimus firmiter | protestantes quod Didericus scoltetus de Okenheym et Aleydis uxor eius pari voto et manu unita contulerunt | ecclesie de Eberbach omnia bona sua que habent in villa okenheym memorata tam in agris quam in vineis domibus aliisque rebus sita, pro remedio animarum suarum ac predecessorum suorum tali duntaxat accedente premisso, quod | cellerarius coquine qui pro tempore in ecclesia fuerit supradicta. de proventibus dictorum bonorum annuatim in festo sce trinitatis | in quatuor amis vini frankonici, albo pane et piscibus conventui servire tenebitur liberaliter et honeste, reliquam | partem proventuum in usus iamdicti conventus convertendo et prebendam ipsius sicut potuerit in victualibus melioran|do. Quod si forte ordinatio pretacta in posterum anno aliquo minime fuerit observata, fructus proventuum ipsorum | anno illo

Digitized by Google

duntaxat cedent in integrum canonicis ecclesie pinguensis. Dicti vero .D. et uxor eius quo ad vixerint | bona prefata poſſidebunt pro meſa allecum annuatim ſepedicto conventui aſſignanda, ita quod post obitum ipsorum bo|na eadem cedant ecclesie de Everbach libere et abſolute in perpetuum poſſidenda. In cuius rei teſtimonium preſens | ſcriptum ſigillis nostris duximus roborandum. Datum anno dni M°. CC°. LX°III°. proxima Dominica adventus.

Es fehlt das 2. 4. und 5. Siegel, dagegen hängen an die Siegel: 1. Des Abts von Eberbach (zerbrochen). — 3. Des Abts von Otterburg, am linken Rande weggebrochen, und — 6. Des Abtes von Marienstatt, wenig beschädigt.

---

384. Philipp von Hohinvels verkauft dem Kl. Eberbach seinen Weinberg in der Ersbach.

1264, *März 27.*

Orig. Urk. im K. Provincialarchiv zu Coblenz.

Nos Ph. de Hohinvels. Conſtare praeſentibus litteris volumus univerſis. nos vineam ſitam in der | Erſpach quae fuit aliquando bone memorie dni Diethmari. sacerdotis in Heinbach. et que | ad nos iuſte et racionabiliter vendita fuerit. Eccleſie Eberbacenſi pro quinquaginta marcis | denariorum Colonienſ. vendidiſſe et communicata manu Criſtine uxoris noſtre in poſeſſionem | eorundem bonorum ſcabinis de Tredigeſhuſin praeſentibus poſuiſſe. Et ne hec vendicio per|nos vel per nostros ſucceſſores occaſione aliqua in poſterum immutari valeat aliquatenus | has litteras cum appenſione noſtri ſigilli damus in teſtimonium ſuper eo. Eciam profitemur quod domini. | Cunradus monachus Ebirbacenſis. frater Hel-

Digitized by Google

wicus et frater Fridericus nomine ecclesie sue militibus | et scabinis de Tredigeshusin vinum testimoniale. quod vulgariter Bodewin appellatur. ut | morisest dederunt. in signum emptionis et perpetuum testimonium praenotate. Datum apud | Tredigeshusen et actum. anno dni Millesimo. Ducentessimo. Sexagesimo. quarto. | Sexto. Kalendas. aprilis.

An Pergamentstreifen hängt, nur am Rande beschädigt, das Siegel des Ausstellers.

---

385. Dem Kl. Eberbach wird der Heimfall einiger Häuser und Gärten zu Mainz zugesichert.

1264, *Aug. 5.*

Orig. Urkunde im Gr. Geh. Staatsarchiv zu Darmstadt.

Wernherus dei gratia sce Maguntine sedis Archiepiscopus. Sacri Imperii per Germaniam Archicancellarius . . Dilectis in Christo | Abbati et conventui Eberbacensi ordinis Cysterciensis. Moguntine diocesis. Salutem in domino. Iustis petentium desideriis dignum | est nos facilem prebere consensum et vota que a rationis tramite non discordant effectu prosequente complere. | Eapropter dilecti in domino filii devotis vestris supplicationibus inclinati mediam partem curie dicte ad Hedewigun mone|tariam. duas apotecas apud Monetam sitas. et ortos quosdam intra Maguntiam et extra, que omnia post mortem Cris|tine filie Friderici dicti zume Lugeln ad Conradum Razen et ad suos heredes libere devolventur, sicut in litteris | testimonialibus consilii et civium maguntinorum inde conscriptis plenius est expressum quod etiam idem Conradus zelo | devotionis accensus pro remedio peccatorum suorum et omne ius illud quod sibi et suis heredibus competebat in bonis eisdem | transtulit

in vos, et iam tradidit et donavit vobis vestrisque succeſſoribus necnon et monaſterio veſtro per vos | preſentium vobis teſtimonio confirmamus et huius ſcripti patrocinio communimus. Nulli ergo omnio hominum | liceat hanc paginam nostre confirmationis infringere vel ei auſu temerario contraire. Siquis autem hoc attemp|tare preſumpſerit, indignationem dei omnipotentis ſe noverit incurſurum. Datum apud Eberbach . Anno domini | M. CC. LXIIII°. Nonis Auguſti.

An weissen Bindfaden hängt das unversehrte Siegel des Ausstellers. Umschr.: † WERNERUS DEI GRA. SCE MAGUNTINE SEDIS ARCHIEPS. *Im Innern:* IMPER. PER GERMAN. ARCHICANC.

---

386. Schiedsrichterlicher Spruch in dem Streit des Kl. Eberbach mit den Herren von Winterowe und der Gemeinde Heisinsheim über den Weidgang beim Sandhof.

***1264**, im Septemb.*

Orig. Urk. im Gr. G. Staatsarchiv zu Darmstadt.

In nomine domini amen. Nos Giſelbertus vicedominus et Fridericus de Rûdenſheim milites. Ea que geruntur in tempore labente tempore eciam | cum tempore labi ſolent, ſi non fuerint ſcripturarum teſtimonio roborata. Hinc eſt quod ad vniuersorum noticiam preſens intuentium uolumus peruenire, quod cum inter fratres curie de Sande | monasterii Ebirbacenſis ex parte vna, dominos caſtri de Winterowe et vniuerſitatem villanorum in Heiſinſheim ex altera, ſuper paſcuis pecorum vnionibus que uulgariter einungen dicuntur, quia | fratribus curie et vniuerſitati dicte ville inponebantur diſſimiliter, et non eque, et quibusdam cauſis aliis controuerſia et altercatio uerteretur, tandem propter bonum inter partes reformandum, et | diſſenſionem litium ſopiendam, a

Digitized by Google

parte vtraque in nos fuerat ſimpliciter et absque tergiuerſatione aliqua conpromiſſum. Nos itaque mediante bonorum conſilio, de conſenſu partis vtriuſque uoluntario et expreſſo | de paſcuis taliter diffinuimus ordinandum, ut ſi fratres curie predicte, milites, et vniuersitas prenotata in ipsis paſcuis paſcere ſua pecora uoluerint uel creſcens in ipſis fenum metere uoluerint et ſecare | hoc communicato vtriuſque partis conſilio faciant, pari uidelicet conſenſu ac vnanimi uolentate. Si uero alterutra partium partem ſuam pascuorum arare uoluerit et in agros redigere, licitum erit ei conſenſu seu conſilio partis alterius super hoc minime requiſito. De vnionibus autem imponendis partibus et ſoluendis et frugum agrorum cuſtodia, ſic duximus ſtatuendum quod | uidelicet vniuerſitas iam predicta duos cuſtodes agrorum ſuorum ſuper marchiam ſuam conſtituet annis ſingulis, qui corporale preſtabunt iuramentum, quod equa fidelitate et ſollertia, | custodient et reſpicient agros fruges et bona curie ſupradicte, qua agros, fruges et bona cuſtodient dicte uille, quibus cuſtodibus fratres curie ſuprafate ſingulis ſeptimanis a | festo beati Georgii usque beate Margarete, duas refectiones quales miniſtrauerunt hactenus, inantea miniſtrabunt. Nichilominus tamen magiſter curie qui pro tempore fuerit | agris suis et frugibus, cuſtodes et cuſtodiam deputabit, annis ſingulis de ſuis fratribus et familia uidelicet duos fratres, uel fratrem et famulum, qui dampnum quod illatum curie fuerit, eque prodent | per fratres tamen, cum uille cuſtodibus et accuſabunt et taxato dampno qualecunque vel quantum fuerit, domini de castro, precipient et procurabunt. ut illi per quoſ uel per quorum negligentiam uel quocunque | modo dampnum irrogatum fuerit de ipſo satiſfaciant et reſtituant integre quemadmodum ipſum fuerit eſti-

Digitized by Google

matum. Vniones etiam que imponende fuerint ſtatuimus ut equaliter imponantur, cu|rie uidelicet et villanis, ſicut imponi conſueuit et fieri ab antiquo.

Actum apud Heiſinsheim, anno domini Milleſimo Ducenteſimo Sexageſimo Quarto mense septembri. Teſtes | qui interfuerunt hii ſunt. Conradus prior, Walterus et Henricus quondam abbates in Ebirbach, Wernherus de Gerzbotiſheim, Wilhelmus de Winterowe, Embricho | de Merkisheim, Gebehardus de Scarpinſtein milites, Petrus frater Herdegeni de Winterowe, Petrus de Jngilnheim, Frater Johannes magister curie in Sande, | Frater. Conradus arator ibidem et alii quam plures. Vt autem hec ordinatio rata permaneat et inconuulsa et ne fratribus memoratis in poſterum ſuper ipsa ordinatione aliqua ca|lumpnia oriatur, presens ſcriptum exinde conſcribi et noſtris Wilhelmi et Herdegeni militum de Winterowe ſigillis fecimus roborarj.

Die Siegel fehlen.

---

387. Cunrad Moydo von Nerstheim, Ritter, vergleicht sich mit dem Kl. Eberbach über den Hof Dinheim.

1264, *Nov. 11.*

Orig. Urk. im Gr. Geh. Staatsarchiv zu Darmstadt.

Ego Ph. dapifer de Alzeia et Gerhardus frater meus tenore preſentium proteſtamur quod cum Cunradus dictus | Moydo filius quondam Cunr. Moydonis militis de Nerſtheim pro ſe et pro filiis fratris ſui querimoniam | moveret contra fratres Eberbacenſes ſupra curia ipsorum in Dinheim pro .IIII. unciis denar. cenſualium. denuo proborum et | diſcretorum virorum induſtria et ordinatio intervenit per quos huiusmodi querimo-

Digitized by Google

nia eſt ſopita penitus. Sic videlicet quod predictus Cunradus Moydo et filii fratris ſui nec aliqui eorum heredes ſuper ſolucione prehabitarum | quatuor uncearum annuatim prout requirebant pro cenſu ſolvendarum dictos fratres deinceps nullatenus inpetent | aut moleſtent. Sed ipsos in hac parte omnium libertate et commodo. pereniter gaudere permittant. Acta | .quoque ſunt hec mediantibus et ordinantibus viris providis et honeſtis quorum nomina ſubſequuntur. | Dns Cunradus prior. Cunradus magiſter operis. Witigowo. W. Sindicus. Sacerdotes et monachi. | Magister Arnoldus. Cunradus et Marquardus converſi de Eberbach. Petrus de Winolfheim | .Arnoldus de Dinheim milites. Grecingus scabinus Oppinheimenſis. Arnoldus dictus Camerarius. Fr. Advo|catus. Emecho de Decheſheim. Arnoldus frater Sygelonis. milites de Nerſtheim et alii quam plures. | Ad huius autem rei teſtimonium et memoriam perpetuam preſens ſcriptum noſtris ſigillis duxi|mus roborandum. Datum et actum oppenheim Anno dni M°. CC°. sexageſimo. IIII^to. In vigilia | beati Martini.

Beide Siegel sind abgerissen.

---

388. Burcard von Wolfeskele, Ritter, verkauft dem H. Gumpolt seinen Hof und Güter in Bunisheim.

1264, *Nov. 24.*

Orig. Urk. im Gr. G. Staatsarchiv zu Darmstadt.

Ego Burcadus milef de Wolfeſkele Tenore praeſentium profiteor nec non univerſis praeſens ſcriptum inſpec|turis conſtare cupio quod ego contuli H. de Bunisheim dicto Gumpolt. XXV jugera agrorum et dimidiam | curiam penes curiam ſtarkeradi ſitam. que ju-

Digitized by Google

gera et curia in dicta villa Bunisheim sita sunt. A se et suis heredibus perenniter pro sex cappunis annuatim solvendis. quiete et pacifice possidenda. Ad huius igitur rei robur et memoriam perpetuam praesens scriptum mei sigilli munimine consignavi. Datum anno dni M°. CC°. LXIIII°. proxima dominica ante festum beate katherine. VIII. Kalend. Decembr.

Das anhängende Siegel ist sehr abgeschliffen.

---

389. Werner, Erzbischof von Mainz, unterstellt die Cisterc. Klöster seiner Diœcese der Aufsicht des Abtes von Eberbach.

1265, März 13.

Orig. Urk. im Landesarchiv zu Idstein.

W. dei gratia sancte Maguntine sedis Archiepiscopus Sacri Imp. per Germaniam Archicancellerarius. Dilecto in Christo . . . Abbati Eber|bacensi salutem in domino. Cum nos de via discretionum conf . . . *) de Gotesdal. de Dale. de Oppenheim et | de Syon ecclesias et conventus Cysterciensis ordinis, nostre diocesis, in spiritualibus tibi duxerimus committendum ut | idem tuum ministerium ad salutem animarum conventuum eorundem immo etiam in tuorum remedium pecca|torum utilius et efficacius valeas exequi cum alique non sint incorporate ordini plenam tibi auctoritate | presentium concedimus potestatem, omnium personarum locorum ipsorum confessiones audiendi penitencias iniungendi | ab excommunicationis vinculis et de quibuslibet occultis iuxta quod ipsimet possumus absolvendi. Reformandi etiam | et corrigendi singula in eisdem ecclesiis que correctione et re-

*) Das Wort ist in der Urk. nicht mehr lesbar.

Digitized by Google

formacione cognoveris indigere. Liceat in|ſuper tibi aliis fratribus tuis de hoc ydoneis committere vices tuas. Contradictores et rebelles per cenſu|ram eccleſiaſticam compeſcendo. Datum apud Wunnendal . M. CC. LXV⁰. III. Idus Marci.

An Pergamentſtreifen hängt noch ein Stück vom mittleren Siegelbild. Die ganze Umschr. fehlt.

---

390. Die Zuſtändigkeit verſchiedener Gefälle bei Budenheim wird dem Kl. Eberbach zugeſichert.

1265, *im März.*

Orig. Urk. im Gr. G. Staatsarchiv zu Darmstadt.

Johannes Cuſtoſ ecclesie Sancti Petri maguntine, vniuerſis hoc ſcriptum intuentibus declaramus quod cum fratres | de Eberbach mouerent querimoniam contra noſ ſuper quibuſdam cenſibus videlicet. VII. denariis Maguntine monete. | et obolo. et vno capone dandis eiſdem de quodam orto et particula vinee in Budenheim ſpectanti|bus ad Capellam beati Nicolai in Mumbach per aliquod tempus neglectiſ. et dicti fratres ipsos census ydo|neiſ teſtibus ſibi dari legitime probauerint. ne decetero in cenſibus memoratiſ impediantur. Statuimus | ut quicunque pro tempore dicta bona coluerit ipſis fratribus in feſto beati Martini per annos ſingulos cenſus | perſoluat omni occaſione poſtpoſita memoratoſ. Et quia ſigillum custodie non habuimus, Si|gillo capituli ſumus uſi.

Datum anno domini M⁰. CC⁰. L⁰XV⁰. mense marcio.

Das Siegel iſt abgefallen.

Digitized by Google

391. Druhtlindis, Witwe Herbords von Mainz, vermacht dem Kl. Eberbach Weinberge bei Muschebach.

1265, *im Mai.*

Orig. Urk. im Landesarchiv zu Idstein.

In nomine domini Amen. Nos frater E. dictus Abbas et conventuſ monaſterii in Ebirbach | Quoniam pia bonorum ſtudia litteriſ commendantur, ut ex hoc pietatiſ exempla in poſteros porrigantur | conſtare facimus preſentium inſpectoribus univerſis quod dilecta in Chriſto ſoror Druhtlindiſ relicta quondam | Herbordi ciuiſ Maguntini eternorum intuitu necnon pro remedio animarum ipſius et dicti . H. mariti | ſui de bonis a deo ſibi collatis duo iugera vinearum et dimidium ſita in Elkirflo apud Muſchebach noſtro | monaſterio que Wigo filiuſ Epponis ibidem jure hereditario noſtri nomine poſſidebat, et ſolvet exinde | ſingulis anniſ in feſto beati Martini epiſcopi predicte D. decem ſolidos colonienſes tempore uite ſue qui denarii | poſt ipſius obitum ad noſtrum monaſterium abſolute et libere deuoluentur. In cuiuſ facti robur et evidentiam | pleniorem preſens ſcriptum ſigilli noſtri munimine roboratum ſibi duximus exhibendum. Actum anno dni | Milleſimo . Ducenteſimo . sexageſimo quinto. Menſe Maio.

An Pergamentstreifen hängt, in rothem Wachs, das Siegel des Abtes.

Digitized by Google

392. Papst Clemens IV. erneuert die Privilegen aller seiner Vorgänger für das Kl. Eberbach.

1265, *Juni 24.*

Orig. Bulle im Landesarchiv zu Idstein.

Clemens epiſcopus ſervus ſ. dei. Dilectis filiis. Abbati et Conventui Monaſterii Eberbacenſis Ciſter|cienſis ordinis Maguntine dioceſeos Salutem et apoſtolicam benedictionem. Cum a nobis petitur quod iuſtumest et honeſtum tam vigor equitatis quam ordo exigit rationis. ut id per ſollicitudinem officii noſtri ad debitum perducatur effectum. Eapropter | dilecti in domino filii veſtris iuſtis poſtulationibus grato concurrentes aſſenſu omnes libertates et immunitates a | Romanis Pontificibus predeceſſoribus noſtris ſive per privilegia ſeu alias indulgentias vobis aut Monaſterio veſtro conceſſas nec non | libertates et exemptiones ſecularium exactionum a Regibus et Principibus aliisque Chriſti fidelibus rationabiliter vobis aut Mo|naſterio prefato indultas ſicut eas iuſte et pacifice optinetis vobis et per vos eidem monaſterio auctoritate apoſtolica | confirmamus et preſentis ſcripti patrocinio communimus. Nulli ergo omnino &c. Si quis autem &c. Datum Peruſii. | VIII. Kal. Julii . Pontificatus noſtri anno Primo.

Die Bleibulle Clemens IV. hängt an gelb und roth seidenen Schnüren unversehrt.

---

393. Friderich von Rudinsheim, Ritter, und seine Frau Gerdrud schenken dem Kl. Eberbach eine Geldrente zu einem Wachsstock.

1265, *Sept. 8.*

Orig. Urk. im Landesarchiv zu Idstein.

Nos Fridericus de Rudinſheim miles et Ger-

Digitized by Google

drudis uxor mea | Conſtare uolumus preſentium inſpectoribus uniuerſis quod nos ob reuerentiam virgi|nis glorioſe nec non pro animarum noſtrarum remedio communicata manu ac pari de|uotione contulimus monaſterio Eberbacenſi ad altare ſci Benedicti quinque ſolidos | denariorum Maguntine monete qui nobis ab eccleſia monialium in Gotiſdale ſoluuntur | annis ſingulis in feſto beati Martini Episcopi ſub tali conditione ut de ipsis de|nariis fiat cereus qui ſemper ardeat ad predictum altare ſci Benedicti cum in eo | Miſſa de beata virgine celebratur. In cuius rei evidens teſtimonium ego | Fr. preſentem litteram ſigillo meo uolui confirmare. Actum anno dni M⁰. | CC⁰. LX⁰. quinto in Natiuitate beate virginis. Ego .G. quia ſigillum proprium | non habeo contenta ſum ſigillo mariti mei.

An Pergamentstreifen hängt wohlerhalten das Siegel des Ausstellers. † SIGILLUM . FRIDER . . . . E RUDINSHEIM.

---

394. Das geistliche Gericht in Mainz nimmt die Schenkung Bertolds des Langen von Rudinsheim an das Kl. Eberbach in seinen Schutz.

1265, *Sept. 27.*

Orig. Urk. im Landesarchiv zu Idstein.

Iudices ſce Maguntine ſedis Dilecto in Chriſto . . . plebano in Rudinſheim et univerſis preſentes litteras inſpecturis | salutem in domino. Cum bone memorie Bertoldus dictus longus et Albradis uxor ſua donauerint monaſterio | Eberbacenſi omnia bona ſua quae habebant in terminis camporum de Rudenſheim et Ibingen, et communicata | manu coram nobis reſignaverint ea ſibi ſicut in litteris noſtris exinde confectis ut meminimus

Digitized by Google

plenius conti netur quae inquam bona idem monaſterium tempore diutino ſine impeticione cuiuslibet poſſedit pacifice et quiete, vobis | univerſis et ſingulis ſub pena ſuſpenſionis diſtricte precipiendo mandamus quatinus omnes illos qui ſepedictum monaſterium | Eberbacenſe in bonis eidem donatis ſibi et reſignatis tam racionabiliter et iuſte impedire preſumpſerint aut modo | quolibet moleſtare, ſingulis diebus dominicis excommunicatos publice nuncietis et faciatis ab omnibus arcius evitari, donec | bona eadem ab ipso monaſterio coram nobis legitime evincantur. Datum Maguntie V. Kal. Octobr. anno dni M⁰. | CC⁰· LXV⁰.

Das anhängende Siegel des Gerichts ist bis auf das oberste Stückchen weggebrochen.

395. Philipp von Minzenberg und Werner von Valkenstein, Gebrüder, verzichten zu Gunsten des Kl. Eberbach auf ein Weingefälle bei Dinheim.

1265, *im Octob.*

Orig. Urk. im Gr. G. Staatsarchiv zu Darmstadt.

Nos Philippuſ de Minzenberg et Werneruſ de Valkenſtein fratres. Profitemur | inſinuacione preſentium et ad univerſorum noticiam volumus pervenire quod nos ob reverenciam | virginiſ glorioſe et in remedium animarum noſtrarum dilectoſ in Chriſto religioſos viroſ Abbatem | et conventum monaſterii Eberbacenſis a ſolutione dimidie ame vini quam noſtri officiati | nobis debere dicebant de boniſ quondam Hartmudi denaſati in Dinheim, ex obitu | dicti Hartmudi ad ipſos devolutoſ et ab eiſdem Abbate et conventu aliquotienſ | exegerunt, liberos inperpetuum eſſe volumus et penituſ abſolutoſ Mandanteſ et diſtricte precipienteſ univerſis noſtriſ officiatiſ qui nunc ſunt vel pro tempore fuerint | ne pre-

Digitized by Google

tatoſ abbatem et conventum ſuper ſolutione dicti vini preſumant inpoſterum | aliquatenus inpetere vel quomodolibet moleſtare. In cuius facti memoriam preſenſ ſcriptum | cum appenſione sigillorum noſtrorum ſepedictiſ Abbati et conventui duximus exhibendum. | Datum anno dni M⁰. CC⁰. LX⁰. quinto. menſe Octobri. Teſteſ qui | preſenteſ fuerunt Werneruſ Ringraviuſ cognatus noſter Petrus de Winoltſheim | miles et Johannes noſter diſpenſator.

Beide Siegel sind abgerissen.

396. Das Albanskloster in Mainz verzichtet zu Gunsten des Kl. Eberbach auf einige Aecker in Geispotsheim.

1266, März 12.

Orig. Urk. im Landesarchiv zu Idstein.

Rudolfus dei gracia Abbas de monte ſci Albani Noverint univerſi preſentes et poſteri has | litteras inſpecturi quod nos . III. jugera agrorum in Geiſpotſheim ſita . que Petrus mileſ de | Geiſpotſheim a nobis hactenus nomine feodi poſſedit voluntarie reſignavimus et ea contulimus conventui monachorum in Eberbach ordinis Ciſterciensis quiete et libere pe|nitus poſſidenda. renunciantеſ eiſdem . III. jugeribus et eorum requiſitioni. In huius | autem facti evidenciam et memoriam perpetuam preſenſ ſcriptum . duximus noſtri ſigilli muni|mine roborandum. Datum anno dni M⁰. CC⁰. LXVI⁰. in vigilia Gregorii pape.

An Pergamentstreifen hängt das stark beschädigte Siegel:
† RVD . . . . . ABBAS S. . . . .

Digitized by Google

397. Ludwig, Rhein-Pfalzgraf, verleiht dem Kl. Eberbach die Zollfreiheit zu Bacharach und Fürstenberg.

1265, *April 11.*

Orig. Urk. im Landesarchiv zu Idstein.

Lodwicus dei gratia comes palatinus Rheni, dux Bawarie. Universis presentem litteram | inspecturis feliciter. Amen. Quoniam ecclesiam Eberbacensem Cisterc. ordinis quam vite meritum et qualitas morum | praerogative condecorat affectione et gratia prosequimur speciali, ad noticiam uniuersorum perducimus tam pre|sentium quam futurorum nos eidem ecclesie gratiam hanc feciisse. ut naues sue sine applicatione cum rebus | omnibus quas abbas, prior vel cellerarius eiusdem ecclesie super obedientiam et ordinem suum acceperint | et probauerint suas esse per districtum nostrum Bacharaci et Furstenberg descendentes et ascendentes ab omni | passagio et thelonei emolumento perpetuo sint exempte. Si autem quicquam duxerint quod predicti probare | non poterunt sue ecclesie attinere de eisdem iura et thelonea nobis debita persoluantur. Volumus etiam | eandem ecclesiam ab illa consuetudine et denariis qui vulgariter chnappen phfeninge vocantur, omnimodis esse liberam et solutam. Preterea si nostra iura in passagiis vel theloneis prefatis obligationis seu do|nationis titulo vel alio quolibet modo ad manus porrexerimus uel dederimus alienas, memorate gratie bonum | dicte ecclesie excipimus esse saluum. et custodiri volumus ab omnibus illibatam. Precipimus igitur universis nostris pro|curatoribus quatenus ecclesie predicte gratiam eandem conservent illesam, alioquin nostre

Digitized by Google

gratie ſentient detrimentum. | Ut autem ipſa gratia a nobis et ſucceſſoribus noſtris inconcuſſa permaneat, preſentem literam ipſi donauimus | ſigilli noſtri munimine laudabiliter insignitam. — Datum apud hauſen anno domini M°. CC°. LXV°. Tercio Idus Aprilis.

An Pergamentstreifen hängt, bis auf ein Stück abgebrochen, das Rettersiegel des Ausstellers.

---

398. Das Kl. Eberbach vermiethet seine Hofstatt beim Fischthor in Mainz an Peter und Lucardis, Eheleute daselbst.

1266, *Febr.* 25.

Orig. Urk. im Gr. G. Staatsarchiv zu Darmstadt.

Frater G. dictus abbas. et conventus monaſterii in Eberbach. Profitemur preſentis ſcripti ſerie. et | notum fieri volumus univerſis quod nos aream et domum ſitas ex oppoſito graduum iuxta portam | Piſcium quas pie memorie Baldungus quondam civis Moguntinus in remedium anime ſue et | ſuorum nobis contulit conceſſimus ac locauimus Petro et Lucardi coniugibus civibus moguntinis | iure hereditario perpetuo poſſidendas, pro annuo cenſu videlicet sedecim ſolidis denariorum Colonienſium | ſingulis annis in die Purificationis beate virginis nobis ſine difficultate et plenarie | perſolvendis. Preterea de area ſeu de fundo prefate domus dabunt idem. P. et L. De|cano et capitulo ecclesie ſce Marie de Gradibus Moguntine nomine cenſus pro nobis annua|tim septem ſolidos moguntine monete. quorum medictatem ſolvent in feſto Aſſumptionis et | reliquam partem in die purificationis virginis glorioſe. Si vero quod abſit dicta domus per | incendium ſeu vetuſtatem ſive per infortu-

Digitized by Google

nium quodcunque conſumpta fuerit vel deſtructa ipsam rec|tificabunt ſalvis nobis nichilominus . . Decano et Capitulo predictis, annuatim cenſibus perſolven|dis ſecundum ſummam et terminos prout ſuperius eſt expreſſum. In cuius conceſſionis teſtimoni|um preſens ſcriptum ſigilli noſtri ac . . Decani et capituli eccleſie memorate ſepedictis | coniugibus dedimus roboratum. Datum in crastina beati Mathie apoſtoli Anno domini | M. CC. LXVII.

Das Siegel des Ausstellers fehlt; das der Marienkirche ist nur noch in der oberen Hälfte erhalten.

---

399. Kaufakt zwischen dem Kl. Eberbach und dem Mainzer Bürger Humbert vom Widder, über eine Hofstatt in Oppenheim.

1266, Juli 12.

Orig. Urk. im Gr. G. Staatsarchiv zu Darmstadt.

Wernerus Ringrauius prouisor ciuitatis Oppenheimenſis, milites, conſules, ſcabini ac uniuerſi ciuef ibidem Recognoſcimus preſentis ſcripti | serie publice profitendo et conſtare facimus uniuerſis quod cum Humbertus de Ariete ciuis Maguntinus et domina Elyzabet uxor ipsius nostri | conciues pia ducti deuocione ac eternorum intuitu curiam ſuam ſitam in Oppenheim que fuerat quondam Marquardi de Winnenberg | ad hoſpitale pauperum in Oppenheim contuliſſet placuit religioſis viris Abbati et fratribus de Eberbach predictam curiam ad inhabi|tandum et agendum ibidem ſua negocia comparare qua de cauſa priorem, fratres, Marquardum de Oppenheim, Folcmarum et Arnoldum | de Stein-

Digitized by Google

heim et de Treisa magistros, ad nos tractandum et conueniendum nobiscum de emptione et vendicioue predicte curie transmiserunt. Nos vero nolentes ceterum aliquid aut finale cum dictis priore et fratribus irrequisito consilio prefati Humberti super | vendicione seu emptione predicte curie ordinare vel etiam terminare habito super hoc consilio Heinricum dictum Grezcing et Dideri| cum dictum ante portam ecclesie, nostros conciues, cum memoratis priore et fratribus ad sepedictum H. transmisimus in Maguntia ratum habituri | et gratum quidquid scirent et possent cum ipso H. super emptione prescripte curie utilius sibi et salubrius ordinare. Cum ergo predicti | prior et fratres cepissent tractare cum prefato H. de emtione prelibate curie, idem H. nominatam annuam et perpetuam pensionem scilicet | triginta maldra siliginis Wormaciensis mensure unam carratam hunici vini et unum talentum hallensium ad sustentacionem sacerdotis qui | in hospitali eodem pauperibus et infirmis diuina celebraret et eisdem cetera spiritualia ministraret. Item viginti maldra siliginis eiusdem mensure | pro duabus consolationibus procurandis diebus anniuersariorum eiusdem Humberti et domine E. uxoris sue quibus uoluerit et constituerit, infirmis et | pauperibus ministrandis. Preterea duas lampades unam die noctuque arsuram coram altari hospitalis eiusdem reliquam propter infirmos noctis | dumtaxat tempore a prescriptis priore et fratribus pro sepefata curia uel eius precio requisiuit. Quod quia priore et fratribus antedictis uisum| grave fuit et ecclesie sue nullatenus expedire, ut uidelicet ad solucionem talis ac tante pensionis perpetuo astringeretur, sepenominatam cu|riam pretermissis omnibus, a prelibato Humberto pro centum et triginta marcis colo-

Digitized by Google

nienſibus numerate pecunie compararunt, dantes eidem H. incon|tinenti ſicut aſſolet uinemium quod uulgariter dicitur Winkof, ipse etiam H. e conuerſo ſepedictam curiam preſentibus H. et Th. predictis noſtriſ | conciuibus et aliis in curia monachorum eorundem in Maguntia priori et fratribus aſſignauit. Verum quia ſepe nominati prior et fratres pecuniam paratam | ad ſolutionem in continenti preſcripte curie non habebant, supplicarunt Humberto eidem ut ſuſtineret quod ipsi ſoluerent per biennium prehabitam penſionem ut ſic medio tempore comodius et| sine dampno graui perſoluerent pecuniam memoratam, cum hoc ipsis videretur | ſanius illa vice in quo Humbertus predictus non acquieuit eiſ dicens quod ecclesia ab ecclesia ultra ſortem talem ſine peccato non poſſet re|cipere penſionem, demum uero, ad inſtanciam dictorum prioriſ et fratrum, ipſos fratreſ uidelicet et priorem, cum noſtris ciuibus H. et Th. prefatis, ad noſ tranſmiſit in Oppenheim dicenſ eſſe de suo beneplacito et conſenſu quidquid nobiſcum tractare poſſent tum pro obtinendis a nobis induciis de ſolucione pecunie | que debebatur de curia iam predicta tum eciam nobiſcum modo quolibet alio terminandi. Conuenerunt itaque nobiscum in hunc modum et in hoc ac|quieuimus eiſdem ut ſicut dictum eſt ſuperiuſ. per biennium predictam ſoluerent penſionem et ſic interim comodius poſſent ſatiſfacere de pecunia quam| debebant, si vero per continuum triennium ipsam penſionem ſoluerent ad ipsius ſolucionem perpetuo tenerentur. Postmodum autem pretaxatus Hum|bertus, elapſo breui temporis interuallo, ab abbate et fratribus de Eberbach pecuniam quam tenebantur de prefata curia, cum inſtancia requiſiuit ad | soluendum quoddam predium quod ſe conparaſſe aſſeruit ut de eiuſ prouentibus hoſpitali ſol-

Digitized by Google

ueretur penſio ſuperius annotata, cui abbas et fratres| responderunt dicenteſ quod ipſi nobiſcum de ſua permiſſione tractauerint et conuenerint, tali modo ſoluere deberent pecuniam et interim de pen|ſione integre et per omnia ſatiſſacere hoſpitali, ipso autem Humberto e diuerſo firmiter aſſerente quod tali ordinacioni et tractatui nullatenus conſenſiſſet | preſertim cum ſine nota peccati, ſicut dictum eſt ſuperiuſ, non poſſet recipi taliſ penſio non deberet. Tandem ut veritaſ pateſceret Abbas prior | et fratres qui interfuerant emptioni et poſtmodum tractatui, cum nobiſcum de induciiſ ſoluende pecunie tractaretur, cum memorato Humberto | ad noſ Oppenheim acceſſerunt ubi prior cum ſepe memoratiſ fratribus conteſtati, in ordinem ſuum dixerunt quod reſ ſe haberet per omnia ſicut | ſuperius eſt expreſſum, ita uidelicet quod ipsi prior et fratres de uoluntate et conſenſu Humberti preſcripti nobiſcum conuenerint quod in|fra trium annorum ſpacium pecuniam ſoluerent et interim hoſpitali de penſione debita reſponderent. Quia vero memoratus Humbertus aſſociacionibus | huiusmodi acquieſcere noluit vel eciam conſentiret ita nullo fine cauſe interpoſito receſſit ab eiſdem, rogauerunt noſ cum inſtancia abbas et fratres | predicti ut medietatem pecunie que pro ſepedicta curia debebatur, ad terminum sex ebdomadarum acciperemus ab eiſdem, reliquam uero partem uſque ad Nativitatem | domini proximo nunc uenturam, et ſic ceſſaret penſio que debebatur uſque ad ſolucionem pecunie perſoluende. nos vero peticioni huiusmodi. | acquieuimus maxime quia ſicut Humbertus dixerat prelibatus penſio ſine peccato recipi non poterat, tanquam Weitthelchaz, et hoc accepta|uimus ut ſepedictam pecuniam quemadmodum abbas et fratreſ promiſerant ſuis terminis inter-

Digitized by Google

positif integre ſolueretur, hoc addito quod ipſa pe|cunia duobus viriſ de noſtro conſilio quoſ predictuſ Humbertuſ ad hoc nominandos duxerit preſentetur, et communicato noſtro ſuoque conſilio | predium aliquod circa nos, et intra noſtroſ terminos comparetur eadem unde ſolui poſſit hoſpitali penſio pretaxata prout Humbertus | nobis promiſerat memoratus. Nos eciam promiſimus abbati et fratribus et promittimus in hiis|ſcriptis quod noſ omne impedimentum ſeu | periculum quod ipſiſ a ſepedicto Humberto vel eiuſ heredibus ſuper emptione dicte curie ſiue eciam pecunie pro ipſa curia ſolucionem | et euidenciam pleniorem preſens ſcriptum sigillo noſtre ciuitatiſ roboratum dictiſ abbati et fratribus duximus exhibendum. Datum | Anno dni M°. CC°. LX°. sexto. quarto Idus Julii.

Von dem Siegel der Stadt hängt ein Bruchstück an: Umschr.:
† SIGI . . . . . PPENHEIM.

---

100. Philipp von Valkenstein und seine Söhne befreien das Kl. Eberbach von dem Rheinzoll bei Kube.

1266, *Sept. 14.*

Orig. Urk. im Landesarchiv zu Idstein.

Philippus ſenior de valkenstein, Philippus et Wernherus filii ſui dilectis fidelibus ſuis in | valkenowe et in Kůba officialibus, thelonearíis et caſtrenſibus uniuerſis nunc et in futurum ex|iſtentibus ſalutem cum plenitudine omnis boni. Deuota ſervitia que dilecti nobis abbas et | conventus in Eberbach nobis et noſtris ſepius impenderunt et impendunt, inducunt noſ ut ad| ipſorum commodum et proficuum ſpecialiter intendamus et maxime circa monaſteria et perſonas deo dica|ta debea-

Digitized by Google

mus piam gerere uoluntatem. Hinc eſt quod uniuerſos vos et ſingulos ſerioſe et affec|tuoſe rogamus et volumus etiam inuiolabiliter perpetuo obſeruari. quatinus dictum . . abbatem et nuntios ſui con|ventus per vof aut alveum Reni tranſitum facientes libere et ſine theloneo tranſire permitta|tis ſaluis rebus eorum omnibus et perſonis. Nolumus etiam ut illi denarii qui knappenpeninga dicuntur | ab eiſdem aliquatenus exigantur, immo volumus quod omnibus liberi ſint et ſoluti. Preſtituri eis ſimiliter ſecurum ducatum ob amorem noſtri cum a vobis duxerint requirendum. Scientes certiſſime vof no|bis in hoc ſpeciale obſequium impendiſſe et vobis ex huius modi pietatis opere retributio perueniet om|nium conditoris. In cuius rei memoriam ſempiternam preſens ſcriptum dicto . . abbati et conventui in Eberbach tradidimus ſigillorum noſtrorum munimine roboratum. Actum anno domini M⁰. CC⁰. LX⁰. VI⁰. | in vigilia Exaltationis.

Die drei an Pergamentstreifen hängenden Reitersiegel der Aussteller sind stark beschädigt.

---

401. Burkard von Wolveskele, Ritter, und seine Kinder schenken dem Kl. Eberbach einen Haferzins vom Hofe Rithusen.

1266, *Octob. 6.*

Orig. Urk. im Gr. G. Staatsarchiv zu Darmstadt.

Ego Burcardus milef dictuf de Wolveſkele. Serie praeſentium recognoſco. conſtare cupienſ uniuerſis praeſen|tibus et futuris. ad quos hoc scriptum deuenerit quod ego accedente unanimi conſenſu Henrici, Burcardi, Si|boldi et Hartmanni filiorum meorum·

Digitized by Google

nec non de bona filiarum mearum voluntate. ad honorem dei omnipotentis|ac glorioſe genetricif ſue perpetue virginis marie. et in remedium anime collateralis mee Jútte felicif recordationif. reſignaui conuentui monachorum in Eberbach ordinis Ciſterciensis ac dedidi perpetuo tria maltra auene ſive redditus eorundem quos redditus trium maltrorum auene ſolebam ſingulif annif recipere et habere de curia praefatorum monachorum Eberbacensium dicta Rithuſe. ita quod nec ego nec aliqui meorum heredum deinceps ad praetactorum III. maltrorum auene annualium redditus. requiſitionem aut reſpectum aliquem habeamus. Ad huius autem rei robur et perhennem euidentiam ac omnimode renunciationis de prehabitif tribus maldrif auene per me et meos heredeſ iam facte teſtimonium duxi praeſenteſ litteras mei ſigilli munimine confirmandas. Datum anno dni Millesimo. CC°. LXVI°. II°. Nonas Octobris.

Das an Pergamentstreifen anhängende Siegel ist wohlerhalten, aber fast unkenntlich.

---

402. Dem Kl. Eberbach wird die Zollfreiheit zu Schonnenbure ertheilt.

1266, *Nov. 11.*

Orig. Urk. im Landesarchiv zu Idstein.

Uniuerſis Christi fidelibus tam preſentibus quam futuris preſentem paginam inſpecturis. Otto, Heinricus, Phylippus, Dilemannus nati quondam Ottonif burcgravii, Fridericus, Otto, Fridericus, filii quondam | Friderici. Phyllemannus, Emelricus, filii Humberti. Humbertus Junior, Otto, filii Mer-

Digitized by Google

bodonis. Merbodo dictus de Argendal, caſtellani in Shonnenburc eternam in domino ſalutem. Cum creatura | non habeat, quod pro tantis meritis ſuo dignum offerat creatori, quin imo ipſa creatura in ſui origine viciata et ad ſuam tendens originem a creatore diſcordans, laudibus non ſufficiat creatoris, reſtat ut ipſum in ſuis ſanctis laudemus et ei in ſuis deuotis ac fidelibus ſeruiamus. Cum vero ad utriusque vite profit felicitatem, ſi perſonis diuino cultui mancipatis pia intendimus voluntate, nos qui peccatorum mole premimur, et malis irruentibus undique perturbamur, conſiderantes ſanctam plantationem et uineam Dni Sabaoth, Conventum ſcilicet et fratres domus in Eberbach ord. Cysterc. Mogunt. Dioeceſis ſpem habentes ipſorum ſanctis precibus et ſuffragio conſequi preteritorum *) veniam in preſenti gratiam et gloriam in futuro, omne theloneum et exactionem, que nobis Caſtellanis predictis ceterisque noſtris conſanguineis et amicis nobis cum ad preſens Schonenburc commorantibus vel in poſterum naſcituris, ſiue noſtris ſeruitoribus, famulis, majoribus vel minoribus in ſhelonio vel alibi ſeruientibus quocunque nomine cenſeantur, de predictorum fratrum et Conventus nauibus deſcendentibus et aſcendentibus, oneratis vel vacuis, de vino, annona, frugibusve cujuscunque generis ſint; de fructibus arborum vel olerum, de ſale, piſcibus quibuscunque, de ferro, butiro, oleo, coreo, aut quibuscunque mercibus vel rebus aliis ad ſuos vel ſuorum uſus et neceſſitates pertinentibus poſſunt vel in futurem poterunt peruenire, predicto Conventui et fratribus tam Dnis monachis, quam conuerſis conſenſu una-

*) Baer (Beiträge z. Mainzer Geschichte. II. p. 294) liest: peccatorum.

Digitized by Google

nimi et pari voluntate, omni dolo et fraude excluſis, ad honorem Dei ſueque genitricis nunc et in perpetuum relaxamus. Et ut liberius et utilius ſepe dicti fratres et conventus libertate et gratia in dimiſſo ſibi a nobis theloneo perfruantur, volumus, quod nullatenus ad alicujus noſtum vel noſtrorum ſecutorum *) aut famulorum mandatum vel juſſum Weſalie vel alibi ratione exactionis vel thelonii debeant applicare. Volumus etiam, ut ſi nos Caſtellanos predictos vel noſtros futuros filios aut heredes theloneum prefatum diuiſim vel conjunctim uni pluribusve perſonis caſu vel neceſſitate ingruente contigerit obligare, prefati fratres et conventus nihilominus conceſſa ſibi a nobis libertate et gratia in dimiſſo theloneo quiete et pacifice perfruantur, ut ſuperius eſt expreſſum. Ut autem predicta robur habeant perpetue firmitatis, nec ab uno pluribusue nostrum in poſterum valeant violari, preſentem paginam ſuper hoc confectam et conſcriptam ſigillo noſtro communi duximus roborandam. Huic tam pie donationi gratie et libertati interfuerunt frater Conradus de Zanctis ordinis Minorum fratrum et honorabiles viri Vicedominus dictus Vulpes et Fridericus de Rudinsheim et Dapifer de Rinberc. Inſuper nos ſinguli Caſtellani de S'chonenburc et aliqui noſtri Conſanguinei habentes ſigilla propria, ea preſentibus ad majorem et debitam firmitatem duximus apponenda. Datum et actum anno Dni Milleſimo CC⁰ ſexageſimo ſexto in die B. Martini.

Nachfolgende Siegel hängen an:

1) † S. OT . . NIS BURCRVI DE SCONENBVRC
2) † S. HUMBERTI. DE S . . . ENBVRC
3) † S . . . . UM . . . . . CONENBVRC
4) *abgerissen.*

*) Baer: servitorum.

Digitized by Google

5) † S . . . . MBERTI DE SCOENBVRC
6) † SIGILLV . . . . . SCONINBVRC
7) *abgerissen.*

---

403. Emercho vom Maulbeerbaum u. Greda, Eheleute, von Mainz, verkaufen dem Kl. Eberbach ihre Güter in den Gemarkungen von Musschebach und Biburch.

1267, März 1.

Orig. Urk. im Landesarchiv zu Idstein.

Judices ſce Moguntine ſedis. Quum ab humana memoria facilius elabuntur que litterarum munimine non fuerint roborata Preſentiſ | ſcripti ſerie publice proteſtamur et conſtare facimuſ uniuerſiſ quod conſtituti coram nobis Emercho de Moro et Greda coniugeſ civeſ Mo| guntinenſes profeſſi ſunt publica et expreſſe quod ipſi Religioſiſ viriſ . . abbati et conuentui Monaſterii Eberbacenſis uendiderunt pro certa | ſumma pecunie bona ſua ſubſcripta ſita in terminiſ villarum Muſſcebach et Biburch cum omni iure ſuo et pertinentiiſ univerſiſ, Curi| am videlicet, quatuor et dimidium jugera vinearum ſita apud curiam Heinrici dicti fleiſhowere *), quatuor jornales terre arabiliſ | ſitoſ in Biburger holzwege prope Wigonem, Item duoſ jurnaleſ agri ſitoſ retro vineaſ Gebehardi militis de Scarpenſtein, Item unum| jurnalem agri ſitum iuxta ſteinbunden apud Arnoldum de Biburc. Item unum jurnalem et dimidium agri ſitoſ ultra Burcwech, et renuntiauerunt dictis| boniſ cum effeſtucatione in publica ſtrata iuxta ciuilem conſuetudinem coram iudicio et ſcabiniſ, Aſſignanteſ ipſa

*) Dem o ist ein v übergeschrieben.

Digitized by Google

fratribus dicti clauſtri, Nibelungo | Philippo et Wilhelmo sacerdotibus ad hoc miſſis ex parte abbatiſ et conuentus predictorum Praeſentibus teſtibus ſubnotatis Symone ſcilicet monacho et Anſ|helmo conuerſo de Selſe nigri ordinis. Item incolis dictarum uillarum Hertwico aduocato Godeboldo aduocato Hertwico quondam aduocato, Wolframo, | Hertwico, Conrado dicto Suevo, Heinrico dicto fleſhower *). Godeboldo iuxta rivum. Friderico cognomento heller, Hertwico fabro, et Godeſcalco fratre ipſius | Wilhelmo fabro, Wigone et Hertwico filio ipſiuſ de Moguntia, Waltero de Ingilheim et aliis quampluribus bonis viris. Profeſſi ſunt etiam dicti coniuges quod | dicti fratres Nibelungus, Philippus et Wilhelmus, cum ab ipſis bona ſuſceperant memorata, ſoluerunt in preſenti omnes iuſticias quas exigit mos civilis. Praeterea | ſunt profeſſi quod ipſi a praedictis .. abbate et conuentu bona prefata iure hereditario receperint excolenda pro annuo cenſu uidelicet duabus Marcis colon. denariorum in die | beati Bartholomei apoſtoli anniſ ſinguliſ perſoluendis. occaſione poſtpoſita .. abbati et conuentui ſepedictiſ. Solvent etiam pro ipſiſ boniſ cenſuſ peticioneſ ſive exactioneſ | et omnes iuſticias quas praedicta bona ſoluere tenentur. Si vero neglexerint vel diſtulerint ſoluere quomodolibet cenſus ipſos elapſo iam dicto termino preſcripto, bona ſine | contradictione ad praedictos abbatem et conuentum redibunt libere et abſolute, ac de ipſis ordinabunt deinceps quod ſibi utilius uiſum erit. Nec praetereundum quod poſt obitum | coniugum eorundem, ſi forte plures heredeſ reliquerint, non omnes ſuccedent

*) Das obige Citat gilt auch hier.

Digitized by Google

excolendiſ bonis ipſis, nec inter omneſ ipſa hereditaſ diuidetur, ſet duo duntaxat ſenioreſ ceteriſ | quicquic fuerint iam valentibus impedire, bona eadem habebunt et excolent et ſoluent idem cenſum ſuiſ temporibus ſuperius annotatum. In cuiuſ venditioniſ ſiue conceſſioniſ teſtimo|nium preſens ſcriptum ad peticionem partium ſigilli noſtri munimine duximus roborandum. Datum anno dni M°. CC°. LX°. VII°. Kal. Marcii.

An Pergamentstreifen hängt, beschädigt, das Siegel des Gerichts.

---

404. Berlewin von Alzei, Ritter, entsagt seinen Ansprüchen an das Kl. Eberbach.

1267, *im April.*

Orig. Urk. im Landesarchiv zu Idstein.

Ego Berlewinus miles de Alzeia dictus zürno. Ad uniuerſorum noticiam quoſ preſens ſcriptum intueri| contigerit, cupio peruenire quod ſicut ego alia vice ſimpliciter propter deum ac in remedium animarum mee| uidelicet nec non progenitorum communicata manu, conſilio ac conſenſu Berthediſ uxoriſ mee | et Wilhelmi filii mei renunciaui et effeſtucaui pro me et uxore mea praedicta coram prefato W. | filio meo de eius conſenſu voluntario et expreſſo fratribus Johanne dicto capellano confeſſore ſancti|monialium monaſterii in Weidas et Heinrico de Scarpenſtein ſubcellerario monachis de Eberbach | ita quoque poſtmodum coram religioſis viriſ de Otterburg et de Arnſpurg abbatibus predicto | H. de Scarpenſthein et Symone de ſancto Stephano monachis renunciaui et renuncio et effeſtuco

Digitized by Google

omni | actioni, omni juri, omni peticioni et querele que habui vel habere videbar ſive habere potero | in futurum contra viros religioſos abbatem et conuentum monaſterii de Eberbach occaſione alicuius | mutui vel depoſiti ſi quod aliquando depoſui apud eoſ ſeu eciam compoſicionis facte inter me et ipſoſ | nomine depoſiti quod ab eiſ requiſiui coram nobili uiro domino W. de bolandia ſive poſtmodum | facte alibi coram meiſ conſanguineiſ et amiciſ renuncianſ cum effeſtucatione ſimpliciter et de | plano omni auxilio facti vel juris tam canonici quam ciuilis et omni ſuffragio quod contra hanc renunciacionem et effeſtucacionem michi et dicte uxori mee nunc conpetit vel poſſet | conpetere in futurum. Inſuper renunciaui et renuncio omnibus inſtrumentiſ ſuper quocunque mutuo| facto a me dictiſ abbati et conuentui et depoſito quantocumque habitiſ vel habendiſ ubicunque nunc | ſint vel inventa fuerint inpoſterum et manifeſte proteſtatus ſum et proteſtor inſtrumenta | ipſa nulliuſ eſſe momenti mortua eſſe caſſa et penitus non valere. Ut autem hec renunciacio | et effeſtucacio pure et propter deum facta rata maneat et a nullo inpoſterum valeat inpugnari | preſens ſcriptum cum appenſione ſigilli mei ſepedictiſ abbati et conuentui tradidi roboratum. | Actum in clauſtro Hagene preſentibus antedictiſ de Otterburg et de Arnſpurg abbatibus Heinrico | et Symone monachiſ de Eberbach iam predictiſ. Anno domini M°. CC°. LX°. ſeptimo menſe Aprili.

An Pergamentstreifen hängt das wohlerhaltene Siegel von rothem Wachs. Umschr.: † S. BERLEWINI ZU.. NIS. DE. ALGEIA.

Digitized by Google

405. Die Rheingrafen Wernher und Sifrid befreien das Kl. Eberbach von dem Zins auf ihren Gütern bei Werstatt.

1267, *Juni 24.*

Orig. Urk. im Gr. G. Staatsarchiv zu Darmstadt.

Nos Wernherus et Sifridus fratres Ringrauii. Tenore preſentium profitemur et publice proteſtamur, quod cum eccleſia Eberbacenſis alterum | dimidium manſum ſitum haberet in diſtrictu ville noſtre in Werstat preter duos jurnales. qui nobis conſucuit quedam annua ſeruia exhi bere, nos ad honorem dei et sancte matris ſue Marie, ac ad preces proborum virorum . . medietatem eorundem bonorum videlicet hos jurnales | in inferiori campo in Dechſtein duos, cum arboribus nucum, Item ex iſta parte foſſati quatuor et dimidium, Item vf anghere quinque, Item in | alio campo iuxta Eccleſiam tres. It. aliquantulum ſuperius duos, It. bi Eſelſbornen iuxta viam Rûmerſheim tres et dimidium. It. an der | herſtrazen tres jurnales cum onere cenſuum recepimus, ita ut nos de hiis jurnalibus prenominatis quemlibet icenſum ſoluendum annis ſingulis | perſoluamus, Reliquam uero partem que ceſſit Eccleſie ab omni genere ſeruitiorum, hoſpitalium, precariarum, exactionum ſive qualiumcunque | onerum et ſeruiciorum liberos fecimus et ſolutos renunciatis plane omnibus ſeruiciorum generibus antedictis. In cuius rei euidentiam et firmius | teſtimonium preſentem litteram sigillatam noſtris sigillis ac sigillo frederici de Rudenſheim militis ipſi Eccleſie duximus exhibendam. | Actum anno domini M°. CC°. LXVII°. In Natiuitate Johannis baptiſte.

Das Reutersiegel Werners hängt an, von der Umschrift ist nur übrig: SIGILL . . . . . HERI . . . . . RENI; *Sifrids Siegel*

Digitized by Google

fehlt ganz; Friedrichs von Rüdesheim Siegel hat die sechs Lilien. Umschr.: † SIG . . LVMFRI . . . . DE RVD. . .

406. **Mathias, Canoniker in Bingen, vertauscht mit dem Kl. Eberbach einen Weinberg.**

1267, *Sept. 1.*

Orig. Urk. im Gr. G. Staatsarchiv zu Darmstadt.

Th. decanus totumque capitulum beati Martini in Pinguia tenore presencium recog noscimus puplice protestando quod Mathias concanonicus noster iugerum unum uinee ad | prebendam suam pertinentis situm in inferiori parte uinee que Anselmi | sculteti olim fuit pro altero iugero uinee site iuxta uineam dictam Gere| que est filiorum Th. dicti thuris ciuis Pinguensis domino .. abbati et conuentui in | Eberbach in concambio dedit, nostro et eorum consensu omnium accedente dantes | ipsis presentes | litteras sigillo capituli nostri sigillatas in testimonium super eo. Actum | pinguie anno domini M°. CC°. LXVII°. Kal. Septembr.

Das Siegel ist ziemlich gut erhalten. † . . TULI SANCTI MARTINI IN PINGUI . .

407. **Arnold, Canonicus zu S. Stephan in Mainz, schenkt dem Kl. Eberbach seinen Weinberg bei Tredigishusen.**

1267, *Oct. 3.*

Orig. Urk. im K. Provinc. Archiv zu Coblenz.

Nos Ph. de Hohinvels. Constare his litteris volumus uniuersis quod in nostra praesentia constitutus. Arnoldus canonicus sancti Stephani Mogontinensis dic-

Digitized by Google

tus de | Tredigiſhuſen in honorem glorioſe genetricis dei Marie pro remedio progenitorum | ſuorum et ſalute ſue anime vineam ſuam dictam Liebenhelden ſitam in Erſbach | videlicet in juriſdictione noſtra Tredigeſhuſen dedit et contulit ecclesie beate Marie | in Eberbach ut in eadem eccleſia anniuerſarium matriſ et patriſ ſui annis ſinguliſ celebretur et renunciauit puplice hereditaria poſſeſſione ſive proprie|tate et iuri quod in iam dicta vinea ſibi hactenus competebat et videbatur ha|bere. quam vineam eccleſia de Eberbach memorato domino Arnoldo recommisit et | conceſſit ad dieſ vite ſue pro annua penſione. — Et quod hec preferta omnia co|ram nobis Craftone sculteto. Heinrico advocato noſtro. ſcabinis et uniuerſitate | noſtra in Tredigiſhuſen rite et racionabiliter nullo contradicente ſint peracta. pre|ſentibus litteris cum appenſione noſtri ſigilli perpetuum et evidens teſtimonium perhibemus. | Datum et actum apud Tredigiſhuſen. Anno dni M. CC. sexageſimo ſeptimo| quinto Nonas octobris.

An Pergamentstreifen hängt wohlerhalten das Reitersiegel des Ausstellers.

---

408. Philipp von Valkenstein und seine Frau Gisela verkaufen dem Kl. Eberbach ihre Güter in der Gemarkung von Muschebach.

1267, *im Decemb.*

Orig. Urk. im Landesarchiv zu Idstein.

Ego Philippus de Valkenſtein junior et Giſela collateralis mea. Quum actus hominum ſeu tractatus obliuionem non poſſunt euadere niſi litteris | commendentur. Tenore preſentium profitemur publice et conſtare

Digitized by Google

volumus uniuerſis quod nos pari conſilio ac unanimi voluntate uniuerſa bona noſtra ſita in | terminis ville Muſchebach. que vel proprietatis titulo vel jure hereditario poſſedimus vel poſſidemus, videlicet Ducentos et septuaginta jornales terre arabilis, quatuor jugera vinearum, viginti septem uncias denariorum Maguntinorum nomine cenſuum annis ſingulis in die beati Martini ſoluendorum, areas ac cetera univerſa que vel in dicta villa vel in eius terminis habuimus et habemus vel habere potuimus ſeu debuimus ſiue habere | quomodolibet videbamur exceptis noſtris propriis hominibus, dominio uille, advocatia ac uno piſtrino communicata manu vendidimus libere ac omni | proprietatis titulo imperpetuum poſſidenda viris religioſis .. Abbati et conuentui monaſterii Ebirbacenſis Cyſtercienſis ordinis Maguntine dioceſis pro | Centum et Quinquaginta marcis pecunie numerate et de ipſa pecunia pagatos eſſe nos dicimus et nobis eſſe plenarie ſatiſfactum, unde bona praefata reſignauimus aſſignantes ea in manus dictorum abbatis et conuentus in publica ſtrata et in curia noſtra que vetus curia dicitur coram scolthe|to Hertwico aduocato et scabinis ville nec non Godeboldo advocato de Biburg praeſentibus et atteſtantibus Philippo Marſcalco de Vrowenſtein. Bodone. | Herdegno dicto buchs de Valkenſtein militibus. Hermanno de Biegen. Walthero fratre dicti Philippi. Item fratribus de Ebirbach. H. priore. Wichgone | cellerario coquine. Nibelungo. Wernero de monte ſci Dyſibodi Sifrido de Spiſheim ſacerdotibus, Eckardo conuerſo et aliis quampluribus fide dignis iure ac conſuetudine | loci circa hoc tam in ſolutione vini copii quam aliis iuſticiis conſuetudinariis in omnibus obſeruatis. Volumus ergo et fecimus in praeſenti et facimus in|ſcriptis

Digitized by Google

bona prehabita ab omni exactione peticione omni iure aduocatié necnon ab illis ſeruiciis uniuerſis quibuſcumque exprimantur uocabulis que vel nos | poſſemus aut in futurum noſtri liberi ſeu ſucceſſores a praeſcriptis bonis aliquomodo requirere libera et abſoluta imperpetuum omnimodis et quieta | Hoc adiecto quod quantum fortaſſe defuerit in agrorum numero praedictorum tantum in ſolutione pecunie nobis proportionaliter ſubtrahetur. Porro quia ſepe dicti abbas et conuentus timebant de ſepefatis bonis nobis aliqua jure feodi attinere et hac cauſa a domino feodi vel a noſtris ſucceſſoribus poſſe moveri | ſibi querimoniam vel oriri ſcrupulum in futurum ad cauendum ipſis de hoc inpoſterum obligauimus eiſdem Abbati et conuentui titulo pignoris in recompenſationem bonorum feodalium de propriis bonis noſtris in Harwiſheim Triginta quinque maldra Siliginis Maguntine menſure redituum annuorum | et communicata manu aſſignauimus reditus dictorum triginta quinque maldrorum in manus fratrum Nibelungi et Werneri monachorum de Ebirbach in villa praelibata | coram scoltheto et scabinis qui dicuntur Hubinhere necnon teſtibus ſubnotatis. Heinrico plebano ville Heinrico filio scolteti de Cuba sacerdotibus. Herdegno | milite de Valkenſtein ſupradicto et aliis quampluribus ut ſi quemadmodum dictum eſt ſuperius mota fortaſſis eis queſtio fuerit inpoſterum quo minus uti valeant | bonis ipſis vel in ipſorum perceptione aut poſſeſſione aliquatenus inpediri ad dicta triginta quinque maldra reſpectum habeant et ea percipiant ſi inpetiti fuerint vel impedimentum habuerint occaſione feodi ſuprafati. Ad euidentem itaque premiſſorum omnium certitudinem et cautelam, et ne ab aliquibus | inpoſterum ſuper emptione ſepe-

Digitized by Google

dictorum bonorum impediri valeant seu modo quolibet impugnari presenti scripto sigilla, meum, Domini S. decani Maguntini | Ph. patris mei, Werneri et Philippi de Bolandis fratrum patruelium meorum et Werneri fratris mei duximus apponenda. Actum et datum | Anno domini Millesimo Ducentesimo Sexagesimo Septimo Mense Decembri. Ego Gisella sigillo mariti mei sum contenta.

An Pergamentstreifen hängen alle Siegel:

1) † SIGIL . . . . HILIPPI DE . . . . . *(Reitersiegel.)*
2) † SIGILLVM GISSILE DE MINZINBERC.
3) WERN . . . . . OLAN—DIA . . . . DAPIF . .
4) † SI . . . . . M FILIPPI D . . . . . EN *(Reitersiegel.)*
5) SIGILL . . . HILIPI D . . BOLANDEN *(Schild mit Rad.)*
6) † SIGILLVM WER . . . . . E VA . . . . STEIN *(Reitersiegel).*
7) SIG. SIMONIS . . . ASSCHAFFENBORGEN . . .

---

409. Friedrich von Rudinsheim und seine Frau Gerdrudis geben dem Kl. Eberbach ihre Rheinaue bei Eltheville in Erbpacht.

1268, Nov. 25.

Orig. Urk. im Landesarchiv zu Idstein.

Quoniam pia bonorum studia idcirco litteris commendantur ut ex hoc pietatis exempla ad posteros diriuentur | Nos Fridericus de Rudinsheim et Gerdrudis uxor mea. Notum facimus tam presentibus quam futuris | quod nos sociata manu et voluntate unanimi de consensu liberorum nostrorum damus et libere conferimus viris | religiosis abbati et conuentui de Eberbach pro remedio animarum nostrarum censum septem librarum cere ad alta|re beate katherine in Eberbach singulis annis imperpetuum percipiendum a sacrista dicti

Digitized by Google

monaſterii de prouen|tibus inſule noſtre in Elthevile quam videlicet inſulam pro eodem cenſu locamus monaſterio prefato Ita ut heredes noſtri nichil poſſint agere de eadem inſula ſine permiſſione abbatis et conuentus de Eberbach | et eorum voluntate. Damus etiam poteſtatem abbati et conuentui ſepedictis ut ſi cultor aut poſſeſſor prefate | inſule negliens fuerit in ſolutione ſeptem librarum predictarum quod abſit ipſum amoueant de ipſa inſula ſicut | eis viſum fuerit expedire. Siquis autem heredum noſtrorum aut alius quicumque hanc donationem impedi|erit indignationem dei et beate Katherine non evadat donec reſipiſcat. In cuius rei teſtimonium | et perpetuam memoriam preſens ſcriptum ſigilli noſtri munimine fecimus roborari. Datum | et actum. Anno dni M°. CC°. LX°. VIII°. in feſto beate katherine virginis.

An Pergamentſtreifen hängt das gut erhaltene Siegel des Ausſtellers. † S. FRIDERICI MILITIS DE RVDINSHE' .

410. Reinher von Godela, Bürger zu Oppenheim, und ſeine Frau Bilindis ſchenken dem Kl. Eberbach alle ihre Güter bei Leheim.

1269, *Febr. 12.*

Orig. Urk. im Gr. G. Staatsarchiv zu Darmſtadt.

Philippus de Bonlandia prouiſor ciuium in Oppenheim, militeſ, conſules, ſcabini ac univerſi ciues ibidem Tenore preſentium ad uniuerſorum noticiam volumus peruenire quod Reinherus dictus de Godela noſter concivis et Bilindis uxor pure propter deum et in ſuorum remiſſionem peccaminum dederunt. Abbati et conuentui monaſterii ſce Marie in Eberbach ordinis Ci-

Digitized by Google

ſtercienſis omnia bona ſua ſita in territorio ville de Leheim que proprietario jure poſſederunt ſeu poſſidere potuerunt ſecundum formam infra ſcriptam. Videlicet quod quicunque ipſa excoluit bona excolet et bona ſua que poſſident jure hereditario in eodem territorio ſita et dabit dicto Reinhero et Bilindi uxori ſue de quolibet jugero ſeminato unum maltrum bladi in ipſo ſeminati excepto quod ſi aliqua jugera ex ipſis bonis ſeminata fuerint cum ordeo hyemali de quolibet ipſorum iugerum dabit cultor predictorum bonorum maltrum tritici et ipſam penſionem ſiue bladum ſoluet eidem R. et uxori ſue ſingulis annis infra aſſumptionem et nativitatem beate virginis et preſentabit infra muros oppenheimenſes coram domo sua. quando vero alter ipſorum vocante domino deceſſerit ſuperſtes medietatem ipſius penſionis ſingulis annis ut dictum eſt percipiat, reliqua medietas cedet eidem monaſterio. quando vero ambo univerſe carnis viam ingreſſi fuerint memorata penſio integraliter abſoluta et libera ad praefatum monaſterium diuoluetur, hereditaria vero bona cedent veris heredibus eorundem. prefata etiam bona committuntur excolenda fratri qui preeſt curie in Rithusen. predictus etiam Reinherus et Bilindis uxor ſua relinquunt cultori eorundem bonorum uiginti jugerum ſeminatorum penſionem ſingulis annis, decem ſeminatorum cum hyemalibus frugibus, decem etiam ſeminatorum cum eſtivalibns frugibus ut poſſit excolere tanto melius ipsa bona. prefatus etiam Reinherus et Bilindis uxor ſua exceperunt ab iſta dotatione ipſa bona que contulerunt pro luminari faciendo in ecclesia de Leheim. Cultor etiam bonorum predictorum excolet ipſa bona et curia dicti R. et uxoris ſue ſita in Leheim ad quam ipſa bona ſpectant quam etiam dederunt monaſterio antedicto. me-

Digitized by Google

moratus etiam R. et uxor ſua ſoluent cenſum et precarias ſi que in ipſa bona hereditarie ſtatuuntur.

Teſtes ſunt. H. prior. H. cellerarius. frater B. Magiſter de Rithusen. frater Udelricus magiſter de Leheim. Frater Marquardus de Oppenheim. Conradus sculthetus de Leheim. dictus brief, helwicus de Leheim. Albertus frater ſuus, Jacobus frater ſculteti de Leheim .... iuxta ecclesiam et Fredericus dictus Lapis. In cuius rei teſtimonium ſigillum noſtrum cum ſigillo ecclesie Eberbacenſis preſentibus eſt appenſum. Actum anno domini M. CC. LXIX. Feria tertia proxima poſt dominicam Inuocavit.

Das Siegel des Abtes hängt ziemlich wohlerhalten an; das Siegel von Oppenheim ist nur noch in einem Stückchen vorhanden.

---

411. Conrad Vasolt, Cleriker, von Nieder-Ingelnheim verkauft seine Ingelheim gegenüber gelegene Rheinaue an das Kl. Eberbach.

1269, *April 5.*

Orig. Urk. im Gr. G. Staatsarchiv zu Darmstadt.

Judices ſce Maguntine ſedis Recognoſcimus et ad uniuerſorum noticiam cupimus | pervenire quod Conradus clericus filius Wernheri dicti vaſolt de inferiori Ingelnheim | una cum Theoderico fratre ſuo in noſtra conſtitutus preſencia recognovit quod de | conſenſu ipſius patris ſui dicti Th. ac aliorum fratrum et coheredum ſuorum vendiderit | dilectis in Christo abbati et conuentui monaſterii Eberbacenſis Magunt. dioceſis pro quin|decim marcis denariorum Coloniensium quibus ſe pagatum dicebat, inſulam ſitam ex oppoſito ville Ingeln-

Digitized by Google

heim ſupradicte in flumine Reni iuxta Emerichonem filium Hertwici | dicti vrolich pro portione hereditatis ſue ſibi cedentem et quod una cum predicto Th. | fratre ſuo tam pro ſe quam pro ipsis patre videlicet et coheredibus ac aliis fratribus ſuis aſſerens | ſe ſuper hoc eorum habere conſenſum reſignauit coram nobis ipsam inſulam | et renunciauit eidem ſimpliciter et preciſe. In premiſſorum igitur memoriam | et debitam firmitatem preſens ſcriptum fecimus ſigilli nostri munimine roborari.| Actum Maguntie. Nonis Aprilis anno domini M°. CC°. LXIX°.

Das Siegel iſt abgeriſſen.

412. Hertwich, Pleban in Ober-Olm, hilft dem Kl. Eberbach aus einer Geldverlegenheit.

1269, Mai 31.

Orig. Urk. im Gr. G. Staatsarchiv zu Darmstadt.

Frater Ebelinus dictus abbas et conuentus in Eberbach recognoſcimus et tenore preſen|tium publice proteſtamur quod cum dominus Hertwicus in superiori olma plebanus bona noſtra | in Loinſheim vendicioni expoſita audiuiſſet noſtre compaſſus indigentie. XXX. marcas colon. | nobis contulit pro anime ſue remedio et ſalute. Ita tamen ut qui pro tempore prior exſtiterit | domus noſtre eidem plebano quoad vixerit de prouentibus dictorum bonorum annis ſingulis in die beati | Martini tres marcas colon. ſoluere teneatur. Prefatus etiam plebanus nobis conſencientibus | taliter ordinauit ut ob memoriam ſui nominis et ad ſuum anniverſarium apud nos perpetuo recolen dum predicte tres marce ad nullos uſus

Digitized by Google

alios niſi ad pittantiam et ſolatium noſtri conuentus fideliter et integraliter annis ſingulis conuertende, post ipſius obitum libere nobis cedant. Ut autem ſtatutum huiuſmodi inuiolabile perſeueret priori quincunque pro tempore tunc extiterit de communi conſilio eſt conceſſum ut iam dictorum bonorum prouentus inperpetuum percipiens ad dictos uſus conuertere ſtudeat prout melius nouerit expedire. Quicunque vero huius rei temerarius fuerit violator indignacionem ſummi iudicis et tocius conuentus offenſam ſe noverit incurriſſe. In huius facti robur et euidenciam ampliorem preſentibus litteris sigillum noſtrum duximus apponendum. Datum in die Petronille virginis anno dni M°. CC°. LX°. IX°.

Das Siegel des Abtes hängt gut erhalten an.

---

413. G., Pleban in Hoinstade, verhilft dem Kl. Eberbach zur Wiedereinlösung seiner Güter bei Heinbach.

—

1269, *Aug. 4.*

Orig. Urk. im Landesarchiv zu Idstein. *)

Frater Ebelinus dictus abbas totusque conuentus in Eberbach Recognoſcimus preſentis ſcripti ſerie publice proteſtando et conſtare facimus tam preſentibus quam futuris quod cum dilectus nobis in Chriſto dominus G. in hoinstade plebanus quedam bona in curia nostra heinbach nomine penſionis vendicioni expoſita audiuiſſet pia ductus devocione ac eternorum intuitu nostram in hac parte indigenciam cupiens pro ſue poſſibi-

*) Die Urkunde ist noch in einer zweiten, etwas abgekürzten Ausfertigung vorhanden — in craſtino Nychomedis — unter dem Siegel des Abtes von Eberbach.

Digitized by Google

litatis modulo ſubleuare de bonis a deo ſibi collatis XXV. marcas colonienses pro ipſis bo|nis nobis contulit redimendis tali condicione premiſſa ut eidem . G. quoadvixerit IIII. ame vini franconici de dicta curia | ſingulis annis abſque omni occaſionis ſcrupulo perſoluantur. Prefatus etiam plebanus nobis conſencientibus taliter ordina|. vit ut poſt ipſius deceſſum predicte quatuor ame vini ad nullos uſus alios niſi ad pittanciam et ſolacium nostri conuentus | ob memoriam sui nominis de preſcripta curia perpetuo miniſtrentur. Ceterum cum ſtatuta viſitacionum tamquam diffini|ciones generalis capituli debeant non immerito obſervari Nos frater Th. dictus abbas de clauſtro tunc temporis in Eberbach | viſitator ipsum factum coram nobis ventilatum modis omnibus approbantes de conſilio ſeniorum domus predicte duximus provi|de statuendum ut per quoſcumque huiusmodi ſalubre ſtatutum obmiſſum neglectum vel quomodolibet fuerit impedi|tum tam diu omni ſexta feria ſint in pane et aqua quouſque premiſſa fuerint adimpleta, et prior qui pro tempore exſtiterit eisdem | hanc penam infligere non omittat. In huius autem facti memoriam | et ſtabilem firmitatem preſentibus literis sigillum nostrum et aſſeſſoris nostri venerabilis domini coabbatis de Loco sce | Marie una cum ſigillo domini abbatis domus prehabite duximus apponendum. Datum anno domini M°. CC°. LX°. Nono | in die beati Dominici confeſſoris.

An Pergamentstreifen hängen die Siegel:

1) . . BATIS DE CLAUSTRO.

2) *Das Abtsiegel von Eberbach.*

3) SIGILLUM ABBATIS DE . . E MARIE.

Digitized by Google

414. Werner Sacman, Bürger zu Köln, stiftet einen Weinberg zu Speye zu einem Seelgeräth im Kl. Eberbach.

1269, *Aug. 4.*

Orig. Urk. im K. Provinc. Archiv zu Coblenz.

Frater Ebelinus dictus Abbas in Eberbach. Totuſque conuentus eiuſdem loci. Quoniam reſ geſte memoriam fugiunt niſi | litteris commendentur atteſtatione preſentis ſcripti conſtare cupimus preſentibus et futuris quod pie recordationis Wernerus | dictus ſacman, ciuiſ in Colonia noſter confrater, ductus pia devotione ob honorem omnipotentiſ dei ac beate virginiſ in remedium | animarum videlicet ſue. domineque goztue collateralis ſue. atque progenitorum utriuſque inter largaſ elemoſinas eccleſie noſtre | ab ipſis collatas Vineam quandam curie noſtre Speyen attinentem a venditione abſoluit conferens ecclesie noſtre centum septua|ginta duaſ marcas pecunie numerate. Attamen ſub hac forma ut qui pro tempore magiſter in ipsa curia fuerit, cellerario co|quine noſtri conuentus de iamdicta vinea decem marcas colonienſis monete Annis ſingulis in perpetuum ſoluere teneatur | occaſione qualibet non obſtante. Idem vero cellerariuſ de ipſa pecunia conuentui noſtro ſervicium honeſtum de pane|triticeo, vino franconico et boniſ piſcibus ſemper in die pentecoſtes fideliter miniſtrabit. Siquid autem de pecunia reſidu|um fuerit juxta prioriſ arbitrium in uſus ſimiles conuertatur prout videbitur melius expedire. Ut ex hoc quoque memo | rati W. atque collateralis domine goztue coniugis memoria, memoria nec non et commemoratio anniuerſaria in noſtro conuentu | perpetualiter habeatur et orationes pro ipſis feruentiori animo a ſingulis etiam future poſteritatiſ ſucceſſo|ribus perſoluantur.

Digitized by Google

Nec quisquam poteſtatem habeat alienandi ipſam pecuniam a conuentu aut in uſus qualeſcumque | alios conuertendi. quod ſi quis preſumpſerit qui terminos quos predeceſſores ſui ſtatuerunt tranſgreditur indignaci|onem omnipotentis dei atque beate virginis ſe noverit incurriſſe. Ceterum nos Frater Th. dictus abbas de clauſtro nomine et auctoritate reverendi prioris noſtri domini. Ph. abbatis clarevallis tunc temporis domum eberbacenſem viſitare|mus in plenaria poteſtate hoc factum coram nobis ventilatum ad peticionem conventus ibidem adhibito ſano | conſilio ſtatuimus inviolabiliter observandum. Hoc adiecto ut per quemcumque neglectum fuerit aut forſitan | impeditum tamdiu maneat in abſtinencia donec tam racionabilis et ſalubris conſtitutio reformetur et plena|rie impleatur. In huius autem facti memoriam et ſtabilem firmitatem preſentibus litteris ſigillum noſtrum| et aſſeſſoris noſtri venerabilis domini coabbatis nostri de loco ſce Marie una cum ſigillo reverendi domini abbatis dicte | domus eberbacenſis duximus apponendum. Datum anno domini. Milleſimo. CC⁰. sexageſimo nono.| In die beati dominici confeſſoris.

An Pergamentstreifen hängen die Siegel 1. des Klosters de claustro, 2 von Eberbach, 3. von Marienstatt, alle beschädigt; das 1. und 3. von grünem, das Eberbacher von rothem Wachs.

Digitized by Google

415. Eberhard von Wizzin, Ritter, verkauft dem Kl. Eberbach eine Gülte bei Isinheim.

1269, *Decemb. 9.*

Orig. Urk. im Gr. G. Staatsarchiv zu Darmstadt.

Wernherus de Bolandia Imperialis aule dapifer in perpetuum vni|uerſis. ad hoc ſcribuntur geſta hominum ne in poſterum ea deſtruat | calumpnia malignorum. Noſſe igitur uolumus preſentium inſpectores quod dilectus nobis Eberhardus miles de Wizzin vnum talentum denariorum | maguntinorum annuorum reddituum quod a nobis in pheodo habuit, et quod reli|gioſi viri fratres de Eberbach nobis de bonis ſuis ſitis in terminis ville | Isinheim, annis ſingulis petitionis nomine ſoluere tenebantur et tenentur pen|ſata sua vtilitate. dictis fratribus de Eberbach, pro certa ſumma pecunie. | de noſtra licentia et conſenſu vendidit perpetuo poſſidendum. In cuius uendi|tionis, ac noſtre permiſſionis teſtimonium et euidenciam pleniorem ſigillum | noſtrum preſentibus duximus apponendum.

Datum anno domini M°. CC°. LX°. IX°. V°. Idus decembris.

Das Siegel der Aussteller fehlt.

416. Simon, Propst zu S. Mauritius in Mainz, untersagt dem Pleban zu Nieder-Heynbach, in der Kl. Eberbacher Kapelle zu Ober-Heynbach die Communion zu verrichten.

1270, *Decemb. 10.*

Orig. Urk. im Landesarchiv zu Idstein.

S. dei gracia cuſtos maguntinus prepositus ecclesie ſci mauricii ibidem Honorandis et religioſis viris abbati

Digitized by Google

et conuentui | monaſterii Euerbacensis ſalutem et ſinceram in domino caritatem. Licet capella quam habetis in heynbach ſuperiori ſita | ſit in terminis parochie ſce Margarete que eſt in nostro archidiaconatu conſtituta plebanus tamen de heynbach in|feriori parochiales ſuos corpore Christi communicat in eadem et pro voluntate ſiue beneplacito in ea celebrat officia divinorum | verum cum iidem plebanus pocius in ſua parrochia quam in prefata capella communicare debeat populum ſibi com|miſſum monemus voſ pariter et mandamus quatinus ut ſepedictus plebanus hoc quod eciam auctoritate preſenciúm| inhibemus in vestra capella faciat decetero, nullatenus permittatis. Inhibemus eciam ne ante celebracionem | omnimodam in ecclesia ſce Margarete predicte in capella veſtra pulſetuſ ad divinum officium peragendum. Hoc itaque | faciatis taliter obſervari ne contrarium facientes punire pena debita compellamur. Datum Moguntie quarto | nonaſ Decembriſ anno dni M⁰. CC⁰. septuageſimo.

An Pergamentstreifen hängt das Siegel mit der beschädigten Umschrift: SIMONIS . . . E SA . I . ARITI . . IMI.

417. Heinrich Gulre, Canoniker zu Bopard, nun Moench in Eberbach, schenkt dem Kloster einige Weinberge und ein Haus in Bopard.

1270, *Decemb. 12.*

Orig. Urk. im K. Prov. Archiv zu Coblenz. *)

Frater E. dictus Abbas et conuentus in Eberbach.

*) Die Urkunde ist in doppelter Ausfertigung vorhanden. Die Varianten des Duplicats sind unerheblich bis auf die

Digitized by Google

Quoniam res geſte memoriam fugiunt niſi litteris commendentur, atteſtatione preſentis ſcripti conſtare facimus preſentibus | et futuris. Quod cum diuina inſpirante clementia dilectus in Chriſto H. dictus Gulre quondam canonicus bopardienſis, nunc autem noſter confrater nobiscum ſpretis mundi fallaciter blandientis | deliciis atque momentaneis honoribus et ad inſtar feni tectorum aridulis derelictis, nobiſcum ſub ſuaui decreuiſſet iugo domini militare ante religionis ingreſſum | bona ſibi a deo collata. videlicet quandam vineam retro ciuitatem Bopardienſem ſitam in loco qui profphen vulgariter appellatur. Item aliam vineam in Hammo ſitam | circa locum qui communiter Rore vocatur cum domo quam intra muros dictae ciuitatis habebat. de mera et propria voluntate ob honorem omnipotentis dei et glorioſe | virginis matris eius pro anime ſue ac parentum ſuorum remedio noſtre eccleſie coram perſonis quam pluribus fide dignis et autenticis erogavit, condicione tamen huiusmodi interiecta | ut quicumque pro tempore in curia noſtra Speia magiſter exſtiterit duabus iuuenculis ipſi H. attinentibus. videlicet

---

Stelle hinter »contenta« bis »devolventur«, wo (Note 1) statt: Insuper . . . bis «deuoluentur» gelesen wird: Poſt ipſarum vero puellarum deceſſum preſcripti redditus. qui ipſis de antedicta curia nostra Bopardie annis ſingulis fuerant perſolnendi. ad noſtrum monaſterium libere deuolventur. Preterea predictus magister qui pro tempore erit in curia Bopardie ſoluere tenetur ſingulis | annis de vinea ſita in Eſelſuelt retro Bopardiam quam ſepedictus H. poſtmodum legauit eccleſie noſtre. unam marcam que ſic eſt ordinata. Sex ſolidi de dicta marca cedent ad lampadem in capella nostre curie in bopardia. que ſingulis noctibus ibidem perpetue ardebit. Reliqui ſex | ſolidi cedent prefatis puellis Katherine et Criſtine ſororibus. poſt mortem ambarum ad monaſterium noſtrum libere reuertentur.

Digitized by Google

Katherine et Criſtine ſororibus. quinque maldra ſiliginis | Bopardienſis menſure infra Natiuitatem et Aſſumptionem virginis glorioſe et Item quatuor amas vini hunici in auctumpno cum duabus marcis bonorum et computa|bilium denariorum colonienſium de prouentibus dictorum bonorum annis ſingulis quoad vixerint circa feſtum Martini ſoluere teneatur. Ita tamen ut una ipſarum praemortua, reliqua | ſuperuiuens tribus maldris ſiliginis menſure predicte et duabus tantum amis vini preſcripti. cum una marca monete prehabite per annos ſingulos ſit contenta [1]). Inſuper future poſteritatis ſucceſſores cupimus non latere quod memoratus H. dimidiam marcam colonienſis monete cum duobus pullis que Eberhardus filius | poiſt carnificis et Dilmannus habens filiam Waltheri carpentarii de Overenbach, de orto ſito in inferiori parte ciuitatis iam dicte apud vicum dictum purce|gaſcen, cenſus nomine tenentur ſoluere annuatim eiſdem puellis communiter, et una viam uniuerſe carnis ingreſſa alteri ſuperſtiti ad tempora vite ſue constituit| aſſignandam. Poſt ipſarum vero puellarum deceſſum tam ipſa dimidia marca quam etiam preſcripti reditus ipſis de ante dicta curia noſtra Speyen annis ſingulis perſoluendi ad noſtrum monaſterium libere deuoluentur. In cuius rei memoriam et ſtabilem firmitatem preſentes litteras ſigilli noſtri munimine | duximus roborandas. Datum Gordiani et Epymachi martyrum. Anno domini. M°. CC°. LXX°.

Das Siegel des Abtes, in rothem Wachs, hängt an.

---

[1]) S. die vorstehende Anmerk. *).

418. Heinrich von Waldekken, Ritter, und seine Frau Adelheide vermachen dem Kl. Eberbach eine Korn-Rente von ihren Gütern bei Albesheim.

1270, *Decemb. 21.*

Orig. Urk. im Landesarchiv zu Idstein.

Ordinatum feliciter. et prudenti consilio testamentum immobile perseuerat, litterarum si fuerit testimonio | confirmatum. Innotescat igitur uniuersis presentibus et futuris quod ego heinricus milesz de Waldekken | una cum uxore mea Adelheide. pro salute animarum nostrarum nec non etiam omnium parentum nostrorum dedimus | contulimus et assignauimus ecclesie in Aberbach. fratribusque ibidem deo famulantibus quatuor | maldra siliginis de bonis nostris in albesheim post decessum nostrum singulis annis in Natiuitate beate | Marie virginis in perpetuum persoluenda Tali interposita pactione. ut predicti fratres quater in anno uide licet in ieiuniis quatuor temporum nostri memoriam habeant. in psalmis. vigeliis. in missis sicut so|let fieri pro defunctis. ut autem huic felici ordinationi calumpnia in posterum non occurrat | presentem paginam fecimus conscribi. et sigillo domini nostri Philippi de Bollandia in cuius dis|trictu ipsa bona sunt sita petiuimus roborari in testimonium super eo. Actum anno dni | M°. CC°. LXX°. in festo beati Thome apostoli.

An Pergamentstreifen hängt das Siegel Philipps, gut erhalten, nur der Rand weggebrochen bis auf die Worte: ✝ S.P . . ANDIA.

419. Hertwich, Pleban in Ober-Olm, erwirbt eine Korngülte vom Klosterhof Birke.

1271, *Juni 17.*

Orig. Urk. im Gr. G. Staatsarchiv zu Darmstadt.

Frater E. dictus abbas et conuentus in Eberbach, recognoscimus tenore pre|sencium publice proteſtando, quod dilectus nobis in Chriſto dominus Hertwicus in superiori | Olma plebanus, a nobis quadraginta maldra siliginis pensionis nomine compara|uit, eidem de Curia nostra Birke, annis singulis quoad uixerit fideliter persoluenda. | hoc tamen adiecto, ut post ipsius deceſsum, ceſſante huiusmodi pensione siliginis | viginti tamen maldra tritici de Curia nostra Rithuſen, pro conſolacione noſtro conuen|tui annis ſingulis in quadrageſima ob eius memoriam perpetuo miniſtrentur. | In huius autem rei noticiam et ſtabilem firmitatem preſentibus literis ſigillum | noſtri monaſterii duximus apponendum. Datum anno domini M°. CC°. LXX°. primo, quinto | decimo Kalendas Julij.

Das Siegel des Ausstellers hängt beschädigt an.

---

420. Heinrich, Graf von Kessele, verkauft sein Gut zu Drehtinshusen an das Kl. Erbach.

1271, *Jul. 22.*

Orig. Urk. im K. Provinc. Archiv zu Coblenz.

Uniuerſis tam praeſentibus quam futuris Henricus Comes de Keffele in perpetuum. Ad memoriam uniuerſorum peruenire | volumus quod cum nos parata indigeremus pecunia ad noſtrorum ſolutionem debitorum viam minoris dampni eligentes al|lodium noſtrum videlicet vi-

Digitized by Google

neas noſtras ſitas apud villam Drehtinſhuſen. et cenſus quos ibidem habemus de quibuscunque bonis | nobis ſoluantur in diſtrictu iuriſdictionis ville predicte deliberato conſilio vendidimus et vendimus viris religioſis et | dilectis in chriſto abbati et conuentui monaſterii in Erbach ordinis cyſterciensis Maguntinenſis dyoceſeos pro certa ſumma pe|cunie quam ſoluerunt, tradiderunt et numerauerunt nomine noſtro Gerardo dicto cranz Ciui Colonienſi in ſolutionem debitorum in|quibus tenebamur eidem. Et ut monaſterium praedictum quiete et pacifice poſſideat, teneat et habeat in perpetuum vineas et | cenſus praedictos, tenore praeſentium reſignamus, tradimus et tranſferimus in ipſos . . Abbatem et monaſterium quicquid iu|ris habuimus et habemus in eiſdem. Et quia nolumus quod ſucceſſoribus noſtris ulla pateat occaſio impetendi, fati|gandi vel quocumque modo grauandi ipſos . . Abbatem et conuentum ſuper|allodio praedicto praeſens inſtrumentum ſuper ipſius uendicione confectum ipſi monaſterio et Wilhelmi fratris noſtri canonici eccleſie ſcorum apostolorum in | Colonia ſigillis dedimus inuiolabiliter communitum. Inſuper in maioris teſtimonii et firmitatis augmentum ſigillum vi|ri nobilis dni Wilhelmi comitis Juliacenſis conſanguinei noſtri rogauimus et optinuimus praeſenti inſtrumento appendi. | Nos Wilhelmus comes Juliacenſis praedictus quia vir nobilis Henricus comes de keſſele praedictus conſanguineus noſter rite et modo le|gittimo vendidit allodium ſuum praedictum . . Abbati et monaſterio praedictis, et in manus ipſorum tranſtulit quicquid iuris habuit | in eodem, ſigillum noſtrum ad preces eiuſdem conſanguinei noſtri in teſtimonium huic ſcripto duximus apponendum. Actum et da-

Digitized by Google

tum | Anno dni M°. CC°. Septuageſimo primo. In die beate Marie Magdalen. Mense Julio.

An rothseidenen Schnüren hängen:

1. *Das wohlerhaltene Siegel des Ausstellers; ein steigender Löwe, rechts gewendet. Umschrift:* † SIGILLVM: HENRICI: COMITIS DE: KESSELE. *Sein Rücksiegel zeigt den links sprengenden Reiter mit der Umschrift:* † COMES DE KESSELE.
2. WILH. DE KESSELE CAN. SCN. APLOR' I. COL'.
3. *Das Reitersiegel des Grafen v. Jülich, ganz zerbrochen.*

---

421. Schiedsrichter schlichten einen Streit des Kl. Eberbach mit H. Bintrime, Ritter, und den Einwohnern von Sulgeloch.

1272, *März 17.*

Orig. Urk. im Gr. G. Staatsarchiv zu Darmstadt.

Nos Ph. de Bolandia prefectus. W. sculthetus. Militeſ. Scabini ceterique Ciueſ in Oppinheim Tenore preſentium proteſtamur. quod cum quidam rancoriſ et queſtioniſ ſcrupulus eſſet ortus. inter H. militem dictum Bintrime et villanos de Sulgeloch ex | parte una et monachos de Eberbaco ex altera. ſuper curia in Walheim. eadem actio ab utraque parte beniuole commiſſa fuit iſtarum | arbitrio perſonarum. ſcilicet domini Ph. de Bolandia prouiſoriſ noſtri. W. scultheti noſtri et Wilderici. militum amice et rationabiliter | decidenda. Quam quidem actionem et diſcordiam iidem arbitri ſopuerunt et terminauerunt ſub hoc modulo ſiue forma | videlicet. quod monachi debent pro libito ſuo. frui et gaudere libere et quiete. uniuerſis poſſeſſionibus et boniſ ſuis que iam habent | vel in poſterum habere poterunt in territorio Blidinſheimenſi et debent habere poteſtatem mittendi pecuſ ſuum cum ſuo paſtore vel | famulo paſſim per

idem territorium et paſcendi poſituri cuſtodeſ. dictos volgariter shuze. ſuper bona ſua ſecundum quod eiſ | conuenit atque placet. nec debent in hiis rebus a dicto milite Bintrime aut a villaniſ de Sulgeloch inpediri aliquatenus aut | arceri. Inſuper antedicti villani de Sulgeloch liberam habebunt facultatem pellendi pecuſ ſuum in territorium Blidinſheim|enſe et paſcendi ipſum ibidem in omnibus locis que non ſunt ſata nec fructificata. et in quibus ſemina nulla iacent. pellent | aut paſcent pecuſ ſuum in predictum territorium non amplius niſi uſque ad limitem ſiue ſtratam ante ecclesiam in Blidinſheim | aſcendentem. que menzerſtraze volgari ydiomate nuncupatur. Ut igitur hec prenotata conſtitucio arbitrorum inconuolſa perma|neat et rata perpetuo conſeruetur. duximus preſenſ ſcriptum una cum ſigillo prelibati domini de Bolandi[illegible] noſtri ſigilli munimine ro|borandum. Datum et actum anno dni Mill. ducenteſimo. LXX⁰. ſecundo. in die ſce Gerdrudis menſe Marcio.

Das erste Siegel ist abgerissen; von dem zweiten (der Stadt Oppenheim) ist nur noch ein Bruchstück der unteren Hälfte vorhanden.

---

422. Sifrid Richters von Oppenheim und seiner Frau Adilheid Erbleihbrief für das Kl. Eberbach über Güter zu Nerstein.

1272, *Mai 2.*

Orig. Urk. im K. Provinc. Archiv zu Coblenz.

Sifridus dictus preco ciuis Oppenheimenſis. nec non collateralis ſua adilheidis. Notum ſit omnibus preſentes litteras | audituris quod nos accedente noſtra ſpontanea uoluntate. hereditauimus coram Arnoldo ſculteto et ſcabinis uille | Nerſtein cenobium Eberbacenſe

Digitized by Google

Ciſtercienſis ordinis, cum medietate bonorum noſtrorum apud Nerſtein ſitorum que Gelfrado | filio noſtro quem ibidem religioni deputauimus racione hereditatis ſue cedere deberent. ita ut de dictis bonis et | fructibus ab eis prouenientibus uſque ad terminum uite noſtre uiuendi victum et alimoniam percipere debeamus. Preterea | huic facto talem appoſuimus et intercluſimus condicionis formam ut ſi Methildis ſoror praenotati Gelfradi una cum | pueris ſuis ex ea progenitis ſeu ſine herede poſt obitum noſtrum vel ante obitum deceſſerit quod uniuerſa bona noſtra | in Nerstein ſita. ad cenobium prenotatum ex morte ipſius reuerti debeant integraliter et redire. Ut autem | hec rata permaneant et robur obtineant firmitatis preſentem litteram ſigillo uniuerſitatis uille Nerſtein| in qua hec acta ſunt. procurauimus et obtinuimus roborari. Datum et actum anno dni. M°. CC°. LXXII°. VI°. Nonas | Maji proxima ſecunda feria poſt Quasimodo geniti.

Das Siegel von Nierstein, der rechtsschauende Reichsadler, hängt wohlerhalten an. Umschr. † S. UNIVERSITATIS IN NERSTEIN.

---

423. Papst Gregor X. bestätigt die Privilegien des Kl. Eberbach.

***1272**, Mai 15.*

Orig. Urk. im Landesarchiv zu Idstein.

Gregorius episcopus ſeruus ſeruorum dei. Dilectis filiis. Abbati et Conuentui monaſterij de Eber|bach Ciſterc. ordinis Maguntine dioc. Salutem et apostolicam benedictionem. Cum a nobis petitur quod iuſtum eſt | et honeſtum tam uigor equitatis quam ordo exigit rationis ut id per ſollicitudinem officii nostri ad de|bitum perdu-

Digitized by Google

catur effectum. Ea propter dilecti in domino filii ueſtris iuſtis poſtulationibus gra|to concurrentes aſſenſu omnes libertates et immunitates a predeceſſoribus noſtris Romanis pontificibus | per priuilegia uel alias indulgentias monaſterio ueſtro conceſſas nec non libertates et exemptio|nes ſecularium exactionum a Regibus Principibus et aliis Christi fidelibus rationabiliter uobis | aut monaſterio predicto indultas terras quoque decimas poſſeſſiones et alia bona ueſtra | ſicut ea omnia iuſte ac pacifice obtinetis. uobis. et per uos eidem monaſterio auctorita|te apoſtolica confirmamus. et preſentis ſcripti patrocinio communimus. ſalua in predictis decimis | moderatione concilii generalis. Nulli ergo omnino hominum etc. Si quis autem hoc etc. Datum Laterani. Idibus Maij. Pontificatus nostri Anno primo.

An gelb und roth seidenen Fäden hängt die unversehrte Bulle. Aufschrift: GRE
GORIVS
PP.X.

---

424. Gernand, Franko und Theodorich von Morla, Ritter, machen dem Kl. Eberbach ihre Güter bei Osterspeie zum Geschenk.

1272, *Decemb. 16.*

Orig. Urk. im Landesarchiv zu Idstein.

Nos Wolframus ſcultetus, ſcabini. Conſilium et uniuerſitas ciuium frankenuordensium tenore preſentium recognoſcimus | publice profitentes, quod conſtituti coram nobis uiri honeſti Gernandus. Franko fratres, milites de Morla, et | Theodoricus privingnus iamdicti Gernandi reſingnauerunt uniuerſa bona ſua tam propria

Digitized by Google

quam hereditaria vel | etiam feodalia ſita apud Oſterſpeie Enffrido sculteto eiuſdem uille. Promiſit etiam predictus Franco quod . . uxorem | ſuam talem habere debeat quod ipſa reſingnet ſimiliter dicta bona. Enffridus quoque receptis a predictis militibus et | Theodorico bonis dedit et contulit uniuerſa predicta bona venerabilibus viris domino . . abbati et conuentui Eberbacenſi | omni iure et conſuctudine quibus ſepedicti milites et Theodoricus ea poſſederant inperpetuum poſſidendum. | preſentibus fratre Henrico ſyndico et fratre Rudolfo magiſtro in Ofterſpeie. qui prefata bona nomine predicti domini | abbatis et conuentuſ receperunt. In huius facti memoriam teſtimonium euidens atque robur preſentem literam tradidimus | prefatis. domino abbati et conuentui ad peticionem predictorum militum et Theodorici, ſigilli ciuitatis frankenuordensis | munimine conſingnatam. Actum et datum anno dni. M°. CC°. septuageſimo ſecundo. feria ſexta proxima ante feſtum beati Thome.

An Pergamentstreifen hängt ein Stück des alten Stadtsiegels von Frankfurt: ✝ FRAN . . . . . ECIALI . . . IMPERII.

---

425. Eberhard von Heccilre und Elisabet, Eheleute, vermachen dem Kl. Eberbach eine Rente von ihren Weinbergen bei Stege.

1273, *im April.*

Orig. Urk. im Landesarchiv zu Idstein.

Que geruntur in tempore ne labantur cum tempore litterarum teſtimonio ſolent perhennari. Notum ſit igitur Univerſis tam preſentibus quam futuris quod ego Eberhardus | dictus de Heccilre. et Eliſabet uxor mea

Digitized by Google

reſidentes apud Stege. ſani mente et corpore damus et libere conferimus viris religioſis Abbati et conuentui | de Eberbach Cyſterc. ordinis cenſum unius marce colon. denariorum in perpetuum. de uinea noſtra ſita in breithſchedirbach. dicta Widinwingart. Ita ut | quandocunque alter noſtrum uiam uniuerſe carnis ingreſſus fuerit. ſuperſtes uel quicumque ipsam uineam poſſederit ſingulis annis dictum cenſum dicto monaſterio | de Eberbach ſoluere teneatur quem quidem cenſum ad nullos alios uſus conuerti volumus nisi ad opus unius lampadis ad maius altare in Eberbach in perpetuum | nocte ac die urſure cum lampade que ardere conſueuit ibidem. vel ſi dno abbati et conuentui placuerit in eadem lampade que nunc ardet ante ipsum altare | duplex lumen continue ardeat ſicut in ſummis feſtiuitatibus fieri conſueuit apud ipſos quia nullomodo uolumus ut occaſione lampadis nostre. antique lampadi | aliquid detrahatur. Hunc autem cenſum hoc modo contulimus et conferimus fratribus memoratis ut quandocunque nobis vel heredibus nostris placuerit emere alias cenſum | conſimilem unius marce et eiſdem fratribus aſſignare dicta uinea noſtra de ſolucione huius cenſus libera ſit. et abſoluta. Hanc autem donacionem fecimus in | parochia de bacheracho. preſentibus domino Arnoldo dicto de Weſalia monacho et ſacerdote in Eberbacho qui cenſum ſiue donacionem nostram recepit nomine | ecclesie ſue. Item domino Heinrico dicto de Crumbach plebano ibidem et ſocio ſuo Dudone ſacerdotibus. Arnoldo de Nuwenruden. Ancilmanno | de Renſe et Vogolone militibus. Emmirchone de huſen et Herdeno ſcabino dicto de foro et aliis multis fide dignis. In cuius rei | teſtimonium et perpetuam memoriam preſens ſcriptum conſcribi feci-

Digitized by Google

mus. et quia proprium ſigillum non habemus. sigillo venerabilis viri domini Heinrici predicti plebani nostri ſigillo petiuimus et optinuimus communiri. Actum et datum anno dni M°. CC°. LXXIII. Menſe Aprili.

Das Siegel hat die Umschrift: † S. HERICI DE CR . . . ACH RECTORIS ECCLE BACHERACH.

---

426. Reiner von Godela und Bilindis, seine Frau, von Oppenheim, vermachen dem Kl. Eberbach einen Weinberg.

1273, April 14.

Orig. Urk. im Gr. G. Staatsarchiv zu Darmstadt.

Nos frater R. dictuſ abbaſ et conuentus in Eberbach. Notum facimus univerſiſ tam preſentibus quam | futuriſ quod de vinea quam Reineruſ de Godela oppidanus de Oppinheim et Bilindiſ uxor | ſua emerunt erga Bertoldum militem dictum monetarium de Neiſteyn. et quam monaſterio | noſtro in elemoſinam contulerunt que inquam vinea dicitur Kredimburne. ipſiſ duobus ſublatiſ de | medio. pro remedio animarum dicti Reineri et uxoriſ ſue. ſinguliſ anniſ conuentui nostro | circa feſtum omnium ſanctorum conſolatio fiet in vino et hoc ipſiſ tenore preſentium promittimus ob|ſeruaturoſ. In cuius rei teſtimonium et perpetuam memoriam preſenſ ſcriptum ipſiſ tradidimus ſigilli | noſtri munimine roboratum. Datum anno dni. M°. CC. LXX°. III°. In die ſanctorum Tiburcii et Valentis.

Von dem Siegel des Abtes hängt noch ein Stückchen an.

Digitized by Google

427. Jutta von Staregenberch gesteht dem Kl. Eberbach das Eigenthumsrecht an Weinbergen bei Hattenheim zu.

1273, *Mai 2.*

Orig. Urk. im Landesarchiv zu Idstein.

Decanus eccleſie ſce Marie ad Gradus maguntine. Judex a domino Archiepiſcopo Maguntino conſtitutus. Cum fra|ter heinricus ſindicus monaſterii in Eberbach coram nobiſ iuttam uiduam de Staregenberch ſuper ſex iuge|ribus uinearum ſitarum in hattenheim zu haſele conueniret eadem iutta post litiſ conteſtationem et | teſtium publicationem de iure ſuo diffidens confitebatur predicta iugera Giſelbertum fratrem ſuum legaſſe mo|naſterio Eberbacenſi ſub hac forma, ut debitis fratris ſolutis de fructibus prouenientibus ex dictis iugeribus extunc ipſa | iugera attinere deberent iure proprietatis monaſterio eberbacenſi de cetero in una feſtiuitate beate marie | ſecundum quod conuentui uidebitur expedire redditus illarum uinearum ad refectionem fratrum preſencium anniſ | ſingulis miniſtrentur. et quantum de dictis uineis prouenerit ab aliquo de fratribus eberbacenſibus ad hoc | deputato Engelmanno fratri ipſius iutte annuatim intimetur de cuius ſcientia hoc debet fieri quam | diu uixerit et uoluerit et potuerit intereſſe, eo uero mortuo alii conſanguinei dicti Giſelberti | ſub predicta forma alium de ſuis coheredibus ſubſtituant ſi uoluerint. Alioquin abbas et conuentus | Eberbacenſis ut ſupra dictum eſt de vinearum prouentibus ordinabunt. In cuius rei teſtimonium preſen|tes litteras noſtro ſigillo duximus roborandas. Actum Maguntie. Anno dni. M°. CC°. LXX°. III°. VI°. Nonas Maii.

Das an Pergamentſtreifen anhangende Siegel, zur Rechten am Rande beſchädigt, hat die Umſchrift:

† S. CONRADI DECANI ECclesie s. marie ad gRAD'MOG.

Digitized by Google

428. Transsumt einer Bulle Papst Innocent. IV. über die Verhältnisse der Klosterfrauen zu den Aebten im Orden von Cisterz.

1273, im Septemb.

Orig. Urk. im Landesarchiv zu Idstein.

Nos Frater Johannes dictus. abbas Cisterciensis Notum facimus presentibus et futuris quod nos habemus in domo Cistercii quoddam priuilegium | sanum et integrum et in serico legitime bullatum cuius tenor inferius veraciter annotatur. Innocentius episcopus seruus seruo|rum dei dilectis filiis abbati Cistercii et Coabbatibus eius cisterciensis ordinis salutem et apostolicam benedictionem. Peticio vestra nobis exhi|bita continebat quod cum correctorum excessuum tam monachorum quam monialium vestri ordinis ad presentes abbates secundum statuta dicti ordinis | confirmata per sedem apostolicam pertinere noscatur et in generali capitulo Cistercii deliberatione prouida sit statutum ut moniales incor|porate ipsi ordini nulli alii confiteantur nisi patri abbati solummodo vel cui dictus abbas in hoc commiserit vices suas. nonnulli re|ligiosi et etiam seculares non absque presumptione damnabili falcem in alienam messem mittentes predictarum monialium confessiones | audire ac ipsas de facto absoluere non verentur. propter quod correctio vestra contempnitur. ipseque moniales regularem effugiunt disci|plinam in salutis animarum suarum dispendium. et prefati ordinis iniuriam et contemptum. quare fuit ex parte vestra nobis humiliter supplicatum | ut super hoc congruum remedium adhibere dignaremur. Nos igitur statuta vestri ordinis cupientes illibata grauari. et animarum profec|tui prouidere ne id de cetero fiat absque speciali mandato predicte sedis sa-

Digitized by Google

ciente plenam de ſtatutiſ. confirmatione. ac inhibi|tione huiusmodi mentionem. auctoritate preſentium diſtrictius inhibemus. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtre inhibitioniſ | etc. Siquis autem etc. Datum Lugduni. V. kal. Maii. Pontificatus noſtri anno ſexto. In cuius rei teſtimonium noſ predictus abbaſ | preſenti tranſſcripto ſigillum noſtrum duximus apponendum. Actum anno dni. M°. CC°. LXX. tercio. tempore capituli generaliſ.

An Pergamentstreifen hängt das kreisrunde Siegel, am Rande beschädigt:

† SIGILLUM ABBA . . . . . S.

429. König Rudolf befreit das Kl. Eberbach von den Reichszöllen zu Boparď und zu Werd.

1273, *Novemb. 3.*

Orig. Urk. im Landesarchiv zu Idstein. *)

Rudolfus dei gratia Romanorum rex ſemper auguſtus Uniuerſis ſacri imperii Romani fidelibus preſentes literas inſpecturis imperpetuum. | Etſi ad quoſlibet quos Romane dictionis habet imperium beneficientie noſtre dexteram debeamus extendere debitricem, illoſ tamen prerogatiua | fauoris amplectimur et ſpecialiori proſequimur caritatiſ affectu qui ſub religionis habitu regulari, regi regum humiliter militantes pro nobis | oratio-

*) Die Urkunde ist in drei wörtlich gleichlautenden Exemplaren vorhanden.

Digitized by Google

num ſuarum ſuffragiis a diuina facilius poſſunt obtinere| clementia, quod currentes in labentis ſeculi ſtadio uite permanentis in ſecula bra|uium apprehendere mereamur. Nouerint ergo tam preſentes quam poſteri quod noſ celebis uite fragrantiam attendentes quam religioſi uiri | abbas et conuentus eberbacenſis cyſterc. ordinis dilecti deuoti noſtri longe lateque diffundunt praeclara per opera ſanctitatis et propter hoc magnopere | cupientes eorum monaſterium, ſicut eſt in ſpiritualibus floridum, ita fieri in temporalibus opulentum ad imitationem inclite recordationis | friderici imperatoris ac aliorum anteceſſorum ſuorum Imperatorum et Regum eiſdem . . abbati et conuentui pie ac benigne concedimus | et libenter ac liberaliter indulgemus ut cum nauibus et ſubſtancia ſua per reni alueum deſcendentes et etiam aſcendentes apud | Bopardiam et Caſtrum noſtrum Werdenſe nec non in omnibus aliis locis que noſtre ſunt ditione ſubiecta ab omni exactione thelonei | que a tranſeuntibus exigi conſueuit, ſint liberi penitus et immunes. Adiciendo premiſſis quod ſi fortaſſis predicta noſtra | bopardienſe, werdenſe ſeu aliorum locorum thelonea aliquibus ſeu alicui ſint commiſſa, expoſita ſiue quomodolibet obligata, iidem qui ſic | theloneis ſub forma predicta praefuerint nullam grauandi . . abbatem et fratres eoſdem uel aliquid exigendi ab eis aut nuntiis | eorum habeant poteſtatem. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtre conceſſionis infringere vel eidem in aliquo auſu|temerario contraire. Quod qui facere preſumpſerit grauem noſtre indignationis offenſam ſe nouerit incurſurum. In cuius rei teſtimo|nium preſens ſcriptum exinde conſcribi et maieſtatis noſtre sigillo iuſſimus communiri. — Datum Colonie.

III. Nonas Novembr. Indictione | II^{a}. Anno domini M^{o}. CC^{o}. LXX°. Tercio. Regni uero noſtri anno primo.

Das an steifer roth und weisser Schnur hängende Siegel von hellrothem Wachs ist, einen Sprung abgerechnet, sehr gut erhalten, aber stumpf ausgedrückt. Umschrift sehr deutlich:
† RUDOLFUS. DEI. GRACIA. ROMANORUM. REX. SEMPER. AUGUSTUS.
Von den Siegeln der Duplikate hängt eins von hellrothem Wachs, fast zur Hälfte abgebrochen, an gelblicher fester Schnur; das der anderen, von bräunlichem Wachs, an rothseidenen Schnüren hängend, zeigt, bei gleicher Umschr. einen anderen Stempel und ältere Gesichtszüge.

---

430. Heinrich, Erzbischof von Trier, nimmt das Kl. Eberbach gegen Gewaltthätigkeiten in seinen Schutz.

1274, *März 5.*

Orig. Urk. im Landesarchiv zu Idstein.

Heinricus dei gracia Treuerensis ecclesie archiepiscopus. Dilecto in Chriſto. Decano. eccleſie ſci Florini in | Confluencia nostre diocesis salutem in domino. Cum dilecti in Chriſto . . abbas et conuentus monaſterii Eberbacensis | Maguntine diocesis, ſicut ex parte ipsorum fuit propoſitum coram nobis in perſonis et rebus ſuis a nonnullis qui nomen | domini in uanum recipere non formidant, graues et diuerſas iniurias paciantur, nec ipsi ad nos tociens poſſint | habere recurſum quociens eis iniurie irrogantur, Diſcrecioni tue preſentium auctoritate committimus et mandamus | quatinus ipsis preſidio defenſionis aſſiſtens non permittas eos in perſonis et rebus ſuis ab aliquibus noſtre dioceſis | indebite moleſtari . . Moleſtatores huiusmodi per cenſuram eccleſiasticam compeſcendo, prouiſo tamen ne de hiis | que cauſe cognicionem requirunt, te aliquatenus intromittas. Nos enim ſi ſecus

Digitized by Google

feceris tam preſentes | litteras quam proceſſum quem te auctoritate earum habere contigerit, omnino carere viribus ac nullius | fere decernimus firmitatis. Datum apud Olmeno Anno domini Milleſimo. CC. LXXIIII. | III. Nonas Marcij.

Das Siegel ist von seinem Pergamentstreifen abgerissen.

---

431. Schiedsspruch der Mainzer Richter in Sachen des Kl. Eberbach gegen die Ritter von Wolveskeln über die Kloster-Güter bei Buinsheim.

***1274**, Juni 5.*

Orig. Urk. im Gr. G. Staatsarchiv zu Darmstadt.

Judices ſce Maguntine ſedis. Cum inter monaſterium de Eberbach ex parte una, Burchardum militem et Johannem filium Alberti militiſ | de Wolveſkeln ex altera ſuper bonis ſitis in Buinſheim, que quondam erant Heinrici dicti Gumpolt, ciuis in Oppenheim et Mehtildis ſororis ſue coram nobis queſtio verteretur eo quod dicti Burcardus et Johannes ſe aduocatos quod vulgariter dicitur foyte. et etiam patronos quod vulgariter dicitur lehinherre in praedicta villa Buinſheim eſſe dicebant et ratione dictorum aduocatie et patronatus quosdam cenſus hoſpitia quod vulgariter dicitur herberge, exactiones ſiue precarias quod Bethe vulgariter dicitur, triticum et denarios, melius caput post mortem principalis persone, unum virum qui dingmann vocatur. pullos carnipriuiales, vecturam curruum et equorum, et alia quae aduocati et patroni ſiue de facto ſiue de jure ſolent requirere, ab ipſo monaſterio requirebant, monaſterio e contrario dicente, dictos Burcardum

Digitized by Google

et Johannem in praedictis bonis nichil juris habere nec aliquid poſſe requirere praeter cenſum et conſuetum. Tandem ſuper omnibus praedictis eedem partes in nos tamquam in arbitros compromiſerunt ſimpliciter et praeciſe, fide data, in manus noſtras fideliter promittentes quod quicquid a nobis ſuper hiis omnibus fuerit arbitratum dictum monaſterium nec non ibidem Burcardus et Johannes ac eorum heredes in perpetuum inuiolabiliter obſeruabunt. Alioquin quecumque partium noſtre ordinationi contradixerit aut eam fideliter non ſeruauerit parti ſeruanti viginti marcas colon. denariorum nomine pene dabit et nichilominus partem non ſeruantem ad obſeruationem arbitrii per cenſuram eccleſiaſticam compellemus. Nos de iure utriusque partis diligentius inquirentes de proborum conſilio pronuntiamus et arbitrando ſtatuimus in hunc modum quod praedicti Burcardus, Johannes et eorum heredes de omnibus praenominatis ratione dictorum bonorum ab eodem monaſterio inantea nil requirent nec quicquam iuris habebunt praeter quam cenſum ſubſcriptum videlicet undecim unciarum Magunt. monete legalis minus uno denario quas inquam uncias dictum monaſterium ipsis Burcardo, Johanni et eorum heredibus in feſto beati Remigii vel poſt ſi requiſierint, ſingulis annis perſoluet. In quem cenſum ab eodem monaſterio dandum et a praefatis Burcardo, Johanne et eorum heredibus recipiendum ipſe partes unanimiter concordauerunt. Adicimus etiam arbitrando quod ſi quiſquam alter praeter praedictum Burcardum, Johannem et eorum heredes cenſum et quecunque alia onera praelibata ratione dictorum bonorum requiſierit a monaſterio ante dicto de iure vel de facto ſiue de violentia ſe defendet, ipſi vero Burcardus, Johannes et eorum heredes quicquid de iure ab ipso

Digitized by Google

monaſterio fuerit requiſitum, tollent, et ſe opponent ac defendent ſuis laboribus et expenſis. nec non omne dampnum et intereſſe quod occaſione talis requiſitionis ipſi monaſterio imminebit cum integritate refundent. Ceterum ſi aliquis ſaecularis de conducta familia ipsius monaſterii ſeu coloni ſeculares dicta bona colentes deliquerint aut aliquid commiſerint forefactum, in diſtrictu praedictorum Burcardi, Johannis et eorum heredum ipſi de huius modi forefacto poterunt iudicare, nullam tamen in fratres et res dicti monaſterii iuriſdictionem prorsus habebunt, etiam ſi iidem fratres aliquod quod abſit committerent forefactum. Ut autem ipſum monaſterium ab omnibus praedictis oneribus penitus ſit exemptum praeter cenſum praeſcriptum, dictis Burcardo, Johanni et eorum heredibus ab ipso monaſterio tradi ſtatuimus denariorum colon. decem marcas. Et ut hec omnia a ſepedictis partibus hinc inde firmiter et fideliter in perpetuum obſeruentur. praeſentem litteram ſigillo noſtro una cum ſigillis dictorum Burcardi et Johannis duximus roborandum. Actum Maguntie anno dni M°. CC°. LXXIIII°. Nonas Junii praeſentibus hiis teſtibus. domino Dragebotone praepoſito de Mukeſtat, canonico maioris, Cunrado decano, Jacobo ſcolaſtico ſce Marie ad gradus et Daniele ſcolaſtico ſci Johannis ecclesiarum Maguntinarum.

Die drei anhängenden Siegel sind ziemlich gut erhalten.

---

432. Gysela von Wephlar, Wittwe, und ihre Angehörigen schenken dem Kl. Eberbach zwei Häuser in Wephlar.

1274, *Juni 24.*

Orig. Urk. im Landesarchiv zu Idstein.

Ego Gyſela uidua relicta quondam harperni

Digitized by Google

ciuis Wephlarienſis et pueri mei. Heinricus et Hermannus fratres dicte | Gyſele ciues in frankenvort, Cunegundis ſoror eiuſdem Gyſele, et Gerbertus maritus Cunegundis prefate. proteſtamur | confitemur et uniuerſis has litteras uiſuris cupimus eſſe notum, quod manu coadunata conſenſu et voluntate unanimi conceſ|ſimus monaſterio de Eberbach Maguntine dyoceſis domum unam lapideam cum alia domo lignea eidem lapidee continua | in qua habitabant pater meus Gyſele prenotate nomine Heinricus filius hartliebi. et mater mea nomine Guda ad habendum | tenendum et perpetuo poſſidendum cum omni iure uſu et requiſitione ſibi ex ea domo uel per ea aut ipſi domui modo | aliquo pertinente ita quod dictum monaſterium ſepedicte Gyſele et eius pueris decem et octo ſolidos colon. denariorum infra | octauam pentecoſtes ſingulis annis perſoluendos nomine cenſus dabit et nichilominus ipſum monaſterium de omnibus | honeribus et condicionibus ſeruilibus que prefate domui annexe fuerint reſpondebit que domus ſita eſt in Limpurg | iuxta forum ubi panis venditur. et dictus cenſus. XVIII. ſolidos colon. debet ipſis Gyſele et ſuis pueris in ciuitate Lim|purg per ipſius monaſterii fratres ſeu nuntios aſſignari. In huius autem rei teſtimonium preſentem litteram Weph|larienſis et Limpurgenſis ciuitatum prefatarum ſigillis petiuimus communiri. Nos Eberwinus de Calſeme, Conra|dus dictus Rege aduocati. Ekel inſtitor. Berne. Theodricus ruſus. Cunradus de Dridorf. et alii ſcabini | uniuerſi de Wephlaria. Item Ludewicus dictus monetarius. Ludewicus de hundiſange, Heinricus filius Waltheri. Heinricus | albus. Enffridus. et alii ſcabini in Limpurg, uniuerſi ad peticionem et rogatum pre-

Digitized by Google

missorum hanc litteram ciuitatum nostrarum predictarum sigillis fecimus insigniri. Actum Wephlarie anno dni M°. CC°. LXXIIII°. in festo beati | Johannis baptiste.

Beide Siegel fehlen.

---

433. Papst Gregor X. nimmt das Kl. Eberbach gegen seine Bedränger in Schutz.

1274, *Septemb. 13.*

Orig. Bulle im Landesarchiv zu Idstein.

Gregorius episcopus seruus seruorum dei. Dilecto filio . . Decano ecclesie Maguntine Salutem et apostolicam benedictionem. Pium esse dinoscitur ut | gloriantibus in malitia per nos taliter obsistatur quod repressis eorum insultibus uacantes diuino cultui malignorum non possint ob staculis impediri. Cum itaque dilecti filii. . Abbas et Conuentus monasterij de Eberbach Cisterc. ordinis Maguntine diocesis sicut | ex parte ipsorum fuit propositum coram nobis a nonnullis qui nomen domini recipere in uacuum non formidant | multipliciter molestentur. Nos uolentes eorundem Abbatis et conuentus prouidere quieti et molestatorum ipsorum malitiis obuiare discretioni tue per apostolica scripta mandamus quatinus predictis Abbati et Conuentui contra raptorum predonum| et inuasorum audaciam oportuni fauoris presidio assistens non permittas eos in personis et bonis suis a talibus molestari. | Molestatores huiusmodi per censuram ecclesiasticam appellatione postposita compescendo. Non obstante si aliquibus a sede apostolica sit indultum quod interdici suspendi et excommunicari non possint per litteras apostolicas que de indulto huiusmodi plenam et expres-

Digitized by Google

ſam non fece|rint mentionem. Attentius prouiſurus ne de hiis que cauſe cognitionem exigunt, et que perſonas et bona ipsorum non contin|gunt te aliquatenus intromittas. Nos enim ſi ſecus preſumpſeris tam preſentes litteras quam etiam proceſſum quem per | te illarum auctoritate haberi contigerit omnino carere iuribus ac nullius fore decernimus firmitatis. Huiusmodi ergo mandatum | nostrum ſic prudenter et fideliter exequaris quod eius fines quomodolibet non excedas Preſentibus poſt Triennium minime | ualituris. Datum Lugduni Idibus Septembr. Pontificatus nostri anno tercio.

An hänfener Kordel hängt die unversehrte Bulle:

GRE
GORIVS
PP..X.

---

434. Der Rath in Mainz beurkundet eine Schenkung Conr. Fabers von Ingelnheim an das Kl. Eberbach.

1274, *Octob. 4.*

Orig. Urk. im Gr. G. Staatsarchiv zu Darmstadt.

Eberhardus camerarius Hermannus scultetus Iudices Conſilium et uniuerſi ciues Maguntie | Tenore preſentium profitemur et conſtare cupimus uniuerſis quod Cunradus dictus faber de Ingelnheim et | Werndrudis uxor ſua communicate manus et uoluntatis aſſenſu ſe et uniuerſa bona ſua mobilia et immobilia iam nunc | habita vel impoſterum habitura pro ſuarum remedio animarum in honorem dei et beatiſſime virginis Marie matris| ſue Religioſis viris domino . . Abbati et conuentui fratrum monaſterii in Eberbach Ciſterc. ordinis pura et ſim|plici donatione contulerunt, Heinrico Walpodone

nostro conciue donationem eandem nomine predicti clauſtri ſuſcipiente. Hec itaque quemadmodum ſunt premiſſa Dudo judex noster conciuis atteſtante ſibi prefato H. Walpodone | coram ſe in figura iudicii rite et legitime eſſe acta, ſub profeſſione iuramenti preſtiti in preſencia noſtri conſilii publice recitarunt. Nos igitur in euidens teſtimonium et robur omnium predictorum sigillum nostrum preſentibus | dignum duximus appendendum. Actum anno domini M°. CC°. LXX°. IIII°. VI°. Idus Octobris.

Das an rother Schnur anhängende grosse Siegel der Stadt Mainz ist durchgebrochen und sonst beschädigt.

---

435. Das Mainzer Gericht bestätigt die vorstehende Schenkung an das Kl. Eberbach.

1274, *Novemb. 2.*

Orig. Urk. im Gr. G. Staatsarchiv zu Darmstadt. *)

Iudices ſce Maguntine ſedis Tenore preſentium publice profitemur et conſtare cupimus uniuerſis, quod Conradus dictus Faber de Ingelnheim et Werndrudis uxor ſua in noſtra preſentia conſtituti communicate manuſ et voluntatiſ aſſenſu ſe et uniuerſa bona ſua

---

*) Ausser vorstehenden beiden Beurkundungen ist der betreffende Schenkungsakt noch fünfmal beglaubigt. 1) In einem Zeugniss der Mainzer Richter, actum a. M. CC. LXXIIII°. VI. Kal. Octob. — 2) Von Conradus Decanus ecclesie ſce Marie ad Gradus Mag. judex a rever. domino . . Magunt. Archiep. deputatns, d. VI. Kal. Nov. — 3) u. 4) In einer doppelt vorhandenen Recognoscirung Seitens der Mainzer Richter. Act. a. d. M. CC°. LXX°. V. II. Id. Maij. — 5) In einer Recognition des Dekan Conrad von demselben Datum.

Digitized by Google

mobilia et immobilia que iam nunc habent et in poſterum ſunt habituri pro ſuarum remedio animarum in honorem dei et beatiſſime uirginiſ Marie matris ſue Religioſis viris domino . . abbati et conuentui fratrum monaſterii in Eberbach cyſterc. ordinis Magunt. dioceſis pura et ſimplici donatione irrevocabiliter contulerunt et etiam tradiderunt. Ita quod de ipſis facere diſponere et ordinare valeant quicquid eorum placuerit uoluntati. Preterea omnes actiones eorum competentes ipſis ſuper quibuscumque bonis ſiue debitis contra quaſcumque perſonas eidem monaſterio donauerunt ut actiones huiusmodi ipſis uiuentibus dictum monaſterium proſequatur. —

Actum anno dni. Milleſimo. CC°. LXX°. IIII°. VI. Nonas Novembr.

---

436. König Rudolf erneuert die Privilegien des Kl. Eberbach.

1274, *Decemb. 18.*

Orig. Urk. im Landesarchiv zu Idstein.

Rudolfus dei gracia Romanorum Rex ſemper auguſtus Uniuerſis Chriſti fidelibus preſentes litteras inſpecturis. graciam ſuam et omne bonum. Tociens Regie celſitudinis sceptrum extollitur alcius et ipſius ſtatus a domino a quo datur omnis poteſtas felicius gubernatur, quociens loca diuino cultui dedicata benigna conſideratione reguntur. et ad ipſorum libertates seruandas et facultates agendas gracioſa proteccio | principis inuenitur. Cum enim omnis gloria ſiue potencia principatus in subditorum conſiſtat solidata fortunis, expediens arbitramur et condecens ut ſimus subiectis | et in iuſticia faciles et in gracia liberales. Nouerit igitur preſens etas et succeſſura poſteritas

Digitized by Google

quod nos deuocionem sinceram qua Religiosi uiri . . Abbas et conuentus | Monasterii de Eberbach Cistercienſis ordinis Maguntine dioceſis circa diuini cultus obſequia iugiter et feruenter inuigilant gracioſius attendentes, conſiderantes quoque | benignius integre fidei puritatem qua erga nos et Romanum Imperium choruſcare dicuntur, propter quod cupimus eorumdem monaſterium et in ſpiritualibus eſſe floridum | et in temporalibus opulentum. deuotis eorum ſupplicacionibus inclinati. dictum eorum Monaſterium una cum perſonis eorum, hominibus, grangiis uillis ac aliis poſ|ſeſſionibus quibuſcumque que in preſenciarum racionabiliter poſſident et in poſterum iuſtis modis poterunt adipiſci. sine iuris alieni diſpendio ſub noſtra et Imperii protectione ſuſcipimus ſpeciali. omniaque priuilegia libertates et iura a diue memorie quondam Friderico Romanorum Imperatore ante latam in eum depoſicionis | ſentenciam suiſque predeceſſoribus Inclitis Imperatoribus Romanis et Regibus monaſterio prenotato conceſſa, prout rite conceſſa noſcuntur et prouide, ſepedicto monaſterio | ac perſonis in eo diuino cultui mancipatis de liberalitate Regia confirmamus. innouamus. et preſentis ſcripti patrocinio nec non auctoritate Regia communi|mus. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtre confirmacionis, innouacionis et conceſſionis infringere vel ei in aliquo auſu temerario contraire. | Quod qui forſitan attemptare preſumpſerit, grauem noſtre indignacionis offenſam ſe nouerit incurſurum. In cuius rei teſtimonium et perpetui roboris firmamen|tum preſens ſcriptum exinde conſcribi et Maieſtatis noſtre sigillo iuſſimus communiri. — Datum apud Nurenberg. XV. Kalend. Januarii. Jndiccione. tercia. | Anno dni. Mille-

Digitized by Google

simo. Ducentesimo. septuag. quarto. Regni uero nostri anno secundo.

Signum domini Rudolfi Romanorum Regis inuictissimi.

An rothseidener Schnur hängt, fast unverletzt, das Maj. Siegel.

† RUDOLFUS. DEI. GRACIA. ROMANORUM. REX. SEMPER. AUGUSTUS.

---

437. Das Kloster Selz beschreibt seine Rechte an den Klosterhöfen Biburc und Moskenbach.

1275.

Orig. Urk. im Landesarchiv zu Idstein.

Hec sunt iura praediorum Monasterii Salsensis in Biburc et Mos|kenbach. Nullus aduocatus ibi erit nisi is quem abbas et | conuentus praedicti monasterii duxerint eligendum et ab ipsis feudaliter | aduocatie officium possidebit. Hic aduocatus sine dampno | curtis in Bibûrc ter in anno judicio praesidebit. Item | Scultetus praefatorum Abbatis et conuentus custodes qui Scuzen dicuntur | suo officio deputabit et ipsi custodes soluent sculteto | VIII uncias domino Moguntino. Item dictus Scultetus communicati | duos forestarios (vorstere) deputabit et ipsi forestarii soluent sculteto. VI. solidos denariorum Moguntinorum. Item nostrum monasterium habet ibi | siluam propriam que geer est suo nomine appellata. Item curtis in Biburc habet eandem iusticiam in siluis| prout possidet uniuersitas uicinorum. Item mediamnem | owe nuncupatam curtis praedicta seu monasterium habebit propriam et utetur sui ad omnem utilitatem sine contradictionibus cuiuscumque | Item mediamnis que dicitur wert propria est monasterio et tempore | quo pal-

Digitized by Google

mites vinciuntur, Magiſter curtis in biburc tribus diebus | ante alios ad ſuas vites in ea ſalices amputabit et poſtea | alii ad vites proprias nec ultra ſalices in dicto loco ad ven|ditionem vel alienationem reſecabunt.

Item de piſcationibus reni quando glacies eſt, tunc piſcatio | debet a magiſtro prefate curtis conduci et | due partes piſcium cedunt magistro curtis Tercia | pars aduocato quod nobis tamen videtur minus equum | Item de aliis piscationibus et piscariis magiſtro curtis | pars decima praeſentatur. Item ubicumque reſideant homines | dicti monaſterii Salſenſis ſiquis moriatur dabit ius quod dicitur | hobet rethe. Item quicumque poſſident aliqua bona curtis | hereditario ſi dant ultra. V. ſolidos ſi quis moriatur ius dabit quod dicitur hertrethe ſi infra quinque ſolidos | equivalens cenſum magiſtro curie praeſentabit | Item. XLII. manſi pertinentes ad praedia praedicta dant cenſus | curie. scilicet. XXX.II. dant, ita quod quilibet | manſus dat IIII. uncias den. mogunt. et maldrum ſiliginis et plauſtrum palorum. Item. X. manſi dant quilibet V. ſolidos. | Item tempore meſſis curtis habebit diem unam meten|di ante alios. Item curtis habebit proprium paſtorem | ſi voluerit. Item nemo aliquid ibi ordinabit vel ſtatuet | ſine conſilio magiſtri curtis nec in ſiluis nec in pratis nec in | aliquibus aliorum. Breviter dictu omnia iura incidentia prout | praefate curtis praeter furtum et exceſſum de quibus | aduocatus loci pro ſuo officio iudicabit. Hec autem | iura in ſepedicta curte ſane ut ſcripta ſunt rectores | memorati Monaſterii Salſenſis hactenus poſſederunt quibus | ſi quis contraire praeſumeret aſſertione iuramenti parati | ſumus ea nos abbas et conuentus obtinere. In quorum | euidentiam ſigilla noſtra

Digitized by Google

praeſentibus ſunt appenſa. Datum | anno domini M⁰. CC⁰. LXX⁰. V⁰. Indictione III.

An Pergamentstreifen hängen die Siegel:

1. . . GOTFRIDI AB..BIS MON. SALSEN . . .

2. . . SI-GILLU . . . . . TULI SALSESI . . . .

---

438. Sifrid, Dompropst in Mainz, vergleicht sich mit den Klöstern Eberbach, Otterburg und Ulenhusen wegen gewisser Dienste in Ober-Heimbach.

***1275**, Jan. 16.*

Orig. Urk. im Landesarchiv zu Idstein.

Sifridus dei gratia prepositus ecclesie Maguntine. Cum inter monaſteria in Eberbach, Otterburg et in Ulenhuſin. et homines | ville noſtre in ſuperiori Heimbach in qua ipsa monaſteria habent bona pretextu ſeruitiorum que nobis debentur diſſenſiones | ſepius ſint exorte Nos diſſenſionibus huiusmodi pro commodo utrarumque parcium finem imponere cupientes. de | conſenſu capituli nostri in hoc bona conuenimus voluntate quod omnibus iuribus et ſeruitiis quibus predeceſſores nostri pre|poſiti Maguntini a retroactis temporibus et iuxta conſuetudinem antiquam erant contenti nos ſimiliter contenti erimus | in hominibus et monaſteriis prenotatis quorum ſeruitiorum taxationibus magiſtri curiam premiſſorum monaſteriorum debent cum | nostris hominibus intereſſe. et nichil penitus debet ſtatui ſiue fieri ſine ipſis ad hoc ut huiusmodi ſeruitiorum onera diui dantur proportionaliter inter ipsos. Et ſi forte ipsi homines nostri ratione diſcordiarum ſeu guerrarum ſuarum aliquas expenſas | habuerint nos qui ſumus dominus et aduocatus ipsius uille nolumus ut ipsi homines pretextu expenſarum huiusmodi | imponant exac-

Digitized by Google

tionem aliquam monaſteriis antedictis a quibus exactionibus eadem monaſteria eximimus ſub teſtimonio | preſentium litterarum. Saluo tamen nobis et ecclesie nostre ac ipsis monaſteriis per omnia iure ſuo. In euidentiam | igitur huius rei preſens ſcriptum nostro et capituli nostri ſigillis uoluimus communiri. Actum Maguntie anno | dni M°. CC°. LXXV°. XIIII°. Kalendas Februarii.

An grün und röthl. seidener Schnur hing das 1. Siegel (abgerissen); das 2. hat die Umschr.: † MARTINUS SCE M — „ONUS.

---

439. Papst Gregor X. eximirt die Cisterc. Klöster von Entrichtung des zur Befreiung des heil. Landes ausgeschriebenen Zehntens.

1275, *April 1.*

Orig. Urk. im Landesarchiv zu Idstein.

Gregorius episcopus ſeruus ſeruorum dei. Dilectis filiis Legatis apostolice ſedis et uniuerſis collectoribus decime prouentuum eccleſiaſticorum terre ſancte ſubſidio deputate ad quos littere iſte peruenerint salutem et apostolicam benedictionem. Petitio dilectorum filiorum.. abbatis Ciſtercii eiusque coabbatum et conuentuum uniuerſorum Ciſter | ciensis ordinis nobis exhibita continebat quod nos in generali concilio Lugdunensi uolentes terre ſancte que ab inimicis nominis Christiani detinetur miſerabiliter | occupata procurare remedia que poſſet de illorum manibus liberari decimam omnium prouentuum eccleaiaſticorum ipsius terre ſancte ſubſidio duximus | deputandum ac poſtmodum intendentes ordinare ſeu taxare quantum perſone ipsius ordinis de ſuis prouentibus deberent ſoluere eis per noſtras | indulxerimus litteras ut de ipsorum prouentibus nichil occaſione huiusmodi decime

Digitized by Google

ſoluere tenerentur quouſque quantum per eos ſolui deberet per nos exiſteret ordinatum diſtriccius inhibentes ne collectores ipsius decime de ipsorum prouentibus aliquid ab eis occaſione predicta exigere attemptarent. | Cum autem quantum de ipsorum prouentibus fructibus et redditibus ſoluere debeant duxerimus ordinandum ac uolentes ut eiſdem Abbatibus et Conuentibus | de huiusmodi conceſſione nostra uotiuus producatur effectus uobis et ſingulis uestrum per apostolica ſcripta mandamus. quatinus ab eiſdem Abbatibus et Conuentibus | aut eorum monaſteriis locis ſeu ecclesiis decimam huiusmodi per uos uel alium ſeu alios nullatenus exigatis. Non obſtantibus quibuſcumque litteris apostolicis | uobis aut aliquibus uestrum ſub quacumque forma aut expreſſione uerborum directis hactenus eo pretextu quod continetur in eis quod ab exemptis et non exemp|tis cuiuſcumque ordinis condicionis uel dignitatis exiſtant predictam decimam exigatis ſeu in poſterum dirigendis niſi huiuſmodi littere dirigen|de nominatim de ordine predicto et conceſſione huiuſmodi de uerbo ad uerbum fecerint mentionem. Nos enim nichilominus excommunicationis inter|dicti aut ſuſpenſionis ſentencias ſi que in perſonas dictorum abbatum ſiue in conuentus ipsos uel alicuius eiuſdem ordinis monaſteria ecclesias domos | grangias ſeu loca eorum per uos aut alium uel alios uobis mandantibus occaſione huiuſmodi hactenus ſint prolate uel in poſterum promul|gari contigerit exnunc irritas decernimus et inanes. Datum Lugduni Kal. Aprilis Ponificatus nostri anno quarto.

An hänfener Kordel hängt das unverſehrte Blei. Aufſchrift wie oben Nr. 433.

Digitized by Google

440. Hyldebrand von Garlandia und seine Frau Methildis von Wesel, schenken dem Kl. Eberbach verschiedene Renten zu einer Kaese-Pitanz.

1275, *April 1.*

Orig. Urk. im Landesarchiv zu Idstein.

Nos Eberoldus. scultetus. milites. scabini. ac uniuersitas ciuium Wesaliensium. Tenore presencium proteſtamur et ad uniuersorum tam presencium quam futurorum desideramus noticiam peruenire. quod felicis | memorie Hyldebrandus. dictus de Garlandia. et Methildis uxor eius quondam nostri conciues ob remedium tam sui quam liberorum eorundem clauſtro Eberbacensi. cum conſensu. ac voluntate heredum ac liberorum| suorum contulerunt censum. Trium Marcarum et XXVII. denariorum quem videlicet censum cellerarius coquine qui in predicto clauſtro pro tempore fuerit annuatim recipiet et integraliter conuertet pro caseis ad consolacionem | prefati conuentus super mensam in refectorio per anni circulum singulis diebus dominicis ad hoc competentibus perpetuo miniſtrandis. Hii autem sunt census. Heinricus scade. duos denarios de domo. in holzgazzen | Item. heinricus filius minzin unum denarium. de uinea in superiori Abicheldin, uxor Embilmanni quatuor denarios. de vinea in abicheldin, Heinricus huwe unum denarium de quatuor arboribus. uxor Gelbenonis quinque quadrantes de vinea in bechelen apud huttinbach. Heredes Oſterlindis quinque quadrantes de eadem vinea. filii Edilwini unum solidum de vinea in boppinrot. Baldewinus Gauwelſheimer. sex. denarios. de vinea in Rinheldin. Bertolfus Wirſinch. duos denarios ibidem. Mengille tres obulos. de

Digitized by Google

vinea in Abicheldin. Embrico hoche de damſcheit tres denarios de domo ſua. Rudingerus filius Chriſtine | de hagin tres denarios de orto. Hyldericus de bûche quatuor denarios de pomerio. Item benigna filia Humberti de ſconinburch. ſolidum de uinea in vlûre. Prenotati cenſus dantur in feſto | beati Martini preter ſolidum filiorum Edelwini qui datur in natiuitate domini. Item zarte filius Eberardi. XVI. denarios. de vinea in abicheldin. In natiuitate domini. Item. heinricus ſacerdos dictus | de Garlandia. XV. ſolidos de vinea in perriſcheit eodem die Zorn. Cerdo. quinque ſolidos de domo in holzgazzen eodem die. Heinricus dictus Junge. ſex ſolidos. quatuor denariis minus. de vinea in bule | eodem die. Item pueri knebil. VI. denarios de domo ſua. eodem die. Item heinricus hambach. quatuor ſolidos. de vinea in Endichhenbach. in purificatione beate virginis. Item Ulricus kempe .IX. denarios de vinea | in boppinroit. in Carniſpriuio. Item Sifridus filius piſcatoris. XVIII. denarios de vinea in Rinheldin in feſto paſche. Ut autem predicta ſemper maneant. inconuulſa. nos. uniuerſitas Weſalienſis prefata | et Richolfus Abbas Eberbacenſis preſentem litteram ſigillis nostris duximus fideliter roborandem. Datum anno. dni. M°. CC°. LXX.V°. Kal. Aprilis.

An gelben seidenen Schnüren hängen:

1. SIGILLVM BVR . . . . . IN W . . *(Das spätere Stadtsiegel von Wesel, ein Kaiserbild, unter dem Portal sitzend, beschädigt.)* 2. *Siegel des Abtes von Eberbach.*

Digitized by Google

441. Abelo und Agnes von Bingen, Eheleute, vermachen ihrem Sohne Peter bei dessen Aufnahme ins Kloster Eberbach sein künftiges Erbtheil.

—

1275. *Mai 31.*

Orig. Urk. im Gr. G. Staatsarchiv zu Darmstadt.

Bertoldus scriptor de Erenuels. Anſelmus scultetus. Cûnradus meyerus. Judices ceterique scabini in Pinguia uniuerſis | preſentes litteras inſpecturis credere ſubnotata Cum uiri religioſi . . Abbas et conuentus in Eberbach Petrum | clericum filium Abelonis dilecti ciuis noſtri, ſpeciali deuocione regulam cyſterc. ordinis humiliter amplectentem | ne tam deſiderabilis propoſiti pius fruſtraretur affectus, receperint in fratrem et in monachum pure propter deum, Idem | Abelo pia motus intentione tum in memoriam tanti beneficii tum ob spem retributionis eterne portionem here|ditatis uniuerſorum bonorum ſuorum dumtaxat immobilium que dictum Petrum inter ceteros coheredes ſuos ſi ſecularem | uitam duceret, equa ſorte contingere poſſet aut deberet, prefato monaſterio communicata manu domine Agnetis | ſue coniugis poſt obitum ſuum, in figura iudicii ſecularis, manu et calamo prout moris eſt coram nobis liberaliter con|tulit et reſignauit, jure proprietatis imperpetuum obtinendam. Non obſtante eo ſi Petrus idem prior ipſis debi|tum nature perſoluet. In cuius rei teſtimonium et memoriam firmiorem ſigillum noſtrum preſentibus eſt appenſum. Actum et datum anno dni. M°. CC°. ſeptuageſimo quinto, pridie Kal. Junii preſentibus nobis | B. scriptore. An. sculteto. C. meyero. ſupranominatis, Tilmanno aduocato, Heinrico dicto Gipſorn, Conrado | dicto Wiroch, Henrico filio meyeri. Hen-

rico dicto cleyne, Scabinis. ac multis aliis ciuibus in pinguia | quorum teſtimonium ſuper hoc fuit inuocatum.

Das Siegel ist abgerissen.

---

442. Philipp Marschall von Frowenstein und seine Frau Benigna übergeben dem Kl. Eberbach alle ihre Güter bei Scherstein und Dotsheim.

1275, *Juni 24.*

Orig. Urk. im Landesarchiv zu Idstein.

Ego Ph. marſchalcus de frowenſtein et Benigna uxor mea Notum facimus tam preſentibus quam futuris quod nos uniuerſa bona que nunc habemus | ſeu impoſterum habituri ſumus in terminis uillarum Scherſtein uidelicet et Dotſheim ſociata manu et pari conſenſu conferimus et libere donamus ac tradimus pro re|medio animarum noſtrarum uiris religioſis abbati et conuentui monaſterii Eberbacenſis Maguntine dioceſis cum omnibus iuribus et libertatibus quibus ea poſſedimus et in preſenti poſ|ſidemus imperpetuum poſſidenda et libere obtinenda, mittentes eos in poſſeſſionem eorundem bonorum ut moris eſt in publica ſtrata et in locis debitis et in ding|hove coram . . scultetis et scabinis ac uniuerſitatibus dictarum uillarum cum effeſtucatione debita et conſueta. Ita ut tam de bonis predictis monaſterii in uilla Scher|ſtein ſitis nobis ab eiſdem . . abbate et conuentu conceſſis quam etiam de bonis predictis ipſis a nobis collatis et nobis iterato conceſſis annuatim cenſum ui|ginti ſex ſolidorum colon. in feſto beati Martini, et uiginti unum maldrum ſiliginis Maguntine menſure de bonis in Scherſtein, et cenſum quatuor mar|carum de bonis in

Dotſheim predictis abbati et conuentui perſoluamus. Omnesque cenſus exactiones iura aut ſervicia ſiqua de facto uel de iure de bonis huiusmodi | requirentur, a quibuscunque perſonis nos expediemus, et in nos penitus redundabit. Hoc eciam memorie commendato quod iidem abbas et conuentus bona que Ludewicus | Rieſe et uxor ſua defuncta de quibus dimidia marca eis perſoluitur, et duo maldra ſiliginis alternis annis ſibi retinuerint. Bona autem de quibus dictos cenſus | tenemur perſoluere ſunt in uniuerſo centum et tredecim iugera terre arabilis et duodecim Jurnales uinearum cum curiis, areis, cenſibus et caponibus in uilla Scherſtein. | In Dotſheim vero bona fratris C. de Birgeſtat uidelicet uiginti quinque iugera agrorum, duodecim iurnales uinearum et duale. Item dnodecim iugera agrorum | et duale prati que noſtra fuerunt. Que inquam omnia a ſepedictis abbate et conuentu nobis conceſſa ſunt excolenda et diebus uite noſtre poſſidenda Ita ut uno | noſtrum ſublato de medio ſuperſtes cum predicto cenſu integraliter poſſideat pacifice et quiete. Et poſt mortem utriuſque noſtrum omnia bona predicta per nos iam habita | et in poſterum habenda ad dictum monaſterium Eberbacenſe libere reuertentur. Et nos frater R. dictus abbas et conuentus in Eberbach condicionibus predictis, plenum | et expreſſum conſenſum adhibemus et hoc tenore preſentium proteſtamur.

Sunt autem huius rei teſtes. H. prior. C. ueſtiarius. Nibelungus. C. dictus | Colſpennich monachi in Eberbach. et frater C. conuerſus ibidem dictus de Muſchebach. Item Gerhardus plebanus de Scherſtein. Clemens de Richenſtein. | Ludewicus dictus Rieſe et Elyas milites. Item Emercho dictus Lereche. Norpertus. Nicolaus, Wigandus Crug. Johannes miduar,

Digitized by Google

Hartungus | carpentarius, Theodericus Hutterauch, et Wigandus tunnator et alii quam plures qui omnes interfuerunt donationi predicte. Teſtes autem donationis bonorum | de Dotſheim ſunt . . plebanus, scultetus dictus Laude, Ludewicus frater ſuus, Conradus filius Enſſridi. Th. dictus Edelman, Guntherus knabe, Th. de Laupach, W. alde. Th. Menlach, Emercho molendinarius et uniuerſitas eiuſdem uille. In memoriam igitur omnium predictorum ego Ph. | Marſchalcus predictus preſentem litteram sigillo uenerabilium dominorum ſce Maguntine ſedis Judicum quod procuraui apponi, una cum dictorum dominorum . . abbatis | et conuentus in Eberbach ac meo proprio ſigillo nec non et Hermanni de Bigen uolui communiri. Nos Judices ſce Maguntine ſedis ad inſtanciam | predictorum abbatis et conuentus, nec non eiusdem Ph. Marſchalci sigillum noſtrum una cum eorum sigillis huic littere duximus appendendum. Actum et | datum anno domini Millesimo. CC°. LXX°.V°. In feſto beati Johannis Bapt.

An Pergamentstreifen hängen die Siegel:

1. *Der Mainzer Richter*
2. *Des Abts zu Eberbach* } *zerbröckelt.*
3. † PHIL. MARSCH. DE FROWENSTEIN.
4. † SIGILLVM GOD . . . DI DE BIGGEN.

---

443. Das Kl. Eberbach übernimmt die an ein Vermächtniss Reinhers von Godela geknüpften Verpflichtungen.

1275, *Juli 23.*

Orig. Urk. im Gr. G. Staatsarchiv zu Darmstadt.

Nos frater R. dictus abbas et conuentus in eberbach Notum facimus uniuerſis tam | preſentibus quam

futuris quod cum uir honeſtus Reinherus de Godela ciuis oppinheimenſis et | Bilindis uxor ſua comparauerint erga nos perpetuos redditus octo marcarum pro centum marcis | minus quatuor, nobis traditis et numeratis, hac conditione interpoſita ut de ipsis octo marcaſ diebus| nite eorum in feſto beati Martini ipsis teneamur reſpondere ſic ut uno eorum ſublato de medio | ſuperſtiti in quatuor marcis teneamur Ambobus vero defunctis eedem octo marce cedant duobus | Infirmitoriis noſtris uidelicet tam monachorum quam conuerſorum in nullos alios uſus niſi ad | uictualia infirmorum conuertende. hoc nichilominus interpoſito ut ſi quod abſit dicte marce infirmis | ſubtracte fuerint in parte vel in toto ſucceſſores et proximi heredes ipſorum repetere a nobis poſſint | quicquid ſubtractum fuerit illo anno, nos omnia predicta promittimus fideliter et efficaciter obſeruaturos | cum condicionibus ſupra ſcriptis et ad hoc nos et poſteros noſtros imperpetuum preſentibus | litteris obligamus. In cuius rei teſtimonium preſens ſcriptum ſigilli noſtri munimine duximus| roborandum. Actum et datum anno domini M°. CC. LXXV°. In craſtino beate Marie Magdalene.

Mit dem anhängenden wohlerhaltenen Siegel des Abtes.

144. Das Kl. Eberbach tauscht von dem Deutschorden in Coblenz dessen Gut in Overinhademar ein gegen Güter zu Niederinhademar.

***1275**, Aug. 22.*

Orig. Urk. im Landesarchiv zu Idstein.

Nos .. abbas .. miſeracione diuina totusque conuentus monaſterii in Erbach ord. Ciſterc. uniuerſis ad quos | preſens ſcriptum peruenerit cupimus eſſe notum

quod cum uiris religioſis Commendatore et fratribus domus theutonicorum in Confluentia talem iniuimus permutacionem quod ipsis quandam aream nostram ſitam in uilla | Niederinhademar oppositam ex tranſuerſo aree dictorum Commendatorum et fratrum et quaſdam terras nostras arabiles ſitas | apud dictam uillam niderinhademar, uidelicet In primo campo tranſ alueum tres iurnales, unam iurnalem | et dimidiam iuxta bůnden, unam iurnalem que dicitur anuendere apud Cigenlo, unam jurnalem sub agris | eccleſie, magnum agrum qui dicitur cigenlo cuius ſunt decem et octo jurnales Tres iurnales sumptas ex agris | nostris et dimidiam jurnalem apud Stucwech. In ſecundo campo duas iurnales ſupra uiam qua itur in Overinhademar | et Tres iurnales ibidem. In campo qui dicitur haſilbach tres iurnales et ſub cruce unam jurnalem, dimidiam | et item dimidiam, supra ſtratam publicam aute ſiluam Elſe duas iurnales et dimidiam. Item sub cruce unam jur|nalem. Item ante silvam predictam unam iurnalem et ibidem bis dimidiam. In Tercio campo unam iurnalem | et dimidiam que dicuntur pratum. In Můlenweche dimidiam iurnalem. In hargarten tres iurnales. ubi itur | Vulbach tres iurnales. ubi itur albach duas iurnaleſ. et ſub cupele tres iurnaleſ dedimus, et in manuſ | reſignauimus eorundem pro quadam area ſita in uilla overinhademar, et pro aliis agris omnibus ipsorum ſitis | in territorio eiuſdem uille que area et qui agri fuerunt fratris heinrici dicti holtſchů. preter ſex | iurnales que uulgo dicuntur ſtockelo, et nemuſ quoddam ſitum iuxta montem qui dicitur burcberch que ſibi ſpe|cialiter fratreſ retinuerunt et retinent antedicti. Et hec permutatio facta eſt omnium nostrum accedente aſſenſu | tam eorum fratrum quam nostra

utilitate hinc inde diligenciuſ circumſpecta. Acta ſunt hec preſentibus | Friderico et Waltero militibus et nobilibus de Derne et Theodrico milite de hademar Heinrico plebano dicte | uille, bertramo et Theoderico dicto krone. et aliis quampluribus ſidedignis. In cuius rei teſtimonium preſens | ſcriptum tradidimus predictis religiosis uiris sigilli nostri munimine roboratum. Datum anno dni M°|CC°. LXX°. quinto. In octava aſſumpcionis beate virginis.

Das Siegel ist abgerissen.

445. Adilheidis von Kederche schenkt alle ihre Güter dem Kl. Eberbach zur Erhöhung kirchlicher Feierlichkeiten.

1275, *im Octob.*

Orig. Urk. im Landesarchiv zu Idstein.

Nos frater R. dictus abbas et conuentus in Eberbach. Ad noticiam preſentium et futurorum uolumus peruenire. | quod cum honeſta matrona Adilheidis de Kederche univerſa bona ſua mobilia et immobilia monaſterio noſtro pro remedio | anime ſue contulerit Inter eadem bona ſua duas uineas ſitas apud Kederche iuxta uineam noſtram que dicitur | Altwichis de bona nostra voluntate ad officium ſacriſtie noſtre perpetuo deputauit. Ita ut poſt mortem ſuam sacriſta | qui pro tempore fuerit, ſe de dictis uineis intromittat de quarum prouentibus decem libras cere ſingulis annis | amministret in locis infra ſcriptis. Videlicet in cripta Infirmitorii noſtri septem libras ad candelas in | miſſa ardentes. Item ad ecclesiam in Kederche tres libras quarum due ad candelas ante corpus dominicum dum | infirmi communicant deportandas, tercia ad cereum ante crucem in eadem ecclesia tri-

bus diebus ánte diem | Paſche annis ſingulis jugiter arsurum, conuertendas. In cuius rei teſtimonium et perpetuam memoriam preſens | ſcriptum sigilli noſtri munimine duximus roborandum. Datum anno domini M°. CC°. LXX°V. Mense Octobris.

Das Siegel des Abtes hängt, etwas beschädigt, an.

446. Heinrich Schrimp von Bopard und seine Frau Hedwig schenken dem Kl. Eberbach ihr Haus und Weinberge bei Bopard und bei Vilzene.

—

1276, *Febr. 6.*

Orig. Urk. im K. Provinc. Archiv zu Coblenz.

Scultetus. militeſ. ſcabini. et cives Bopardienſes uniuerſi. Omnibus tam preſentibus quam futuris preſentem | ſcedulam uiſuris et audituris uolumus eſſe notum quod henricus dictus Schrimp et Hedewigis iegitima uxor | ſua cum eſſent ſine proliſ generatione. pie ducti deliberationiſ affectu tamquam boni noſtri conciues com|municata manu et conſenſu unanimi pro remedio animarum ſuarum contulerunt coram nobiſ conſtituti et | legauerunt Eccleſie beate dei genitricis Marie in Eberbaco et conuentui ibidem. Domum ſuam et aream | aput Niderſpurch Bopardie in quibus morantur. Item hortum unum ſitum prope Volemarum. Item unam | particulam uinee ſitam in der Nidervlahten. Item particulam unam uinee sitam An deme Reyne. Item | particulam uinee dictam Gliſmüdifftücke an Borchen. quae incipit inferius prope uiam et finem huic ſuperius | ante Bohtloube. Que iure proprietario legauerunt ecclesie ſupradicte cum iure et onere quod predicti | heinricus et hedewigiſ annuatim hucuſque

Imperio de ipſis bonis tantum particulatim ſoluere tenebantur. | maxime cum adhuc alia ſua bona poſſideant henricus et hedewigis predicti quae forte in poſterum ſuis proximis | heredibus cedere poterunt de quibus ſupradicte Eberbacenſis ecclesie conuentus nichil omnino tenebitur reſpondere. | Item legauerunt eidem eccleſie Eberbacenſi Henricus et hedewigis ante notati tranſ renum aput Vilcene | in Campo particulam uineę dictam Langeſtucke de qua ſoluuntur annuatim cappelle ſci Galli in Vilzene | olei quatuor libre ad Lampadem ibidem.

Huiuſ rei teſteſ ſunt qui et interfuerunt. Henricus de Judeis | tunc Scultetus Bopardienſis. Reinboldus ſenior de Sterrinberch. Eberharduſ. Henricus de Renſe. Huſmannus | Hermannus de foſſato. Hermannus Schornchinus, militeſ. Henricus albus. Henricus Scherf. Balduinus. Engilbertus. Gernetus riflingus. Gernodus de porta. Hellewicus. Hermannuſ ſcabini. et alii quam plureſ. Igitur ne hec noſtra confir|matio alicuius improbitate in poſterum ualeat impediri. praeſentem ſcedulam exinde conſcriptam ſigillo Imperialis oppidi | Bopardienſis iuſſimus communiri. Actum Bopardie et datum per manum Wilhelmi notarii Bopardienſis. Anno | dominice Incarnationis M°. CC°. LXX°. ſexto. — In craſtino Agathe uirginis.

Et notandum quod dicta bona | eccleſie Eberbacenſis conuentus reconceſſit ſupradictis henrico et hedewigi quamdiu uixerint tantum pro cenſu uniuſ libre cere | quam ſoluent annuatim eccleſie ſupradicte in teſtimonium ſuper eo.

Das Siegel fehlt.

Digitized by Google

447. Die Mainzer Richter ordnen die Ansprüche der Ritter von Wolveskelen an die Eberbacher Klostergüter zu Bunesheim.

1276, *Mai 9.*

Orig. Urk. im Gr. G. Staatsarchiv zu Darmstadt.

Iudices ſce Maguntinae ſedis. Recognoſcimus et tenore preſentium publice confitemur quod Burkardus de Wolveſkelen miles, Johannes, Nycolaus fratres filii Alberti militis, Heinricus, Burkardus, Hartmannus et Gerhardus filii predicti Burkardi, conſtituti in figura iudicii coram nobis Recognouerunt, dicebant et publice ſunt confeſſi quod in bonis que religioſi uiri Abbas et conuentus monaſterii Eberbacenſis ex legato ſeu donatione cuiuſdam mulieris dicte Habutche de Oppenheim cenſualia ad uillam Buneſheim. Item in bonis que ipſi emerunt apud Arnoldum et Heinricum fratres, milites de Iorcha, et que olim fuerunt Methildis ſororis dicti Gumpolt, quorum bonorum duodecim et dimidium jugera ab Heinrico filio Heinrici dicti Gumpolt prefati milites euicerunt quorum etiam bonorum duo jugera ſita ſunt in campis uille Leheim que quondam fuerunt Burkardi militis antedicti poſſederunt et poſſident, dictus Burkardus et alii prenotati ac eorum heredes de omnibus bonis prenotatis ratione aduocatie nichil iuris inantea eis competat quoquo modo et quod nichil amplius habebunt in illis ſiue in precariis ſeu exactionibus, hoſpiciis que uulgariter dicuntur herberge, Tritico, denariis, melioribus capitibus poſt mortem principalis persone, uiro qui dingman vocatur, pullis carnisprivialibus, uecturis currium et equorum, et aliis que aduocati et patroni ſiue de facto ſolent requirere uel de iure, preter

Digitized by Google

quam cenſum ſubſcriptum, uidelicet ſeptem unciarum et quatuordecim denariorum magunt. monete quem cenſum dictum monaſterium in feſto beati Remigii in villa Bunesheim, uel poſt ſi requiſierint ſingulis annis ſoluet, in quem cenſum ab eodem monasterio dandum et ab ipsis ac eorum heredibus recipiendum ipſe partes unanimiter concordauerunt. hoc etiam eſt adiectum quod ſi quiſquam alter preter eos aut eorum heredes, cenſum et quecunque alia onera, ratione dictorum bonorum requiſierit a monaſterio antedicto, de iure uel de facto monaſterium de facto ſiue de violentia ſe defendet. Ipsi vero prenominati et eorum heredes, quicquid de iure ab ipso monaſterio fuerit requiſitum, tollent et ſe opponent, ac defendent ſuis laboribus et expenſis, nec non omne dampnum et intereſſe quod occaſione talis requiſitionis ipſi monaſterio imminebit cum integritate refundent. Ceterum ſi aliquis ſecularis de conducta familia ipsius monaſterii ſeu coloni ſeculares dicta bona colentes deliquerint aut aliquid commiſerint forefactum in diſtrictu predictorum Burkardi, Johannis et eorum heredum de huiusmodi forefacto poterunt iudicare, nullam tamen in fratres et res dicti monaſterii iuriſdictionem prorſus habebunt, etiam ſi iidem fratres aliquid quod abſit committerent forefactum. Ut autem ipſum monaſterium ab omnibus oneribus et ſeruitutibus penitus et imperpetuum ſit exemptum, preter cenſum ſubſcriptum, dicto Burkardo, Johanni, Nicolao et eorum heredibus dedit ſex marcas denariorum Colonienſium monaſterium antedictum, quas ipsi ſe recepiſſe ab ipso monaſterio fatebantur. Eligentes ſpontanea uoluntate quod ſi ullo umquam tempore quocumque modo contra formam huius contractus uenire preſumpſerint, uiginti marcas ſaluo tamen ipſo contractu ipſi monaſterio nomine pene ſoluent, ad quarum

Digitized by Google

ſolutionem et ut nichilominus ipsum contractum inuiolabiliter obſeruent, eos per cenſuram eccleſiasticam compellemus. Preterea Burkardus et pueri ſui predicti renuntiauerunt ſimpliciter et preciſe illis ſex caponibus quorum ſolutio de duodecim et dimidio iugeribus agrorum Heinrici filii quondam Heinrici dicti Gambolt, et de parte alia reciſa ab eiſdem iugeribus que habet monaſterium ex parte Ebelini monachi eiusdem monaſterii fratris ipsius Heinrici cum area attinente, cenſus nomine competebant eiſdem uel competere uidebantur. Et ut hec omnia a ſepedictis partibus hinc inde firmiter et fideliter imperpetuum obſeruentur, preſentem litteram sigillo noſtro una cum sigillis dictorum Burkardi et Johannis duximus roborandam. Datum et actum Maguntie Anno Dni Milleſimo. CC°. LXX°. sexto. VII°. Idus Maij.

Die anhängenden drei Siegel sind ziemlich gut erhalten.

---

448. Megthild Simererse und ihre Kinder schenken dem Kloster Eberbach einen Weinberg, Spele gegenüber.

1276, *Juni 3.*

Orig. Urk. im Gr. G. Staatsarchiv zu Darmstadt.

In nomine domini amen. Vniuerſis Christi fidelibus ad quos preſens ſcriptum peruenerit. Nos henricus de Judeis ſcultetus . . Scabini . . ceterique | opidani Bopardienſes Cupimus eſſe notum. quod Megthildiſ dicta ſimererſe de conſenſu puerorum ſuorum uidelicet. Gotzonis. Hermanni. et | Sophie. vineam quandam ex oppoſito Speie tranſ renum ſitam in monte qui dicitur Rot quam ipſa M. predicta . et Gotzo dictus Simer-

Digitized by Google

erſe bone | memorie. quondam Eccleſie everbacenſi communicata manu pro ſalute animarum ſuarum contulerant poſt obitum eorumdem M. et G. predictorum itera|to poſt ſuum obitum fratri Johanni magiſtro Curie bopardienſis ad ipſam Eccleſiam pertinentis. nomine eiuſdem eccleſie contulit et donauit. | ſine contradictione cuiuslibet poſſidendam perpetuo. Huius rei teſtes ſunt qui et interfuerunt. Henricus dictus albuſ. Gernodus dictus ante | portam. Albertus de Limpurg. Helwicus monetarius. Engilbertus de Reuestoc. Willekinus de Salceche. ſcabini. Otto cen|turio. Gotzo cuczelman gener ipſius M. predicte. Henricus dictus colbo. et alii quam pluref fide digni. In cuius rei teſtimonium | et euidenciam pleniorem Sigillum uniuerſitatis noſtre preſentibus duximus adpendendum. Actum et datum anno domini | M°. CC°. LXX ſexto. feria quarta proxima poſt feſtum beati Maximini epiſcopi.

An der Urkunde hängt das nur an der Umschrift stark verletzte grosse Stadtsiegel von Bopard an weisser Schnur.

† BOP. . . . . RUM ET SPET . . . . . II.

---

149. Emerich Vuchs von Rudensheim, Ritter, und seine Frau Elizabeth verkaufen ihre Güter in Sowelnheim an Gertrudis, Wittwe weil. Walthers des Guten von Mainz, Ritters.

***1276**, im Juli.*

Ocul. Mem. II. fol. XXIII, 1.

Ego Emericho dictus vuchs miles de Rudenſheim preſentibus literis recognoſco quod communicata manu elizebeth uxoriſ mee uniuerſa bona mea in ſowelnheim tam in uilla quam in campo ſita que mihi de ſocero meo ceſſerunt et ad me deuoluta dinoſcuntur

pro quinquaginta marcis denariorum aquenſium quas me recepiſſe profiteor, vendidi honeſte matrone domine gertrudi relicte Waltheri dicti boni, olim militis maguntini. Reſignationem quoque factam bonorum eorundem in manus ipſius gertrudis coram . . ſculteto, ſcabinis et incolis loci ſecundum ius et conſuetudinem ville, rurſum eadem ſuſcepi pro penſione quinque marcarum annualium reddituum dicte gertrudi et eius heredibus a me et meis heredibus perpetuo perſolvenda. Hac sane interpoſita pactione ut ſi quo anno predicte quinque marce in quatuor feſtibus, diebus nativitatis domini, prefate gerdrudi vel eius heredibus non fuerint perſolute ex tunc avire poſſeſſionis dictorum bonorum eadem continuo debeamus et ipſi cum eiſdem bonis agere et diſponere debeant quicquid eorum fuerit voluntatis. Memorata vero gerdrudis poſt eius obitum de redditibus predictarum quinque marcarum unius marce redditus clauſtro eberbacensi pro ſue et mariti eius animarum remedio contulit et leganit et prefate IIII^{or} marce reſidue heredibus eius cedent. Teſtes aderant facto huic quam plures. — Ad maiorem autem certitudinem et evidentiam omnium premiſſorum preſentes literas predictorum domini emerichonis et domini hermanni fratrum ſigillis una cum appenſione ſigilli mei petii communiri. — Actum anno domini M^{o}. CC^{o}. LXXVI°. menſe Julio

---

450. Conrad von Rudensheim, Canonicus zu Aschaffenburg, macht dem Kl. Eberbach alle seine Güter in Rüdesheim, Gauwelsheim und an andern Orten zum Geschenk.

1276, *Aug. 29.*

Orig. Urk. im Landesarchiv zu Idstein.

Judices ſce Maguntine ſedis Recognoſcimus et ad

uniuerſorum noticiam cupimus peruenire quod Conradus de Rudenſheim | filius quondam Jacobi militis ibidem canonicus Aschaffenburgensis conſtitutus coram nobis in figura Judicii uniuerſa bona ſua que habet in Rudenſheim, Gauwelſheim, Winkele, Kederche, Seilvort et in Herleſheim apud | Wormaciam et omnes actiones ſibi ratione bonorum huiusmodi competentes donauit tradidit et reſignauit cum | ſuis iuribus et pertinentiis uniuerſis, Religioſis viris . . . abbati et conuentui monaſterii Eberbacenſis pure | libere ſimpliciter et preciſe eo iure et titulo quo ad ipſum bona ipſa et actiones eedem peruenerunt, dicens et | proteſtans donationem traditionem et reſignationem eorundem bonorum et actionum ceſſionem eiſdem abbati ei conuentui elap ſo triennio ſimiliter ſe feciſſe, exceptis bonis ſuis in Coſtein que ecclesie Aschaffenburgenſi post obitum ſuum | cedent, sed eo vivente fructus eorum percipiet monaſterium memoratum. Ceterum promiſit idem canonicus coram | nobis quod ſepedictis abbati et conuentui ac eorum monaſterio de omnibus bonis prehabitis faciet et preſtabit warandiam | ad tempora vite ſue in quocumque loco vel coram cumque iudicio ab eis vel ex parte ipsorum fuerit requiſitus. In eui|denciam igitur omnium premiſſorum sigillum nostrum cum sigillo dicti canonici appendi fecimus huic | ſcripto ad voluntatem partium et rogatum. Actum et datum Maguntie. anno dni Milleſimo. CC⁰ | LXX⁰. VI⁰. IIII⁰. Kal. Septembr.

Zwei Siegel hängen gut erhalten an:

1. † SIGILL' DELEGATORV. IVDICV' SCE. MOGVNTINE ECCLE.
2. . . S. CONRADI DE RVDINSHEIM CAN. ECCE ASSCHAFFENBVRG'.

Digitized by Google

451. Das Kloster auf dem Marienberg bei Bopard verkauft seinen Hof bei Ober-Speie neben dem Eberbacher Klosterhof.

1276, Octob. 4.

Orig. Urk. im K. Provinc. Archiv zu Coblenz.

Nos Paulina magiſtra. Sophia prioriſſa totusque conuentus ecclesie montis ſce Marie | Bopardie. Conſtare uolumus omnibus tam preſentibus quam futuris quod nos pari conſilio | et communi uoluntate uendidimus aream noſtram aput Speie superiorem uicinam curie | monachorum Eberbacensium pro sex ...*) marcis aquenſium denariorum numeratorum perpetuo ſine | omni contradictione iure proprietario poſſidendam. Huius rei teſteſ ſunt Henricus de | iudeis ſcultetus Bopardienſis. Reinboldus de Sterrinberch et Henricus de Renſe Imperii | miniſteriales. Henricus albus. Henricus Scherf et Willekinus ſcabinus. Wilhelmus ſcriptor | et Volcmarus cellarius eccleſie ſupradicte. Et ut hec omnia rata permaneant atque firma | preſentem ſcedulam exinde conſcriptam ecclesie noſtre ſigillo duximus muniendam. Actum anno dni M°. CC°. LXX°. ſexto. Sabbato poſt Remigii. — Facta ſunt haec et empta a fratre | Rudolfo magiſtro curie in oſterſpeie preſentibus dnis Thimone et Henrico monachis Eber|bacenſibus et fratre Johanne magiſtro curie Bopardienſis.

Das Siegel ist abgerissen.

*) Eine Lücke im Pergament.

Digitized by Google

452. Beatrix, Witwe Helngers von Gisenheim, verkauft dem Kl. Eberbach alle ihre Güter zu Rudolfisheim.

—

1276, *Nov. 29.*

Orig. Urk. im Gr. G. Staatsarchiv zu Darmstadt.

Ego Beatrix. Relicta quondam Helngeri de Gifenheim. Recognofco prefentibus litterif publice proteftando quod communicata | manu et uoluntate puerorum meorum. Agnetif videlicet. Eufemie et Helngeri, accedente nichilominus dni Sifridi Ringravii mei | ac predictorum puerorum meorum infeodatoris conniuencia et affenfu. fuper poffeffione omnium bonorum que religiofi uiri dns .. Abbaf et | conuentus monafterii Eberbacenfis in villa Rudolfifheim wormaciensis dioc. et eiufdem ville terminif obtinuerunt et obtinent ufque in prefentem diem cum eifdem contractu mutue emptionis et venditionif taliter conueni . quod ego receptif ab ipsis decem et nouem marcis | Aquenfium denariorum . iam nunc et in perpetuum . pro me et dictif pueris meif heredibus et coheredibus noftrif uniuerfif, renunciatione publica | effeftuco, omnibus precariis exactionibus angariis immo plane omnibus feruiciis debitif vel indebitif . quae michi et predictif pueris meif | et omnibus heredibus feu coheredibus noftrif in fupradictif bonif ex quacumque cauſa de iure vel de facto ufque in prefentem diem competebant | uel competere uidebantur . ita quod bona eadem ab omni feruiciorum huiusmodi genere uel conditione debent effe in antea perpetuo libera | et exempta . et condicioni libere fubiacere. Et ne quif ipfof feu aliquem alium bona eadem ipsorum nomine poffidentem ratione iurif ho|magii feodalif cui bona praedicta hucufque fubiacuerunt poffit inpetere uel grauare. ego et praefati

pueri mei noſtrique heredeſ vel coheredeſ ad | faciendum reſtaurum huiusmodi homagii apud dominoſ noſtroſ preſentibus noſ firmiter obligamus. Si autem quisquam puerorum, heredum vel | coheredum meorum umquam in poſterum praefato emptioniſ vel uenditioniſ contractui quod abſit contrarius ipſum ſecundum formam praemiſſam nollet for|ſitan obſeruare. ille predictaſ decem et novem marcaſ domino abbati et conuentui in Eberbach reſtituet. et ex tunc quelibet pars iuri ſuo circa | bona eadem innitetur. Quod ſi eciam ego uel pueri mei aut heredeſ uel coheredeſ noſtri memoratoſ dominum abbatem et conuentum aut etiam colonoſ | ipsorum, in quieta poſſeſſione dictorum bonorum contra formam prehabitam umquam preſumpſerimus moleſtare uel de preſtacione iuriſ homagii pro ipſis bo|niſ dominiſ noſtriſ debitum non fecerimuſ ſupplementum. ex tunc ipso facto ſentencie excommunicationiſ dominorum judicum ſce Maguntine ſedis iam nunc late, quorum iuriſdictioni ſubicimus noſ in hac parte, et judicum wormaciensium ecclesie arbitraria electione noſ ſubicimus uſque ad ſatiſfactionem debitam | et condignam. In quorum omnium euidenciam pleniorem. ego et predicti pueri mei pro nobis et noſtriſ heredibus ſiue coheredibus preſenteſ litteraſ ſigilliſ | predictorum dnorum judicum ſce Maguntine ſedis. Judicum wormaciensis eccleſie. dni S. Ringravii, dnorum Philippi et Gerhardi dapiferi de Alceia. | una cum appenſione Sigilli ciuium Oppenheimensium petiuimus communiri. Et nos prefati. Judiceſ ſce Maguntine ſedis. Judiceſ eccleſie Wor|maciensis. Ph. et G. dapiferi de Alceia. et ciueſ Oppenheimenses. ad peticionem partium ſigilla noſtra preſentibus dignum duximus appendenda | Ego eciam. Sifridus Ringrauiuſ. predicte emptioni et uenditioni facte modiſ omnibus con-

Digitized by Google

ſencienſ, ipsamque pro me et uniuerſiſ meiſ ſucceſſoribus ratam et gratam habenſ, in teſtimonium ratihabitioniſ mee. ſigillum meum dignum duxi preſentibus appendendum. | Actum et datum Anno dni M°. CC°. LXXVI°. In vigilia beati Andree.

An Pergamentstreifen hängen:

1. SIGILL' DELEGATOR' IN . . . . MAGVNTINE ECCLE.
2. ✝ SIGILLVM IVDICVM WORMACIENSIV.
3. — IFRIDI. RINGRAVI . . . . EN . . ., *am Rande zerbrochen.*
4. ✝ S. PH . PI JVNIORIS DAPIFERI DE ALCEIA.
5. — S' GERHARDI DA . . . . } *am Rande zerbrochen.*
6. *Das grosse Stadtsiegel von Oppenheim* }

453. Johann und Eberhard, Schenken von Erpbach, verkaufen dem Kl. Eberbach eine Korn-Gülte von ihrem Gut Heizvelt.

1276, *im December.*

Orig. Urk. im Landesarchiv zu Idstein.

Nos Johanneſ et Eberhardus pincerne de Erpbach uniuerſis Notum facimus per preſentes quod de | conſenſu et libera uoluntate dni Conradi patrui noſtri uendidimus uiriſ religioſis . . . abbati et | conuentui de Eberbach annuum cenſum uidelicet quinque maldra ſiliginiſ moguntine menſure quem cenſum | dicti . . abbas et conuentus nobis de molendino ſito in nostro allodio dicto heizvelt ſingulis annis | ſoluere tenebantur pro certa ſumma pecunie nobis tradita et plenarie numerata. Hoc eciam eſt adiectum | quod si nos et nostri heredes antedictum cenſum redimere uoluerimus pro eadem ſumma nobis tradita | ad redimendum dabunt omni altercatione poſtpoſita et deciſa. Huic uendicioni interfuerunt. Conradus | patruus noster. Geroldus. Conradus ciuis de

benefheym. Godefridus magister de Gebenbürne. et | frater Emericho. et alii fide digni. In cuius teſtimonium et perpetuam memoriam preſenſ ſcriptum | noſtro. et fratris nostri sigillis dedimus communitum. Actum et datum anno dni M°. CC°. LXX°. VI°. | menſe Decembri.

Das erste Siegel fehlt, das zweite ist schön erhalten:
† S' JOHANNIS PI . . . RNE DE ERPACH.

---

454. Das Kl. Eberbach vergleicht sich mit Agnes, verwittw. Graefin von Diez, über eine vom Hof Fronenborn entfallende Rente.

1277.

Orig. Urk. im Landesarchiv zu Idstein.

Nos Gerhardus comes Junior de Ditze et Wernherus de Valkenſtein Tenore preſen|cium publice proteſtamur quod cum inter nobilem matronam Agnetem Relictam quondam | Gerhardi comitis de Ditze matrem et dominam nostram ex parte una et religioſos uiros | . . abbatem ac conuentum monaſterii in Ebirbach. Ciſterc. ordinis ex altera coram diſcretis viris | ... decano et . . scolaſtico ſce Marie ad Gradus Magunt. judicibus a ſede apoſtolica delega|tis ſuper marca denariorum colon. quam eadem domina nostra de curia et bonis in fronendorf ſingulis annis imperpetuum ratione legati ſolutam tenebatur, queſtio uerteretur, talis inter eos noſtro ad hoc accedente conſenſu compoſicio ſiue ordinatio interceſſerit uidelicet quod ipsis abbati et | conuentui de curia nostra in frienditze quam . . . dictus Gutzio olim inhabitabat ſingulis | annis tempore meſſis quatuor maldra ſiliginis Limpurgenſis menſure perpetuis

temporibus ſolueretur | in omnem euentum nomine penſionis ad quam penſionem ſoluendam nos et curiam antedictam | cum predicta domina nostra preſentibus obligagamus, ſigillorum noſtrorum munimine roboratis. Rogan|tes prefatos dominos decanum et scolasticum ut et ipſi ſigilla ſua preſenti ſcripto apponant | in teſtimonium premiſſorum. Actum Anno dni. M°. CC°. LXXVII°.

An Pergamentstreifen hängen die Siegel:

1. † SIG...M Ger... OMI..S ... TSE.
2. SIGILLVM WERN..... NCINBERCH.
3. S. CONRADI DECANI ECC'LE — — AD GRAD. MOG.
4. JACOBI SCOLASTI—CI SE MARIE AD GD'MAG.

455. Burkard von Wolviskelen, Ritter, und seine Söhne verkaufen ihre Güter und zwei Höfe bei Leheim an das Kl. Eberbach.

1277, *Jan. 9.*

Orig. Urk. im Gr. G. Staatsarchiv zu Darmstadt.

Nos Burkardus miles de Woluiſkelen, Heinricus clericus, Burkardus et Hartmannus filii ipſius Burkardi Recognoſcimus et proteſtamur publice per preſentes quod pari conſenſu et communicatis manibus uendidimus pure et ſimpliciter et in proprium iuſto et legittimo uenditionis titulo monaſterio Eberbacenſi ordinis Ciſtercienſis Maguntine dioceſeos duos manſos noſtros proprios terre arabilis ſitos in campis uille Leheim et duas curias ſitas in eadem uilla ad ipſos manſos pertinentes cum uniuerſis iuribus eorundem. Item uendidimus eidem monaſterio pura et iuſta uenditione uniuerſa iudicia, iuriſdictiones, plebiſcita, curiam noſtram Dinghof, prata, paſcua, ſiluas, culta et inculta et omnia alia iura redditus et prouentus, quocunque nomine cenſeantur, ad dictam uillam Bunſheim et ipſius terminos pertinentes cum

Digitized by Google

uniuerſis iurium actionibus que ratione eiuſdem uille Bunſheim competunt, competebant uel competere poterunt quomodolibet contra quoſcumque excepta quarta parte iudiciorum eiuſdem uille Bunſheim que ad Johannem dictum de Cronenberg et Nicolaum fratrem ſuum dinoſcitur pertinere. Promittimus etiam bona fide firmiter et conſtanter quod de hiis omnibus et ſingulis in quocumque iudicio eccleſiaſtico uel etiam ſaeculari, et alias in quocumque loco requiſiti fuerimus perpetuam praeſtabimus Warandiam monaſterio memorato. Et ſi hec omnia uel eorum aliqua per ius euicta' fuerint ab ipſo monaſterio quandocunque omne dampnum ex euictione huiuſmodi ipſi monaſterio prouenerit totaliter et ſine contradictione qualibet deponemus eidem et ad depoſitionem ipſius dampni et ad preſtandam per nos perpetuam Warandiam domini Judices ſce Maguntine ſedis abſque omni iudicio per cenſuram eccleſiaſticam nos compellent. Et hoc eligimus ſpontanea uoluntate. Renunciantes pro nobis et pro omni noſtra parentela quam nunc habemus et habituri ſumus cuilibet defensioni et iuri ſi quid nobis uel eis in premiſſis uel aliquo premiſſorum in contrarium poſſet competere uel deberet. Ceterum confitemur nos pagatos de pecunia pro qua uendidimus omnia ſupradicta. In cuius rei euidentiam dictorum dominorum Judicum, ciuium de Oppenheim, mei Burkardi, et Johannis dicti de Cronenberg sigillis uolumus et petimus has litteras communiri. Actum et datum Maguntie. Anno domini M. CC. LXXVII. V°. Idus Januarii.

Die drei ersten Siegel sind wohl erhalten, das vierte, von Cronenberg, fehlt.

Digitized by Google

156. Miethvertrag des Heinr. Schultheis zu Wesel mit dem Kl. Eberbach über ein Haus in Wesel.

1277, *im Januar.*

Orig. Urk. im K. Provinc. Archiv zu Coblenz.

Ego Heinricuſ ciuis Weſalienſis cognomento scultetus. Notum eſſe cupio uniuerſis praeſens ſcriptum uiſuris | Quod teneor uiris religioſis. abbati et conuentui in Ebirbach ſoluere post mortem Riche ciuis | Weſaliensis de domo quondam Hildebrandi quam dicta R. diebus uite ſue poſſidebit, michi extunc a dictis | uiris religioſis conceſſa cenſum ſedecim ſolidorum denariorum aquenſium ſingulis annis in purificatione Beate Marie jure | hereditario perſoluendum, pro quo cenſu uineam meam in Endechenbach, uinee decani contiguam, dictis | Abbati et conuentui titulo pignoris obligaui. Ita ut ſi quod abſit in ſolutione praefati cenſus aliquando negligens extitero. iidem Abbas et conuentus recurſum habeant tam ad domum quam ad | uineam memoratas. In cuius rei euidentiam et perpetuam memoriam praeſens ſcriptum ſigillo ciui|tatis Weſaliensis meo rogatu munitum tradidi .. Abbati et conuentui memoratis. Datum | anno dni M°. CC°. LXX°. Septimo. Menſe Januario.

Das Stadtsiegel von Wesel hängt wohlerhalten an. Umschrift:
† SIGILLVM. BVRGENSIVM. IN. WESALIA.

---

157. Die Begine Mechtildis von Vele in Limburg überweist dem Kloster Eberbach alle ihre Güter.

1277, *Febr. 11.*

Orig. Urk. im Landesarchiv zu Idstein.

Scultetus. scabini et ciues Lympurgenses omnibus preſentes literas inſpecturis uolumus eſſe notum quod in

Digitized by Google

nostra preſencia conſtitutis | fratre Dingillone syndicho ecclesie Euerbacensis. nomine Abbatis et Conuentus dicte ecclesie. ex una parte et Mechthilde | Begina filia quondam Chunonis bone memorie de Vele ex altera cum conſenſu fratris ſui Hermanni monachi eiusdem | ecclesie libere et ſine omni contradicione pure et ſimpliciter propter deum dicta Mechtildis prefate ecclesie contulit ſe et | ſua bona uidelicet tam mobilia quam immobilia que nunc poſſidet uel in poſterum poſſidebit. Facta uero | dicta reſignatione ſepedicte Mechthildis et ſuorum amicorum predictus syndicus omnia bona predicta. ſub cenſu dimidii maldri | ſiliginis et dimidie libre cere ſingulis annis in natiuitate domini perſoluendis temporibus uite ſue conceſſit. poſt | mortem uero dicte Mechthildis prenominata bona ad ecclesiam Eberbacensem libere reuertentur. In cuius rei teſtimo|nium. preſenteſ literas sigillis hermanni plebani Lympurgensis qui predicte ordinationi interfuit et opidi Lympurgensis | prouidimus muniendas.

Huius rei teſtes ſunt. Ludewicus dictus monetarius. Enſfridus dictus funcho. Hermannus | hurcho. Siboldus. Henricus Waltheri. Henricus Albus scabini Lympurgenses. Item henricus cellerarius et Johannes dictus Lanerius et alii quam plures fidedigni. Actum anno dni. M⁰. CC⁰. LXX⁰. ſeptimo feria quinta poſt Cineres.

An Pergamentstreifen hängen:

1. † S. HERMANNI PLEBANI IN LYMPVRG.
2. *Das Siegel der Stadt Limburg.*

Digitized by Google

458. Papst Johannes XXI. sichert dem Kl. Eberbach den Erbfall seiner Angehörigen zu.

1277, *März 18.*

Orig. Bulle im Landesarchiv zu Idstein.

Johannes episcopus seruus seruorum dei. Dilectis filiis . . . Abbati et Conuentui Monasterii | in Eberbach, Cisterciensis ordinis Maguntine diocesis Salutem et apostolicam benedictionem. Deuotionis uestre | precibus inclinati presencium uobis auctoritate concedimus ut possessiones et alia bo|na mobilia et immobilia que liberas personas fratrum uestrorum mundi relicta uani|tate ad uestrum monasterium conuolantium et professionem facientium in eodem iure | successionis uel alio iusto titulo si remansissent in seculo contigissent et ipsi potuissent | aliis libere erogare feudalibus dumtaxat exceptis ualeatis petere recipere ac libere | retinere sine iuris preiudicio alieni. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostre | concessionis infringere uel ei ausu temerario contraire. Siquis autem hoc attemptare pre|sumpserit indignationem omnipotentis dei et beatorum Petri et Pauli apostolorum eius se nouerit | incursurum. Datum Viterbij XV. Kal. Aprilis Pontificatus nostri anno primo.

An gelb und roth seidenen Fäden hängt die Bulle:

IO
HANNES
PP. XXI.

---

459. Die in der Gemarkung von Gerahe dem Kl. Eberbach zuständigen Gefälle werden gerichtlich festgestellt.

1277, *Septemb. 3.*

Orig. Urk. im Landesarchiv zu Idstein.

. . . decanus ecclesie sce Marie ad gradus Mogun-

Digitized by Google

tine Judex a reuerendo domino. . . . Moguntino Archi-| episcopo deputatus Conſtitutus in noſtra preſencia heinricus dictus Strube de Gerhahe recogno|uit ſe habere ab . . abbate et conuentu monaſterii in Ebirbach dimidiam curiam et dimi|dium pratum ſitum in Gehahe de quibus pro ſe et ſuis heredibus eiſdem abbati et conuentui | Maldrum ceparum annis ſingulis infra aſſumptionis et Natiuitatis beate Marie feſta ſe ſoluturum | promiſit. Item fridericus filius Mangonis pro ſe et Ella muliere ſimiliter in noſtra preſencia con|ſtitutus, recognouit ſe habere una cum muliere predicta a prefatis abbate et conuentu tria | iugera ſita in Gerhahe. de quibus etiam maldrum ceparum infra feſta preſcripta annuatim | pro ſe et ſepedicta muliere ſoluere promiſit eiſdem, nomine penſionis. Actum anno dni M°. CC°. | LXXVII°. III. Non. Septembr.

Nur noch ein Stückchen vom Siegel des Ausstellers hängt an.

---

460. Die Bürgerschaft von Brubag verkauft an das Kl. Eberbach einige Weinbergstücke in dortiger Gemarkung.

1277, *Septemb. 29.*

Orig. Urk. im Landesarchiv zu Idstein.

Omnibus ad quos preſentes literae peruenerint . . Scultetus. Milites. Scabini ceterique tam nobiles quam ignobiles | in Brubag commorantes ſalutem et cognoſcere ueritatem. Uniuerſitatem uestram tenore preſentium cupimus non latere quod extremita|tes ſeu attinentias uinearum que uorheubit dicuntur apud quandam uineam dictam Chiſirſtucke et aliam que dicitur | Spidal. et terciam que dicitur hartlibi iuxta molendinum eccleſie euerbacenſis fratri Rudolfo magiſtro Curtis eccleſie

Digitized by Google

euerbacen|ſis iu ſpeie uendidimus pro duabuſ marciſ monete legalis quas idem R. magiſter nobis preſentauit. ab ipso et ab omnibus | ſuis ſucceſſoribus ſiue magiſtriſ curie predicte in Speie iure hereditario et perpetuo poſſidendas.

Huius uenditioniſ et rei teſtes | ſumus qui et interfuimus. Ego Cunradus dictus Gir. ſcultetus predictus. Godefridus dictuſ Himilstoſs. Ernolfuſ et Fridericuſ Regenoduſ militeſ. | Gobelo filius Lucardiſ heimburgus. Ulricuſ. Godefridus apud puteum. Hermannus ſuevuſ. Hartungus de Doſſinhuſin. ſcabini. | Gerhardus filius aduocati. Hartliuuſ dictuſ Wolf. et alii quam plures una cum Ludewico filio Cereri. In cuius rei teſtimonium | et euidentiam pleniorem. Sigillum uniuerſitatis noſtre preſentibuſ duximus apponendum. Actum et datum anno domini M°. CC°. LXX. ſeptimo. In feſto beati Michahelis archangeli.

An Pergamentstreifen hängt das wohlerhaltene Wachssiegel von Braubach; in der Mitte der Eppsteiner Schild. Die Umschrift ist theilweise beschädigt und so unkenntlich ausgedrückt, dass nur mit Mühe zu lesen ist:

† SI(gill)VM. IVRA(tor)VM IN BRVBAHC.

---

461. Johannes und Nicolaus von Cronenberg, Ritter, verkaufen dem Kl. Eberbach ihre Gefälle in Bunsheim.

1277, *Novemb. 18.*

Orig. Urk. im Gr. G. Staatsarchiv zu Darmstadt.

Nos Johannes et Nicolaus dicti de Cronenberg. Recognoſcimus et proteſtamur publice in hiis ſcriptis quod pari conſenſu | et communicatiſ manibus uxorum noſtrarum uendidimus pure et ſimpliciter et in pro-

prium, iuſto et legitimo uenditioniſ titulo, monaſterio Eberbacenſi ordiniſ Ciſterciensium, Magunt. dioceſiſ, cenſuſ noſtroſ infraſcriptoſ in uilla Bůnſheim nobiſ attinenteſ. Item quartam partem decime in eadem uilla que felcehonde uulgariter appellatur. Item quartam partem curie dicte Dinghof, cum quarta parte iudiciorum, iuriſdictioniſ, reddituum, prouentuum ac aliorum iurium quocunque nomine cenſeantur, ad dictam uillam Bůnſheim pertinencium que nobis competunt, competebant uel competere poterunt in futurum, de quibus omnibus et ſinguliſ etiam dominuſ Burchardus de Wolviſkeln mileſ et filii ſui noſtri conſanguinei treſ parteſ ipſiſ attinenteſ eidem monaſterio uendidiſſe dinoſcuntur, mere proprietatis iure ac titulo perpetuo poſſidenda. Promittimus etiam bona fide noſ conſtanter et firmiter obligenteſ quod de predictiſ omnibus et ſinguliſ in quocunque iudicio tam eccleſiaſtico quam ſeculari. ſeu aliiſ quibuſcunque lociſ ubi requiſiti fuerimus, certam, firmam et perpetuam preſtabimus Warandiam monaſterio memorato et ſi ex defectu taliſ warandie a nobis faciende dictum monaſterium in hiis impedimentum uel impetitionem aliquam ſenſerit a quocunque. noſ omne dampnum ſibi exinde proueniens abſque contradictione qualibet deponemus eidem et ad depoſitionem huiusmodi dampni et etiam ad praeſtandum per nôſ perpetuam Warandiam ut eſt dictum. domini Judices ſce Maguntine ſediſ omni iudiciorum ſtrepitu quieſcente per cenſuram eccleſiaſticam ſi requiſiti fuerint noſ compellent. In quo etiam ipſiſ noſ electionem proprii arbitrii iam nunc ſubicimus ſpontanea uoluntate. Renunciamus nichilominus pro nobiſ et noſtriſ ſucceſſoribus uniuerſiſ in perpetuum cuilibet defenſioni et iuri ſi quod nobiſ uel eiſ in praemiſſiſ aut aliquo praemiſſorum in con-

Digitized by Google

trarium poſſet competere uel debere. Confitemur etiam noſ pagatoſ et quitatoſ eſſe de pecunia. Quadraginta et octo videlicet librarum hallenſium pro quibus vendidimus ipſi monaſterio bona noſtra omnia ſupradicta. Hii autem ſunt cenſuſ quoſ vendidimus. De bonif Heinrici dicti Gumpolt. quatuor unciaſ et ſeptem denarioſ Maguntine monete. De bonif Mechtildiſ ſororis eiuſdem Heinrici undecim unciaſ. Item de bonif domine dicte Haibůccon. quinque unciaſ. Item de bonif heredum Starkeradi treſ unciaſ et dimidiam unciam. et duoſ denarioſ et obulum. ſimiliter Maguntine monete. Item de bonif ſupradictorum H. dicti Gumpolt. et Mechtildiſ ſororiſ ſue triginta duoſ denarios colonienſiſ monete. Qui inquam cenſuſ anniſ ſingulis in feſto beati Remigii ſunt ſoluendi. In quorum omnium teſtimonium et euidenciam pleniorem. preſenteſ litteraſ ſigilliſ predictorum dominorum Judicum ſce Maguntine ſediſ. Ciuium de Oppenheim. Burchardi de Wolviſkeln. Gerhardi de Prumheim militum conſanguineorum noſtrorum una cum ſigillis noſtriſ petiuimus communiri. — Et noſ praefati Judiceſ ſce Maguntine ſediſ. Ciueſ de Oppenheim. Burchardus et Gerhardus militeſ ad petitionem praedictorum fratrum. ſigilla noſtra preſentibus appendimus in teſtimonium premiſſorum. Actum et datum anno dni. M°. CC°. LXX°. VII°. — XV°. Kal. Decembr.

Sechs Siegel hängen an Schnüren an:

1. *Des Geiſtl. Gerichts in Mainz, oben zerbrochen.*
2. *Der Stadt Oppenheim, rechts und links abgebrochen.*
3. S. BVRCARDI DE WOLVESKELN.
4. *Ein ſtehender Wolf* † S. GEBHARDI DE WOLVESKELEN.
5. † S' JOHANNIS DE WOLVISKEL.
6. † S. NICOLAI DE WOLVISK..N.

Digitized by Google

462. Johann und Nicolaus von Cronenberg, Gebrüder, verkaufen ihre Güter bei Leheim an das Kl. Eberbach.

1278, *April 8.*

Orig. Urk. im Gr. G. Staatsarchiv zu Darmstadt.

Nos Joannes et Nicolaus fratres, dicti de Cronenberg. Recognoſcimus et proteſtamur publice in his ſcriptis quod pari conſenſu et communicatis manibus uxorum noſtrarum uendidimus pure et ſimpliciter et in proprium, iuſto et legitimo uenditionis titulo, monaſterio Eberbacenſi ordinis Ciſterciensis, Moguntinae dioeceſis, bona noſtra ſubſcripta in uilla Leheim et eius terminis ſita, manſum unum uidelicet et dimidium. Item jugerum unum et dimidium. Item quinque uirorum meſsiones quae Mannesmat uulgariter appellantur, in pratis quae Ritwiſen dicuntur, et aream unam in uilla Leheim apud curiam Reinheri de Godela ſitam, pro uiginti octo libris Hall. merae proprietatis iure ac titulo perpetuo poſſidenda, reſignatione quoque bonorum eorundem dicto monaſterio coram scultheto, scabinis et incolis uillae, ſecundum ius et conſuetudinem loci, in ſtrata publica facta, promittimus bona fide nos conſtanter et firmiter obligantes quod de eiſdem omnibus et ſingulis in quocunque iudicio tam eccleſiaſtico quam seculari ſeu locis aliis quibuscunque, ubi requiſiti fuerimus, eidem monaſterio certam, firmam et perpetuam warandiam faciemus. Et ſi ex defectu talis warandie a nobis faciendae ipſum monaſterium impedimendum, uel impetitionem aliquam ſustinere contigerit, a quocunque nos omne damnum exinde ſibi proueniens absque omnium contradictione deponemus eidem. Et ad depoſitionem huiusmodi damni, et etiam ad preſtandam perpetuam per nos warandiam ut eſt dic-

Digitized by Google

tum, domini iudices sancte Maguntine Sedis omnium iudiciorum ſtrepitu quieſcente, per cenſuram ecclesiasticam ſi requiſiti fuerint nos compellent. In quo etiam ipſis nos electione proprii arbitrii iam nunc ſubicimus ſponta-nea uoluntate. Renuntiamus nihilominus pro nobis et noſtris ſucceſſoribus uniuerſis in perpetuum cuilibet defen-sioni et iuri ſi quid nobis aut ipſis in praemiſſis aut ali-quo praemiſſorum in contrarium poſset competere uel de-beret, confitemur etiam nos pagatos et quitatos esse de pecunia ſupra dicta uiginti octo uidelicet libris Hallensium: pro quibus dicto monaſterio praefata bona noſtra nos re-cognoscimus uendidiſse. In quorum omnium teſtimonium et euidentiam pleniorem praeſentes litteras sigillis pre-dictorum dominorum iudicum sanctae Maguntinenſis sedis, ciuium de Oppenheim, Burckhardi de Woluiſ-kelen, Gerhardi de Prumheim militum, conſangui-neorum noſtrorum, petiuimus communiri. Et nos prae-fati iudices sanctae Maguntinenſis ſedis, ciues de Oppen-heim, Burckhardus et Gerhardus milites, ad pe-titionem praedictorum fratrum, sigilla noſtra praeſentibus appendimus in teſtimonium et robur omnium praemiſſorum.

Actum et datum anno dni M°. CC°. LXXVIII°. sexto Idus Aprilis.

Die Siegel fehlen.

---

463. In einem Rechtsstreit mit der Gemeinde Gymmesheim erhärtet das Kl. Eberbach eidlich sein Anrecht an die Rheinaue Varenwert.

1278, *Mai 19.*

Orig. Urk. im Landesarchiv zu Idstein.

Decanus ecclesie ſce Marie ad Gradus Maguntine Iudex a ſede apoſtolica delegatus. Cum inter fratrem |

Digitized by Google

Benedictum Syndicum honorabilium uirorum . . . abbatis et conuentus Monaſterii in Eberbach Ciſterc. ordinis Ma|guntine dyocesis ex parte una . et . . sculte-tum, scabinos, juratos et maiores uille Gymmeſheim Wormacienſis dyocesis | nomine uniuerſitatis ibidem ex altera ſuper inſula que uarenwert ſiue uarenſant uulgariter nuncupatur in pre|ſentia noſtra aliquamdiu litigatum fuiſſet, tandem Johannes scultetus de Gymmeſheim, Arnoldus antiquus sculte|tus, Heinricus dictus Greue ac Bertholdus filius Gozmannis procuratores ſiue ſyndici uniuerſitatis hominum | de Gymmeſheim cum mandato ſufficienti et legali comparuerunt coram nobis et in hoc cum fratre Benedicto syndico | supradicto concorditer conuenerunt et conſenſerunt quod ſi idem syndicus cum nouem ſuis confratribus ſiue eſſent monachi | ſiue conuerſi ſuo uellent declarare iuramento quod inſula ſupradicta potiori iure attineret monaſterio in | Eberbach quam uniuerſitati predicte, ipſi et dicta uniuerſitas prefatum monaſterium nunquam de cetero in eadem | inſula uellent impedire aut moleſtare publice uel occulte, qui uidelicet syndicus prout acceptauit | cum nouem ſuis confratribus termino ad hoc ſtatuto preſentibus procuratoribus ſiue syndicis ſupradictis et in hoc | conſencientibus iurauerunt in ſanctis, dictam inſulam potiori iure attinere monaſterio in Eberbach, quam uniuer|ſitati hominum in Gymmeſheim. Quo preſtito iuramento a parte parti delato et quia finis omnium litium | est iuramentum nos habito penes nos ac iurisperitorum conſilio, eandem inſulam ſepedictis abbati et conuentui | monaſterii in Eberbach per diffinitam ſententiam adiudicamus in nomine domini in hiis ſcriptis, predicte uniuerſitati | ſuper ea perpetuum ſilentium imponentes. In-

Digitized by Google

iunximus etiam et precepimus memorate uniuerſitati ſub pena excommunicationis ſententie late ne ſepedictum monaſterium de cetero impediant aut moleſtent in inſula antedicta publice uel occulte, taxationem quoque dampnorum et expenſorum in lite factorum in cauſa predicta nobis reſeruamus, | ſuper quibus ſupradicte partes prout inter ſe conſenſerunt, ordinationi et arbitrio ſtabunt. — Actum Moguntie | anno dni M°. CC°. LXXVIII°. Quinta feria proxima post dominicam qua cantatur cantate.

Von dem Siegel des Ausstellers in rothem Wachs hängt noch ein Stückchen an.

464. Das Kl. Eberbach nimmt eine Schenkung des Scholasters Heinrich zu Limpurg in Empfang.

1278, *Juli 23.*

Orig. Urk. im K. Provinc. Archiv zu Coblenz.

Quoniam pia bonorum ſtudia idcirco litteris mandantur, ut ex hoc pietatis exempla ad alios diriuentur. Nos frater R. dictus abbas et conuentus in | Eberbach. Notum eſſe uolumus uniuerſis tam preſentibus quam futuris, Quod cum uir honeſtus dns Heinricus scolasticus Limpurgenſis erga nos annuam et perpetuam penſionem | ſedecim marcarum denariorum aquenſium uel uetterum colonienſium de prouentibus uinee noſtre de Rinne in ſuperiori Heimbach ſite perſoluendam, pro certa ſumma pecunie nobis tradita et numerata legitime | comparauit hac conditione adieta ut ſingulis annis in feſto beati Bernardi poſt mortem dicti Scolaſtici aut infra octo dies poſt ipſum feſtum ſi tamen in ipſo feſto

Digitized by Google

piſces comode ha|beri non poterunt de dictis ſedecim marcis octo marce ad ſollempne ſeruicium cum pane triticeo. vino franconico et piſcibus conuertantur et quatuor marce cellerario coquine ad meliorationem | pitantie in cena conuentus, a paſcha uſque ad exaltationem ſce crucis, et tres marce infirmario monachorum pro neceſſitatibus infirmantium. necnon et una marca hoſpitali pauperum| omni occaſione remota aſſignentur. Nos deuotionem dicti dni Scolaſtici et affectum eius circa nos non immerito attendentes, ordinationnm iam dictam promittimus pro nobis et pro | poſteris noſtris imperpetuum bona fide obſeruaturos. Hoc eligentes ut ſi quod abſit de praemiſſis aliquod conuentui ſubtractum fuerit in parte uel in toto, uenerabilis pater dns Abbas ſci | Albani Moguntinae dyocis qui pro tempore fuerit, cum ad eum delatum fuerit, a nobis requirat. Et nos de hoc ei reſpondere teneamur quod de omnibus praemiſſis conuentui ſubtractum fuerit uel | hoſpitali illo anno quo ad eum huiusmodi defectus uel ſubtractio fuerit delata, in alios pios uſus ab eo conuertendum. Fiet autem ſolutio dictarum ſedecim marcarum ſingulis annis | quam cito uina dicte uinee uendita fuerint. Et ſi dictus scolasticus uiuens habitum religionis aſſumpſerit atque ad talem ſtatum deuenerit quod eum propriis carere opportuerit, omnis praemiſſa | ordinacio inchoabitur morte eius naturali non expectata, hoc minime praetermiſſo quod in quocumque ſtatu deceſſerit, dies anniuerſarii eius in uigilia beati Bernardi imperpetuum | ſingulis annis a nobis agetur ut eſt conſuetum. In cuius rei euidentiam et perpetuam memoriam . ſigillum noſtrum preſentibus est appenſum. Et nos conuentus quia | proprium ſigillum non habemus, sigillo dni Abbatis no-

Digitized by Google

ſtri uſi ſumus. Actum et datum. Anno dni. M°. CC°. LXX°. octavo. In craſtino beate Marie Magdalene.

An violett und weiss seidenen Fäden hängt zerbrochen das Siegel des Ausstellers in rothem Wachs.

465. Schiedsrichterlicher Spruch in Streitsachen zwischen dem Kl. Eberbach und dem Pfarrer zu Heisensheim wegen Zehnten daselbst.

—

1278, *Decemb. 22.*

Orig. Urk. im Gr. G. Staatsarchiv zu Darmstadt.

Nos Jacobus Scolaſticus ſancte Marie ad gradus, magister Daniel Scolaſticus ſancti Johannis et magister Gyſo canonicus | iam dicte ſancte Marie ad gradus eccleſiarum Maguntinenſium, arbitri arbitratores, amicabiles compoſitores ſeu boni | viri. In cauſa que inter religioſos et honorabiles viros abbatem et conuentum monaſterii Eberbacenſis ex vna | parte et Erkenboldum rectorem ecclesie ſancti Georgii in Heiſenſheim Maguntine dioceſis ex altera super decima | dicto rectori uel eius ecclesie persoluenda auditis et intellectis que iam dicte partes coram nobis proponere | uoluerunt, lecto etiam et plenius intellecto quodam priuilegio quod ſic incipit : Alexander epiſcopus ſeruus | ſernorum dei uenerabilibus fratribus etc. et sic finitur: Si quis autem hoc attemptare preſumpſerit, indigna|dionem omnipotentis dei et beatorum petri et pauli apoſtolorum eius se nouerit incurſurum. Datum Laterani XIX. | Kal. Januarii pontificatus noſtri anno primo, quod priuilegium dicti abbas et conuentus pro ſua exemptione | et libertate coram nobis allegauerunt et in medium produxerunt, Cognitis eccleſie predicte meritis, habi|to interpretatorum conſilio et plena delibe-

ratione nobiſcum inuocato dei nnmine taliter pronunciamus et ſententialiter | diffinimus, quod dicti abbas et conuentus a preſtatione decime perſoluende dicto rectori uel ecclesie supra dicte tam de poſſeſſionibus habitis ante concilium generale quam de noualibus siue ante siue poſt conci|lium acquiſitis que propriis manibus aut sumptibus excolunt, nec non de ortis et uirgultis, pratis | . paschuis, nemoribus, molendinis, siluis et piſcationibus ſuis et de ſuorum animalium nutrimentis eterno | seruari debent immunes ex virtute priuilegii supradicti, de apibus uero, quia nondum plene deliberaui|mus, pleniori noſtre diſcuſſioni et examini reſeruamus. Hanc autem noſtre pronuntiationis et diffinitionis | sententiam sub pena in compromiſſo uel arbitrio comprehenſa videlicet decem marcarum pe|cunia ſoluenda pro medietate nobis arbitris et pro residua parte seruanti arbitrium a parte arbi|trium non ſeruante a predictis partibus firmiter et inuiolabiter obſeruari. Actum Maguntie | anno domini M°. CC°. LXXVIII. X. Kal. Januarii.

Das Siegel fehlt.

---

466. Die Pfarrei Leheim und das Kl. Eberbach werden in einem Rechtsstreit über Zehnten vom Hof Rithusen verglichen.

1279.

Orig. Urk. im Gr. G. Staatsarchiv zu Darmstadt.

Nos Jacobus ſce Marie et Daniel ſci Johannis ecclesiarum Maguntinensium scolaſtici. Ad uniuerſorum tam preſentium quam futurorum | noticiam cupimus peruenire quod cum venerabiles viri abbas et conuentus monaſterii in Ebirbach ex parte Embrichonis recto|ris eccle-

Digitized by Google

sie in Leheim coram judicibus Maguntinis tracti fuiſſent in cauſam, idem rector propoſuit contra eos quod licet | curtis eorum dicta Rithuſen in terminis ſue parochie ſita eſſet, ipſi tamen a tempore ſue creationis nec ſibi nec ſuis predeceſſoribus a retroactis temporibus de eadem curte decimas aliquas perſoluerint, quamuis hoc de iure communi facere teneantur, petens eos ad ſolutionem huiusmodi decimarum ſibi de cetero faciendam et ſubtractarum decimarum reſtitutionem quas ad decem marcas colon. denariorum eſtimabat compelli Dicti vero abbas et conuentus pro ſui defensione quoddam inſtrumentum in medium proferebant, in quo euidenter apparuit quod olim per quandam compoſitionem auctoritate domini Criſtiani Archiepiscopi Maguntini confirmatam rectori eiuſdem parochie sex tritici et quatuor auene maldra pro dicte curtis decima perpetuo ſunt ſoluenda, tandem poſt multas altercationes in nos tanquam in arbitros arbitratores ſiue compoſitores amicabiles compromiſſum extitit a partibus hinc et inde. Nos igitur tenore dicti inſtrumenti diligenter inſpecto. quia auctoritate predicti archiepiſcopi prefatam compoſitionem inuenimus eſſe realem, arbitrando pronunciamus eundem rectorem predictis sex tritici et quatuor auene maldris pro decima praefate curtis inantea contentum eſſe debere, pro decimis uero hactenus non ſolutis. ſepedicti abbas et conuentus eidem rectori in Octava nunc uentura tres et dimidiam, et in Aſſumptione Epiphanie Beate Marie Virginis proxime ſubſequente ſimiliter tres et dimidiam marcam colonienſium denariorum perſoluent. et ſic inter partes eaſdem circa decimas non ſolutas et decetero perſoluendas per noſtrum arbitrium omnis queſtio eſt ſublata. In cuius rei teſtimonium preſens arbitrium noſtris

Digitized by Google

ſigillis duximus roborandum. Actum anno dni M°. CC°. LXXIX°.

An Pergamentstreifen hängen die beiden Siegel von grünem Wachs: 1. IACOBI SCOLASTICI S. MARIE AD GD'. MAG.
2. (dani) ELIS. *mit undeutlicher Umschrift, auf der rechten Seite abgebrochen.*

467. Die Burgmannschaft von Schonenburg befreit das Kl. Eberbach von dem Zoll bei ihrem Schlosse.

1279, *Febr. 24.*

Orig. Urk. im Landesarchiv zu Idstein.

Omnibus imperpetuum ad quos hec litere peruenerint. Nos uniuerſi de Schonenburg tam milites quam armigeri ſiue famuli cupimus | eſſe notum quod noſ ordinis ſanctitatem, morum honeſtatem, uite ſinceritatem, conuerſationemque laudabilem in viris religioſis domino Richolfo Abbate et conuentu | de Erbach Cyſtercienſis ordinis attendentes . quodque circa noſ ipſos ſemper ſenſimus et inuenimus beniuolos et deuotos et precipue dei eiuſque genitricis intuitu quibus | iidem viri ſtrenue famulantur. Ipſis ex communi deliberatione pariter et conſenſu graciam et amicitiam facere decreuimus ſpecialem. Hoc inter nos | ſtatuentes firmiter et mutua datione fidei compromittentes fideliter tam pro nobiſ quam pro noſtriſ, Caſtri quoque Schonenburg ueris heredibus et ſucceſſoribus | in eternum. Si ad talem ſtatum deuenerimus quod nos communiter ſeu ſpecialiter aliqui vel ſaltem unus ex nobis quod theloneum ſiue pedagium ſuper | Renum uel in ſtratis auctoritate propria uel aliena recepimus quoquo modo. Ipſos et omnia bona eorum nunquam arreſtabimus, verum ſemper | ab omni exactione et

Digitized by Google

theloneo et omni eo etiam quod famuli requirere conſueuerunt quocunque nomine cenſeatur, ſolutos prorſus et liberos dimittemus. | Adicientes quod non ſolum quemadmodum premiſſum eſt eos ſolutos dimittimus, verum etiam eoldem Erbacenſes et omnia bona ipſorum ex nunc ſemper in antea ubicunque poſſe habuerimus in noſtram protectionem recipimus et conductum. promittenteſ eos et eorum bona nos ſemper protecturos et pro viribus defenſu|ros, et ſi quod abſit quiſqam ex nobis in contrarium quicquam, omnium | que premiſſa ſunt attemtare preſumpſerit. proceſſuros noſ communiter contra illum Sperantes pro huiuſmodi ipſorum meritis et orationibus de manu omnipotentis dei remuneratoris bonorum omnium in eterna beatitudine noſ centu|plum recepturos. In cuius rei teſtimonium et noticiam euidentem preſenteſ literas ſuper eo conſcribi et noſtro communi ſigillo nec non | et ſigillis noſtris ſpecialibus uidelicet mei Friderici dicti de Laynſten, mei Friderici de Argentina dicti, mei heinrici dicti de bacharach, mei the|oderici dicti reude, et mei Emelrici fecimus communiri. Datum anno domini M°. CC°. LXX°. IX°. VI. Kal. Marcii.

Sechs Siegel hängen:

1. SIGILLVM MIL.....SCONENBVRG, *am Rande beschädigt.*
2. *Ein Bruchstück, ohne Umschr.*
3. S. FREDERICI DE S...HEN...
4. † SIGILLVM HE... ESCONE..RC.
5. † SIGIL'..... ONENBVRCH.
6. S. EMELR... .SCONENBORC.

Digitized by Google

468. Symon von Hepinhefthe, Ritter, und seine Frau Methildis vermachen dem Kl. Eberbach ihren Hof Geynheim bei Bingen.

1279, *März 12.*

Orig. Urk. im Gr. G. Staatsarchiv zu Darmstadt.*)

In nomine domini Amen. Nos Symon de hepinhefthe miles et Methildis uxor nostra Omnibus ad quos presens scriptum per|uenerit volumus esse notum Quod nos communicata manu et consensu unanimi ob Reuerentiam dni omnipotentis et sancte Marie matris | eius uirginis, nec non omnium sanctorum pro salute animarum nostrarum curiam nostram sitam apud pinguiam cum siluis, pratis, pascuis | et omnibus juribus et pertinentiis ad eandem, que Geynheim dicitur libere damus, contulimus et legamus Ebirbacensi et Otthirburgensi | ecclesiis communiter. Quam pro annuo censu recepimus ab ecclesiis supradictis uidelicet una marca monete communiter usualis. in festo | Natiuitatis domini quamdiu vixerimus tantum modo persoluenda. Uno vero inter nos duos mortuo, alter eandem curiam Geynheim pro toto | censu quam-

*) Die Urkunde ist in doppelter Ausfertigung vorhanden. — An dem Duplikat hängen: 1. das Siegel des Abtes von Eberbach (SIGILLVM ABBATIS DE EBERBACH), grünes Wachs, unversehrt; 2. das Siegel des Abtes von Otterburg (SIGILLVM ABBATIS DE OTTERBVRG), grünes Wachs, unversehrt; 3. das Siegel Symons von Heppenheft, beschädigt († S... ONIS DE HEPP....), grünes Wachs); 4. das Siegel Emercho's beschädigt († S. EMERCHONIS DE HEPP... E.); 5. das fünfte Siegel mit dem Wappen, gleich dem des Emercho, bis auf †..... DE. HE....., abgebrochen; das 6. Siegel, ein grosser in viele Rauten getheilter Schild (SIG..... DOMINOR'..... BVRG); das 7., ein gleicher Schild mit einem gleichgeformten Herzschild in der Mitte († SI..... ERIC..... ENBVRG).

Digitized by Google

diu uixerit obtinebit. Ambobus nobis mortuis ſine contradictione heredum uel eciam coheredum noſtrorum aliquorum antedicte | eccleſie eandem curiam pacifice obtinebunt. In cuius rei teſtimonium preſens ſcriptum ſigillorum preſencium munimine roboramus uidelicet | uenerabilium patrum abbatum Ebirbacenſis et Otthirburgenſis eccleſiarum, mei Symonis ſupradicti, Embriconis mei fratris . et friderici ds Hepinhefthe. Conſanguineorum meorum caſtri de Schonenburg. Necnon friderici Burggravii de Loinſtein. Et nos omnes ſupradicti | per noſtra sigilla hec omnia cognoſcimus eſſe uera. Actum et datum anno dni M°. CC°. LXXIX°. In feſto beati Gregorii pape.

An blauer Schnur hängen die Siegel:

1. *Des Abts von Eberbach, beschädigt.*
2. *Des Abts von Otterburg, als kleines Bruchstück.*

3.—7. *sind abgerissen.*

---

469. Das Kl. Eberbach nimmt eine Vertragsurkunde der Ritter Heinrich und Wilhelm Eselwecke von Scarpinstein in Verwahrung.

1279, *Mai 21.*

Orig. Urk. im Landesarchiv zu Idstein.

Uniuerſis preſentium inſpectoribus. Nos Heinricus et Wilhelmus fratres et milites dicti Eſelwecke | de Scarpinſten salutem in eo qui eſt omnium uera ſalus. Cum ea que fiunt in tempore ſimul labantur cum tempore, expedit ut dictis teſtium aut ſcriptorum munimine roborentur. Nouerit preſens et ſucceſſiva etas | ac poſteritas quod nos accedente nostro unanimi conſenſu et uoluntate ſuper feodis et feodalibus nostris. qui-

Digitized by Google

buſlibet | et quantiſlibet ordinanda concordauimus in hunc modum. Ita ſcilicet quod quicumque nostrum primo debitum corporis exſoluens | uiam carnis uniuerſe fuerit ingreſſus, mulier legitima alterius cum ſuis pueris ſiue maſculini ſexus fuerint uel | feminini eandem partem et portionem feodorum et feodalium habebit et poſſidebit eodem iure et ſimili perceptio|ne ſicut ſuus maritus, pater ſuorum puerorum commode poſſidebit. Hoc adiecto quod ſi relicta fratris mortui alteri viro | nupſerit uel contraxerit cum aliquoquam, extunc frater ſuperſtes et uiuus eandem relictam ab omnibus feodis et | feodalibus remouebit. Tutelam et mundiburdiam puerorum fratris mortui ſibi aſſumens, ipsis pueris omnia | et ſingula feoda et prouentus ipsorum ſorte equanimi parciendo. Hanc autem litteram decreuimus in monaſterio Eberbacenſi reſeruari perpetuo. Ita ut cum neccessitas exegerit non niſi illis ad quos pertinet ibidem legenda exhibeatur | viris infra clauſtrum, mulieribus uero ad portam. Poſtquam lecta fuerit in monaſterio reſeruanda nec uſquam alias | deferenda. Si uero negotium requiſierit ut tenor neceſſarius ſit in aliquo loco idem tenor ſub ſigillo | abbatis de Eberbach tranſcriptus deferatur. In cuius rei euidentiam Religioſi viri fratris et domini Richolfi | abbatis Eberbacensis. Syfridi militis et dapiferi in Rinberch ſigilla et mei heinrici predicti sigillum | preſentibus ſunt appenſa. Datum et actum Anno dni. M°. CC°. LXX°. IX°. In feſto penthecoſten.

Die drei Siegel hängen, ziemlich beschädigt, an

1. *Des Abtes von Eberbach.*
2. † S. SIFRIDI D..... FERI MOG.
3. † ..... HARFENS...

Digitized by Google

470. Werner von Boland verkauft dem Kl. Eberbach seinen Hof in Mozsebach.

1279, *Juli 1.*

Orig. Urk. im Landesarchiv zu Idstein.

Wernherus de Bolandia Imperialis aule dapifer. Notum esse cupio uniuersis tam presentibus quam futuris has litteras visuris | uel etiam audituris, me Curiam meam in Můzsebach cum uniuersis scabinis et hůbis eidem curie attinentibus et quidquid bonorum | illo tempore ibidem habui uel habere potui. . . Religiosis uiris . . . abbati Ebirbacensi totique suo conuentui uendidisse. Profiteor et | recognosco nichilominus in hiis scriptis quod nec Ego nec mei progenitores infeodauimus Sifridum de frauwinstheiu in talibus Censibus quos idem | soluere tenetur seu tenebitur de huiusmodi hůbis quas possidet ad supradictam curiam spectantibus, nec aliquem de Censu suo qui aliquam | uel aliquas hůbas dicte curie attinentes dinoscitur possedisse. In cuius rei memoriam dedi prenotato . . . abbati suoque conuentui presentem | Litteram mei sigilli munimine roboratam. Datum anno domini Mill. CC°. LXX°. Nono. In Octava beati Johannis baptiste.

An Pergamentstreifen hängt das wohlerhaltene Siegel:
† S. WERNHERI DE BOLANDIA IMPERIAL' AULE DAPIFERI.

471. Wernher, Erzbischof von Mainz, erneuert dem Kl. Eberbach das Märkerrecht in den rheinganischen Waldungen.

1279, *Novemb. 10.*

Orig. Urk. im Landesarchiv zu Idstein.

Wernherus dei gratia sce Maguntine sedis Archiepiscopus. Sacri Imperij per Germaniam Archicancella-

Digitized by Google

rius. Nouerint vniuerſi preſencium | inſpectores quod nos priuilegium felicis recordationis quondam Sifridi Archiepiſcopi Moguntini non cancellatum non abolitum nec | in parte aliqua uiciatum uidimus et legimus in hec uerba *). In nomine ſce et indiuidue trinitatis. Sifridus dei gracia ſce Maguntine ſe|dis archiepiscopus. Vniuerſis hoc ſcriptum inſpecturis salutem in omnium ſaluatore. Et libenter perſonas bene meritas honoramus. | et diguis eorum precibus obtemperamus. cum ad utrumque ex iniuncto nobis officio teneamur. Cuius rei gratia dilecte nobis filie Euerbacensi [1]) ecclesie. [2]) | Ciſterciensis ordinis que uitulos labiorium ſuorum. inceſſanter pro nostra salute domino immolat. tranquillitati et prouectui [3]) eiusdem intendentes indulsimus. conceſſimus. et tradidimus. eo frui iure quod uulgariter. Marke. dicitur. in siluis pre|fato monaſterio hinc inde paſsim adiacentibus. quo hactenus uſque ad tempora nostra cognoſcitur uſa fuiſe. Nec liceat aliquibus | uillanis in pago Reni ſiue in aliis uillis adiacentibus prefato monaſterio bannum quemcumque ſtatuere ſine conſensu fratrum | Eberbacenſium. [1]) sed ubicumque ſtatutum fuerit de communi conſilio tam a fratribus quam a villanis communiter teneatur. Siquis | uero contra hanc nostram indulgentium. conceſsionem.

*) Wir nehmen das Transſumpt Werners um so lieber wörtlich auf, als dasselbe von der oben (B. I, Nr. 138) aus Ocul. Mem. II. abgedruckten Copie einige Abweichungen enthält. Zwischenzeitlich ist aber auch Sifrids Orig. Urk. zum Vorschein gekommen, der an grünen und röthlichen seidenen Schnüren das Siegel des Ausstellers, in rothem Wachs, wenig beschädigt anhängt. Die Schreibart variirt gegen Werners Transſumpt in: 1. euerbac. statt Eberbac; 2. Euerb. eccles. st. eccles. Eberb.; 3. profectui st. provect.

Digitized by Google

immo traditionem. memo|ratum monaſterium in jure supradictarum ſiluarum | inquietauerit. ſciat se omnipotentis dei et gloriose genitricis | eius. necnon et nostram indignationem procul dubio incurſurum. | Vt autem hoc nostrum tam celebre factum robur debitum ſorciatur. hanc litteram ſcribi et sigilli nostri munimine fecimus roborari. | Actum anno dominice incarnationis M°. CC°. XXV°. | Pontificatus nostri anno. XXIIII°.

Nos igitur dilectorum in Chriſto Abbatis et conuen|tus monaſterii antedicti deuotis ſupplicacionibus inclinati indulgentiam, conceſſionem et traditionem eidem monaſterio ſuper | iure predictarum ſiluarum factas per Archiepiſcopum memoratum, in omnibus et per omnia approbamus, ratificamus, innouamus, confir|mamus et preſentis ſcripti patrocinio communimus. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtre approbationis, | ratificationis, innouationis et confirmationis infringere uel eidem auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare pre|ſumſerit indignationem omnipotentis dei et noſtram ſe nouerit incurſurum. — Datum Pinguie. Anno dni. M°. CC°. LXXVIIII°. | III°. Idus Nouembr. Pontificatus uero noſtri Anno uiceſimo.

An blassrothen seidenen Schnüren hängt wohlerhalten das Siegel des Ausstellers. Umschr.:

WERNHERVS DEI GRA SCE . . . VNTINE SEDIS ARCHIEPS.

472. Dem Kl. Eberbach wird sein Recht als Mitmärker der rheingauischen Waldungen gerichtlich bestätigt.

1279, im Novemb.

Orig. Urk. im Landesarchiv zu Idstein.

Nos Symon dei gracia Decanus Maguntie Notum facimus vniuerſis preſens ſcriptum uiſuris quod cum inter

viros religioſos . . Abbatem et Conuentum de Eber|bach ex parte una . et vniuerſitates uillarum Rinichouie ex altera ſuper inciſione lignorum nemoris et ceteris communibus iuribus queſtio uerteretur. Abbate et Conuentu aſſerentibus ſe merito debere gaudere eo iure in nemoribus, paſcuis et aquis tam propinquis quam remotis quod uidelicet ius Marke uocatur quo dicte vniuerſitates gau|debant et gaudent. et ſuper hoc exhibentibus quedam inſtrumenta pro ſe precipue inſtrumentum felicis recordationis Domini Syfridi quondam Archiepiſcopi Maguntini. Et ali|ud inſtrumentum confirmationis Dni Cûnradi ſedis Romane legati, Et tercium inter cetera hoc continens quod monaſterium in Nemore communi deberet habere duos foreſta|rios conuerſos, vniuerſitatibus predictis contradicentibus et excludere uolentibus dictos Abbatem et Conuentum a iuribus ſiluarum, Et uenerabilis dominus noſter Archiepiſcopus pro eo quod propter oc|cupationes diuerſas huic cauſe perſonaliter intendere non ualens. nobis et viro diſcreto Galloni vicedomino Rinichowie tamen commiſerit audiendam. Nos partibus conuocatis in Locum qui dicitur Lucelnauwe preſentibus pluribus Miniſterialibus Eccleſie Maguntine post multa hincinde propoſita de maturo conſilio ipſos Miniſteriales ex parte dni Archiepiscopi ſub | iuramento fidelitatis ammonere curauimus. quatinus dei timore pre oculis habito iudicarent quid ſibi iuris ſeu iuſticie uideretur in hac parte, utrum uidelicet dicti Abbas et con|uentus dicto iure gaudere deberent, an eſſent ab eo penitus excludendi. Qui habita deliberatione et conſilio vnanimiter in hoc concordauerunt proponentes quod omnes in | confinio quolibet reſidentes equale ius in nemoribus, paſcuis, et aquis ſecundum morem regionis habere deberent, niſi

Digitized by Google

huiusmodi iuris renuntiatio legitime probaretur. Et | sic per consequens prefati Abbas et Conuentus qui similiter sunt incole Rinichowie a nemoribus, pascuis, et aquis seu aliis communibus iuribus que marke dicuntur, non essent | excludendi. Quam sententiam cum ad Dominum Archiepiscopum detulissemus, iterato mandatum ab eo recepimus ut partibus denuo conuocatis monasterio de Eberbach ius suum | redderemus. Cuius mandatum exequi uolentes secunda uice partibus conuocatis in loco predicto, Ministeriales et alios fidedignos in animas suas sub iuramento fidelitatis] ammonuimus ut proponerent quod sibi iustum et rectum super premissis uideretur. Qui sententiam antea prolatam innouantes, asserebant se non posse contrarium inuenire. | Hec nos attendentes sepedictos Abbatem et Conuentum iudicauimus et auctoritate nobis commissa iudicamus, memoratis iuribus que Marke dicuntur, nullatinus esse priuan|dos. Et quicumque eos contra premissam sententiam tam in sectione lignorum quam in pascuis uel aliis iuribus sepedictis impedire, aut molestare presumpserit iniuriatur | eisdem. presertim cum pars aduersa dicte uidelicet vniuersitates probare non possint . . Abbatem et Conuentum de Eberbach umquam iuri suo renunciasse in hac parte. In huius rei | testimonium. et perpetuam memoriam sigillum nostrum una cum sigillo Emerchonis fratris et concanonici nostri qui predicte cause nobiscum interfuit presentibus duximus | apponendum. — Datum anno dni. M°. CC°. LXX°. Nono. Mense Nouembri. Anno Pontificatus Domini Wernheri Archiepiscopi Moguntini XX°.

An rothseidenen Schnüren hängen die Siegel:

1. ✠ S. SIMOIS. DECANI. MOGVT. ET .PP'I I. SCI. VICTORIS., *wohlerhalten.*
2. ✠ S. EMERICHONIS ... MAG ..., ..., *zerbrochen.*

Digitized by Google

473. Das Kloster Schoenau verfügt über ein Vermächtniss weil. Gerhards von Aachen.

1279, *Decemb. 26.*

Orig. Urk. im Landesarchiv zu Idstein.

Frater Otto dictus abbas Schonaugie et conuentus ibidem. Notum esse cupimus uniuersis presentis scripti seriem | conspecturis quod nos de pecunia quam pie memorie Gerhardus. de aquis. nobis et nostro monasterio in elemosinam depu|tauit, comparauimus octo libras hallensium censuales. quarum quatuor in Spirensi ciuitate relique vero quatuor persoluuntur | in Waltdorf. De quibus octo libris dabitur nobis seruitium annuatim in anniuersario supradicti Gerhardi quod Vi|ti martiris est agendum. Quicquid autem de ipsis octo libris residuum fuerit supra seruitium memoratum. in usus | conuentus similiter conuertetur. Porro si per negligentiam prouisorum quod absit de prefatis octo libris secundum quod pre|missum est aliquid fuerit pretermissum. hoc ipsum pene nomine illo anno conuentui de Eberbach est soluendum. In | cuius rei testimonium atque robur presentes litteras memorato conuentui de Eberbach assignauimus sigilli nostri | munimine roboratas. Datum anno dni. M°. CC°. LXX°. nono. in die Inventionis sci Stephani prothomartiris.

Das anhängende Siegel ist beinahe unversehrt. Umschr.:
† SIGILLVM ABBATIS SCONAVGIE.

Digitized by Google

474. Philipp und Wernher von Mincenberg, Gebrüder, verstatten dem Kl. Eberbach den Weidgang bei Haselach und Gebenburnen.

—

1280, *im April.*

Orig. Urk. im Landesarchiv zu Idstein.

Vniuerſis preſens ſcriptum viſuris Philippus et Wernherus fratres et domini de Mincenberg ſalutem in domino ſempiternam. Accedentes ad | nos uiri religiosi .. abbas et conuentus in Ebirbach conqueſti ſunt nobis quod cum de gratia predeceſſorum noſtrorum dominorum de Mincenberg | oves et cetera pecora eorum de haſelach et de Gebenburnen hactenus uſa ſint paſcuis in nemoribus meis, dictis grangiis | contiguis, nunc a noſtra familia ab ipſis paſcuis repelluntur, et indebite moleſtantur, ſupplicantes nobis, ut ſuper hoc | eis uellemus prouidere. Nos igitur dictos abbatem et conuentum exemplo predeceſſorum meorum conſimili gratia perſequi volentes officiato nostro uolgariter dicto forſt meiſter, et aliis de familia nostra commiſimus, ut in ipſis nemoribus, locis per|ſpectis eadem loca exprimerent nominatim, quod et fecerunt coram nobis et abbate nec non et quibusdam fratribus de conuen|tu prout inferius annotantur. Videlicet a porta Gebenburnen uſque Greuenhuſen, Item a Greuenhuſen ante locum | dictum ſchachen uf, uſque ad viam que verſus arheiligen de Darmeſtat ducit. Item ab eadem via verſus Berſtratiam quantum volunt. Item ex altera parte a porta dicte Curie uſque ad locum dictum Gerharſtech, et de eodem loco. uſque ad | locum dictum Rappen mûlen. et de Rappen mûlen ante duas villas Bûdelburnen et paruam Gerahe, et circa | ipſas villas uſque ad paludem verſus Wolfiſkelen. et locum dictum Breidenloch

Digitized by Google

totaliter, in quibus locis oves et pe|cora dicte grangie ſine cuiusque prohibitione ſeu pignorum ablatione paſcentur. Oves uero de haſelach eodem modo | libere ſine cuiusque prohibitione ſeu pignorum ablatione paſcentium hiis locis, a porta uidelicet curie uſque ad | viam dictam huſerwech et ab eadem via uſque ad pontem huſilbrucke . de ipso vero ponte uſque ad viam dictam | ſtederwech. et ab hac uſque ad viam dictam afholdere. et ab hinc uſque ad locum dictum ſtederſpiez. de quo | ad locum dictum Godefrides forſt ſecundum poſitionem ſignorum. preterea concedimus paſtoribus dicte curie tranſitum | cum ouibus et pecoribus per viam dictam mülenwech . que ducit directe per nemus noſtrum Camerforſt uſque ad locum | dictum Lach . qui attinebat domino de Winſberg, ita duntaxat quod nec oues nec alia pecora eiusdem curie circa | viam eandem non paſcantur, et ſi ſecus factum fuerit, paſtores teneantur ad emendam. Verum quia ſepedicti abbas et | conuentus omnia premiſſa a nobis ſibi facta reputant de gratia, non de iure nobis promiſerunt quod illa ſeruitia | que hactenus dominis de Mincenberg et nobis pro eiſdem paſcuis impenderunt, de cetero beniuole impendent et quod | nobis ſuper omnia gratiſſimum eſt pro nobis et noſtris diuinam miſericordiam implorabunt. Et nos frater R. dictus | abbas et conuentus in Ebirbach promittimus hec noſ fideliter obſeruaturos. Ut autem omnia premiſſa robur optineant perpetue firmitatis ſigilla noſtra Ph. videlicet et W. una cum ſigillo venerabilis patris domini| abbatis de Ebirbach preſentibus ſunt appenſa. Datum anno domini M°. CC°. LXXX°. Menſe Aprili.

Drei Siegel hängen an Schnuren:

1. † SIG . . . . . I DE. MIN . . . . . RC., *zu beiden Seiten stark*

Digitized by Google

beschädigt; Reitersiegel, ein Minnstrauch unter dem Pferde.

2. † SIG. . . . . WER . . ERI DE. MI . . ., *Reitersiegel, drei Minnsträucher unter dem Pferde, beschädigt.*

3. *Des Abtes von Eberbach.*

475. Der erfolgte Tausch zweier Höfe in Osterspeie wird als gültig anerkannt.

—

1280, *Juli 22.*

Orig. Urk. im Landesarchiv zu Idstein.

Nos Cunradus de Liningen. et ego Rudolfus filius quondam Wilhelmi dicti Rebein caſtellani de Waldecken. Tenore preſentium conſtare volumus uniuerſis preſens ſcriptum viſuris et audituris quod nos concambium illud quod factum eſt per fratrem Rudolfum magiſtrum curie | in Oſterſpeie et Gerlacum filium Gyſelberti ibidem de areiſ duabus | ibidem. ratum habemus atque firmum et profitemur hoc etiam factum cum | nostra bona voluntate. Huius rei teſteſ ſunt qui et interfuerunt. Enfridus | et Hartliuus frater ſuus. Wipertus et Eberhardus. Cunradus dictus piſcator. | ſcabini. In cuius rei teſtimonium et certitudinem pleniorem fideiuſſores conſtituit Gerlacus fratri Rudolfo quod iuſtam warandiam faciat eidem Rudengerum et Petrum. Et ad maiorem cautelam . preſentem ſcedulam | exinde conſcriptam nos Cunradus de Liningen. noſtro roborauimus ſigillo in certitudinem ſuper eo. Actum et datum anno dni M°. CC°. LXXX°. In vigilia | marie magdalene.

In Pergamentstreifen hängt, etwas beschädigt, das Siegel des Ausstellers. Umschrift: S.C. . . . DI BOZONIS DE WALDEKE.

Digitized by Google

476. Das Kl. Eberbach vergleicht sich mit der Gemeinde Ysenheim über verschiedene Streitigkeiten.

—

1280, *Aug. 22.*

Orig. Urk. im Gr. G. Staatsarchiv zu Darmstadt.

Nos ... Abbas Totusque Conuentus monasterii Eberbacensis, et nos .. scultetus, . . scabini et vniuersitas ville Ysenheim | Recognoscimus et presentibus protestamur, quod discordia siue dissensio, que inter nos orta fuit et habebatur super quodam cam|po terre arabilis quem nos abbas et Conuentus de campo predicte ville Ysenheim traximus in campum ville Olmene | et fructificauimus in eodem, Item super via que uocatur Rodeweg in qua nos scultetus, scabini et vniuersitas predicti per Bundam eorundem abbatis et Conuentus procedere debebamus, taliter est sopita, quod nos abbas et Conuentus in re|compensam et in restaurum ipsius vie et campi predicti dedimus et damus prefate vniuersitati tria iugera pratorum sitorum | apud Ruchelnheim perpetuo obtinenda, et duas marcas colonien. denariorum, ita quod pecora nostra uidelicet abbatis et | Conuentus tantum modo quarta feria in septimana pasci debent in vniuersis campis ville Ysenheim supradicte, iugeribus fruc|tificatis exceptis. Reliquis uero diebus usque ad decem Jugera dominarum penitentium in Maguncia, et non ultra per utrosque | campos nos abbas et Conuentus sine dampno cum nostris pecoribus procedemus. Nos eciam scultetus, scabini et vniuersitas | prenotati pellemus et pascemus nostra pecora uniuersaliter per totum campum perpetuo, ita quod eisdem abbati et Conuentui | in campis suis fructiferis nullum dampnum penitus inferemus, et nos eciam per illam viam quam ipsi abbas et | Con-

Digitized by Google

uentus ante portam Curie ſue Birkehe | procedunt annis ſingulis, procedemus, et ad aliam viam eos non debemus| aliquatenus cohercere. In cuius rei euidentiam et perpetuam firmitatem preſentem litteram, sigillo honorabilium virorum | dominorum Judicum ſancte maguntine ſedis petiuimus communiri. Et nos Judices ſancte maguntine ſedis ad peticionem | ipſorum sigillum Sedis maguntine preſentibus duximus appendendum.

Actum Maguncie anno domini M°. CC°. LXXX°. | XI. Kalendas Septembris.

Das Siegel der Mainzer Richter hängt zerbrochen an.

477. Reinold von Worms und seine Frau Lieba vermachen dem Kloster Schoenau alle ihre Güter.

1281, *Febr. 15.*

Orig. Urk. im Landesarchiv zu Idstein.

Frater Wernherus dictus abbas totusque conuentus Schonowie Univerſis Chriſti fidelibus tam modernis quam poſteris cupimus eſſe notum quod Reinoldus ciuis Wormatiensis et uxor ipsius Lieba cupientes | commutare temporalia pro eternis bona ſua inferius annotata nobis et nostro monasterio communicata manu liberaliter contulerunt. uidelicet cuuriam ſuam in Hentſchuhisheim cum XX. | jugeribus vinearum dicte curie adiacentibus quarum XII. dicuntur Nulende, et omnes alias vineas quaſ in terminiſ dicte ville Hentſchuhisheim, et quas in Nuwinheim, in Doffinheim | et in Schrieſheim, ac in terminiſ earundem villarum habebant, quarum vinearum numeruſ uſque ad XLIIII. jugera ſe extendit. Item agros ſuos campeſtres in marcha

Hentſchuhisheim | qui ad opus uniuſ aratri ſufficere dinoſcuntur. Item euriam ſuam in Leutenburg, in qua olim reſidentiam faciebant, et aliam curiam ſitam ibidem que quondam fuit Bartonif. | Item ſex jugera in Owia que fuerunt Godefridi de Walſtat, necnon omnia que habebant in Leutenburg et in terminis ipsius in agris, cenſibus ac aliis uniuerſis quocumque nomine | cenſeantur. Item prata ſua in terminiſ ville keverntal que XVI. viris una die ſufficiunt ad tondendum. Item redditus XVI. librarum hallensium et XVI. capponum in Opphinbach. Item X. | libraſ hallensium et X. cappones de Butirſbach anniſ ſingulis perſoluendos. Item XXIIII. maltra ſiliginis. IIII. maltra caſeorum et caſeum unum magnum qui de curia nostra Scharra | perpetuo de quadam decima perſoluentur. Item in Paſſagio vertilvar IIil. libras et IIII. uncias hallensium. Item de piſcationibus apud Dagisbach prope Heidelberg X. uncias hallensium. Hec et | alia uniuerſa quecumque et ubicumque locorum circa Berſtratiam, et in omnibus partibus illis a Berſtratia uſque ad Renum, in redditibus et poſſeſſionibus habuerunt et habebunt in poſterum coniuges antedicti, nobis et nostro monaſterio contulerunt, et cum ſollempnitate debita tradiderunt. volenteſ ac prouide ſtatuentes ut uinee prenotate de prouentibus dictorum agrorum ac de cenſibus et | redditibus ſupradictis perpetualiter excolantur. Poſt obitum vero coniugum eorundum omne vinum quod creuerit in vineiſ prelibatis per aliquam perſonam domus nostre quam ad hoc prior qui pro tempore fuerit | de conſilio conuentus duxerit deputandum, in cellarium nostri conuentus preſentabitur annuatim. et taliter ordinabitur de eodem quod in qualibet quatuor minutionum conuentus, una

Digitized by Google

karrata | vini predicti ad potum dicto conuentui miniſtretur. In quibus etiam IIII^{or}. minutionibus dicta perſona prout tactum eſt ſupra, per priorem et conuentum nostri monaſterii deputanda de precio unius karrate vini prefati conuentui ſecundum quod potuerit, pitancias ad refectionem et ſolatia congrua prouidebit. Porro in anniuerſariis coniugum predictorum duo honeſta ſeruitia de duabus karratiſ vini prefati | miniſtrabuntur conuentui ſepedicto, et ipsorum coniugum memoria perhennis fiet annuatim prout habet ordinis conſuetudo. Quod ſi ultra predictaſ. VII. vini karrataſ aliquid de vino reſiduum remanſerit, hoc in potum conuentus totaliter conuertetur temporibus oportunis, ſecundum quod priori et conuentui domus nostre videbitur expedire. Verum ut hec ordinacio pia et ſalubriſ tam | a nobis quam a nostris ſucceſſoribus inuiolabiliter obſeruetur, nos et nostroſ ſucceſſores nostrumque monaſterium ad talem penam preſentibus obligamus quod ſi forte aliquid conuentui ſubtractum fuerit | de premiſſis, illud ſine diminutione qualibet conuentui in Eberbach tenebimur aſſignare ipsamque penam Eberbacenſes nullatenus relaxabunt. In cuius rei robur et euidentiam | pleniorem ſigillum Reuerendi patris nostri R. abbatis de Eberbach una cum ſigillo nostro preſentibus eſt appenſum. Acta ſunt hec anno dni M°. CC°. LXXX. primo. In craſtino | Valentini martyris.

Die Siegel: 1. *Des Abtes von Eberbach*, 2. *des Abtes von Schoenau hängen sehr beschädigt an.*

478. Papst Martin IV. erneuert die Privilegien des Kl. Eberbach.

1281, *Mai 14.*

Orig. Bulle im Landesarchiv zu Idstein.

MARTINVS epiſcopus ſeruus ſeruorum dei. Dilectis filius .. Abbati et Conuentui Monaſterii Eberbacensis| Ciſterc. ordinis Maguntine dioceſis Salutem et apoſtolicam benedictionem. Cum ſicut ex parte ueſtra fuit propoſitum coram | nobis uos et predeceſſores ueſtri qui fuerunt pro tempore quibusdam priuilegiis et indulgentiis a predeceſſoribus | noſtris Romanis Pontificibus Monaſterio ueſtro conceſſis propter ſimplicitatem et iuris ignorantiam uſi non fueritis tem|poribus retroactis. Nos ueſtris ſupplicationibus inclinati monaſterii eiuſdem yndempnitati uolentes in poſterum pre|cauere utendi decetero eiſdem priuilegiis et indulgentiis dummodo eis non ſit per preſcriptionem uel alias legitime deroga|tum auctoritate uobis preſentium concedimus facultatem. Nulli ergo omnino &c. Siquis autem &c. Datum apud Urbem ueterem. | II. Idus Maij. Pontificatus noſtri anno Primo.

An gelb und roth ſeidener Schnur hängt die Bulle unverſehrt.

Aufſchrift: MAR
TINVS
PP. IIII.

479. Papst Martin IV. wiederholt seine Bestätigung der Privilegien des Kl. Eberbach.

1281, *Mai 23.*

Orig. Bulle im Landesarchiv zu Idstein.

MARTINVS epiſcopus ſeruus ſ. dei. Dilectis filiis. Abbati et Conuentui Mona|ſterii de Eberbaco Ciſterc.

Digitized by Google

ordinis Maguntine dioceſis Salutem et apoſtolicam benedictionem. Cum a nobis petitur | quod iuſtum eſt et honeſtum tam uigor equitatis quam ordo exigit rationis ut id per | ſollicitudinem officii noſtri ad debitum perducatur effectum. Eapropter dilecti in domino filii | ueſtris iuſtis poſtulationibus grato concurrentes aſſenſu omnes libertates et immunitates a Romanis | Pontificibus predeceſſoribus noſtris ſiue per priuilegia uel alias indulgentias uobis et Monasterio veſtro | conceſſas necnon libertates et exemptiones ſecularium exactionum a Regibus et Principibus aliisque | Chriſti fidelibus rationabiliter uobis indultas ſicut eaſ iuſte ac pacifice obtinetis uobis et per uos eidem Monaſterio auctoritate apoſtolica confirmamus et preſentis ſcripti patrocinio communimus. Nulli ergo omnino &c. Siquis autem &c. Datum apud Urbem uetterem | VIIII. Kalend. Junii. Pontificatus noſtri Anno Primo.

An gelb und roth ſeidener ſchnur hängt die Bulle unverſehrt. Aufſchrift wie oben.

480. Cunrad von Ober-Waltaffen und ſeine Frau Jutda ſchenken dem Kl. Eberbach alle ihre Güter.

1281, *Juli 26.*

Orig. Urk. im Landesarchiv zu Idſtein.

Cůnradus decanus ecclesie ſce Marie ad gradus Magunt. Judex a reuerendo patre domino . . Maguntino Ar|chiepiſcopo deputatus Tenore preſentium publice profitemur et conſtare cupimus uniuerſis quod Cunradus dictus | de ſuperiori Waltaffen et Jutda uxor ſua in noſtra preſentia conſtituti communicate manus et voluntatis aſſen|ſu ſe et uniuerſa bona ſua mobilia et im-

Digitized by Google

mobilia que nunc habent et inpoſterum ſunt habituri pro ſuarum re medio animarum in honorem dei et beatiſſime virginis Marie matris ſue. Religioſis viris domino .. abbati et | conuentui fratrum monaſterii in Eberbach Ciſtercienſis ordinis Magunt. dioceſis pura et ſimplici donatione irreuocabiliter contulerunt et etiam tradiderunt ita quod de ipsis facere diſponere et ordinare valeant quicquid | eorum placuerit voluntati. Preterea omnes actiones eorum competentes ipſis ſuper quibuſcunque bonis ſiue debitis | contra quaſcumque perſonas eidem monaſterio donauerunt ut actiones huiusmodi ipsis viuentibus et mortuis dic|tum monaſterium proſequatur. Actum anno dni Millesimo. CC°. LXXXI°. VII°. Kal. Auguſti.

Das anhängende Siegel des Ausstellers ist in der Mitte durchgebrochen, sonst gut erhalten.

---

481. Eberwin von Bruningisheim, Ritter, und seine Frau Gisela vermachen dem Kl. Eberbach ein Gut bei Rethelnheim zu einer Pitanz.

1281, *im Juli.*

Orig. Urk. im Landesarchiv zu Idstein.

Ego Eberwinus miles dictus de Bruningeſheim cum uxore mea Giſela. Notum eſſe volumus uniuerſis preſens ſcriptum viſuris ac | preſentium tenore publice proteſtamur quod nos communicata manu et conſenſu unanimi contulimus pro remedio anime nostre . . . abbati et conuentui in Eberbach dimidium manſum ſitum in Rethelnheim tali interpoſita conditione ut penſio eiuſdem manſi abſque omni contradictione preſen|tetur annuatim cellerario coquine prefati monaſterii pro tempore tunc exiſtenti quatimus in anniuerſario nostro

Digitized by Google

dicto conuentui poſt | obitum noſtrum de predictis bonis conſolatio aliqua porrigatur. Hoc etiam adiecto ut ſi unus nostrum, ego videlicet ſiue G. uxor mea carnis | debitum ſoluerimus, altero adhuc vivente. prenominata nichilominus bona predicte cedent ecclesie proprietatis titulo perpetuo poſſidenda. Et ut | hec nostra donatio firma permaneat et inconuulſa prefato monaſterio preſentem litteram dedimus ſuper eo sigilli nostri munimine | communitam. Teſtes autem rei geſte ſunt heinricus miles de Giſenheim, Cuno canonicus ſci Petri de Moguntia, Rudolfus | Hovewizel. Eberwinus filius Eberwini ſupradicti. Actum et datum anno dni M°. CC°. LXXX°. primo. Menſe Julio.

Das Siegel des Ausstellers hangt beschädigt an:

† S' — M DE . . . . . ES . . . M .

---

482. Der Begine Elizabeth von Hainheim gerichtliche Schenkung ihrer Güter an das Kl. Eberbach.

1281, *im August.*

Orig. Urk. im K. Prov. Archiv zu Coblenz.

Cunradus decanus ecclesie ſce Marie ad gradus Maguntine. Judex a reuerendo dno . . Ma|guntino Archiepiscopo conſtitutus. Tenore preſentium publice profitemur et conſtare cu|pimus uniuerſis quod Elizabeth Beckina de hainheim in noſtra preſentia conſtituta | propria voluntate et motu ſe et uniuerſa bona ſua mobilia et immobilia que iam | nunc habet et impoſterum eſt habitura, pro anime ſue ſalute, in honorem dei et | beatiſſime virginis marie matris eius, religioſis viris . . abbati et conuentui mo|naſterii in Eberbach Ciſtercienſis ordinis Maguntine dyoceſis pura et ſimplici do|natione

Digitized by Google

irreuocabiliter dedit, contulit et donauit. Itaque de ipſis facere, diſponere | et ordinare valeant, quidquid eorum placuerit voluntati. Preterea omnes actiones | ipſius competentes ſibi ſuper quibuscunque bonis ſiue debitis contra quaſcunque perſo|nas. donauit monaſterio antedicto. ut actiones huiusmodi ipſa viuente et mortuo | dictum monaſterium proſequatur. Actum anno domini. M°. CC°. LXXXI°. Menſe Auguſto.

An Pergamentstreifen hängt wohlerhalten das Siegel des Ausstellers in grünem Wachs. Umschrift:

S. CONRADI. DECANI. ECCLE. S' MARIE AD GRAD' MOG.

483. Rudeger von Osterich erwirbt dem Kl. Eberbach eine Waizen-Rente zur Aufbesserung seiner Mahlzeiten.

1281, *Octob. 4.*

Orig. Urk. im Landesarchiv zu Idstein.

Nos frater R. dictus abbas et conuentus in Eberbach recognoscimus et tenore preſentium proteſtamur | quod vir honeſtus Rudegerus de Oſterich. octo maldra tritici pinguenſis menſure annui cenſus que a nobis emit pro certa ſumma pecunie nobis tradite et numerate ſibi ſingulis annis | infra aſſumptionem et natiuitatem beate virginis ſuper granarium noſtrum in Eberbach aſſig|nanda pro remedio anime ſue conuentui noſtro ad duo ſpecialia ſervicia deputauit ita quod quinque | maldra dicti tritici ad panem conuentus in die Natali domini aſſigneutur et in die Potenci|ane virginis tria maldra tritici memorati. In cuius rei euidenciam ſigillum noſtrum | preſentibus eſt appenſum. Datum anno dni M°. CC°. LXXX°. primo. in die beati Franciſci.

Das Siegel des Abtes hängt gut erhalten an.

Digitized by Google

484. Pachtbrief des Kl. Eberbach über einen Weinberg zu Nieder-Heimbach.

1282, *im Jan.*

Orig. Urk. im K. Provinc. Archiv zu Coblenz.

Nos frater R. dictus abbas et conuentus in Eberbach tenore praesentium | recognoscimus et publice protestamur quod nos volkenando de inferiori Heimbach| filio dicti Wolfechen iure hereditario locamus vineam nostram sitam ibidem in loco | dicto zu bruche pro tercia parte crementi vinee antedicte . quam partem celle|rarius coquine domus nostre qui pro tempore fuerit percipiet in auctumpno. | praeterea dictus wolkenandus vineam sepedictam tempore debito excolet et fimabit. | In cuius rei testimonium sigillum nostrum praesentibus est appensum. Datum an|no dni. M°. CC°. LXXXII°. Mense Januario.

Ein Stück des Siegels hängt noch an.

485. Abt Wernher von Schoenau sichert seinem Kloster eine Rente von Gütern und Weinbergen zu Marpach und zu Lutenbach.

1282, *Aug. 10.*

Orig. Urk. im Gr. G. Staatsarchiv zu Darmstadt.

Nos frater Wernherus dictus abbas Schonaugiensis et conuentus ibidem. Notum fieri cupimus uniuersis tenorem presentium inspecturis quod nos de vineis nostris in Marpach, et de bonis que fuerunt quondam Hiltebrandi sitis | in superiori et inferiori lutenbach ac in terminis ipsarum villarum tenemur post obitum dni Gudelmanni archi|presbyteri in Bensheim duas karra-

Digitized by Google

tas uini quas ipſe dominus archipresbyter nobis contulit pro anime ſue remedio annis | ſingulis nostro conuentui aſſignare. Quas duas karratas una cum uino quod prouenit deductis expenſis | de duobus iugeribus et dimidio uinearum ſitis iuxta curiam nostram Marpach super Bůnden, inter relictam | Merclini pellificis et Berwelſum, camerarius domus nostre qui pro tempore fuerit nostro conuentui annis ſingulis ad potum | a die palmarum et deincepſ quamdiu ipsum uinum durauerit miniſtrabit. Inſuper idem camerarius quatuor libras hallensium | pro piſcibus ſcilicet in die palmarum libram unam. in cena domini. XXX. ſol. et in vigilia paſcha triginta ſolidos conuentui | nostro dabit. Quas. IIII. libras dictus archipresbyter dandas de virnheim, cum karrata uini de Marpach ſuperius expreſſa, a venerabili dno. O. abbate anteceſſore nostro, et conuentui annuas et perpetuas comparauit. Ad quorum ſerui|ciorum amminiſtratio nem perpetuam nos et domum nostram ſub tali pena duximus obligandos, quod ſi aliquid ipsi conuentui ſub|tractum fuerit de premiſſis illud venerabilis pater noster dominus viſitator requiret et extorquebit a nobis, et id ſuo conuentui pro ſolacio faciet miniſtrari. Porro ad maiorem ſubleuacionem nostri conuentus prenominatos redditus eidem preſentabimus | tempore debito annuatim nostris laboribus et expenſis. Ad cuiuſ obligacioniſ noticiam et robur perpetuo ualituram si|gillum predicti domini nostri viſitatoriſ una cum ſigillo nostro et ſigillo archipresbyteri literis preſentibus eſt appen|ſum. Datum anno dni M°. CC°. LXXX°. ſecundo in vigilia beati Laurencii.

Siegel 1. *ist abgerissen.*

2. *des Abtes von Schoenau, unten abgebrochen.*

3. *fehlt bis auf ein Stückchen.*

486 Die Aebte von Eberbach und anderen Cisterc. Klöstern miethen eine Kammer in Clarevall.

1282, *Septemb. 8.*

Ocul. Mem. II. fol. XXV, 1.

Uniuerſis presentes literas inſpecturis frater Ph. dictus abbas Clareuall. et eiusdem loci conuentus ſalutem in domino ſempiternam. Noueritis quod nos venerabilibus et in Chriſto karissimis Coabbatibus nostris de Ebirbach. de Schonaugia. de Otterburg. de Valle dei. de Beuehusen. de Arneſburg et de Monte ſci Dyſiboti conceſſimus quandam cameram nostram videlicet cameram Nouici lamperti quondam monachi Clareuallensis ut ipsi perpetuo ibidem habitarent tempore Capituli generalis. Pro qua camera abbates nobis perſoluent quinquaginta libras Turonens. forcium bonorum et legalium in pecunia numerata. Quas videlicet pecunias ab eiſdem profitemur nos recepiſſe et in uſus nostri monaſterii totaliter conuertiſſe. In cuius rei teſtimonium atque robur perpetuum presentes literas dictis Abbatibus dedimus sigilli nostri munimine roboratas. Datum anno M°. CC°. LXXX°. II°. in Natiuitate virg. glorioſe.

487. Das Kl. Eberbach erhebt Klage gegen die Brüder Werner und Heinrich von Hainheim, Ritter, wegen Beeinträchtigung seines Besitzes.

1282, *Septemb. 20.*

Orig. Urk. im Gr. G. Staatsarchiv zu Darmstadt.

Coram nobis domino . . Decano Eccleſie ſancte Marie ad Gradus Maguntine . judice a Reuerendo domino . . Maguntino archi|episcopo constituto . dicit et

Digitized by Google

proponit in iure frater Siglo ſindicus . . abbatis et Conuentus monaſterii in Eberbach Ciſtercienſis | ordinis nomine ſuo et ipſius monaſterii contra Wernherum et Heinricum fratres, natos quondam Wernheri de Hainheim militis | et contra Erkenboldum clericum. filium Erkenboldi . militis de Selſen, curatorem in litem datum fratribus antedictis | nomine ipſorum fratrum . quod cum Elizabeth Beckina de Hainheim bone memorie cum adhuc uiueret ſe et vniuerſa | bona sua mobilia, scilicet duos lectos, duo puluinaria et quinque cuſſinos, et vnum pallium, et immobilia | ſita in villis Hainheim, Kungernheim et in Selſen, predictis abbati et Conuentui in Eberbach, et ipsorum monaſterio | pura et ſimplici donatione ſcilicet inter viuos irreuocabiliter dederit, contulerit ac donauerit, ita quod de ipſis | bonis facere, diſponere et ordinare ualeant . quod eorum placuerit uoluntati . ac predictorum bonorum pro parte ſint et fuerint | legitime poſſeſſionem adepti ſiue ingreſſi pacifice et quiete, quorum bonorum demonſtracionem . ſeu ſpecificacionem | cum eorum confinibus . demonſtrationibus et ſpecificationibus aliis ad oculum facient . si neceſſe fuerit et si requisierit pars | aduersa. Iidem tamen fratres Wern. ſcilicet et Heinr. eodem bona occupauerunt, rapuerunt . nec non rapta contra iuſticiam | detinent occupata. ac predictos abbatem et Conuentum ad predictorum bonorum poſſeſſionem euntes non admittunt in eorundem abbatis et Conuentus preiudicium non modicum et grauamen. Quare petit prefatus ſindicus | ſuo et monaſterii ſui nomine, quatenus predicti Wern. et Heinr. ſeu eorum curator ipſorum nomine predictis abbati et conuen|tui ſeu eorum ſindico predictorum bonorum poſſeſſionem reſtituant . et ab iniuria, occupatione et rapina

Digitized by Google

pe|nitus conquieſcant. cum fructibus exinde perceptis uel qui percipi potuerunt, quos fructus eſtimant ad L maltra ſiliginis magunt. mensure. Hec petit nomine quo ſupra ſaluo iure addendi. medendi. & c^{s}. petit eciam expenſas | in litem et extra litem factas. faciendas proteſtans. protestatur eciam quod se non aſtringit ad omnia et ſingula pre|miſſa probanda. ſed ad ea tamen. que ſue et monaſterii ſui ſufficiant intentioni. ita quod ſi plus probauerit, plus| habeat. si minus, minus, huic libello respondendum feria quinta proxima post festum omnium sanctorum induciis deliberatoriis | medio tempore currentibus. et fuit oblatus anno domini M^{o}. CC^{o}. LXXXII°., sabbato proximo ante festum | beati Mathei apoſtoli.

Das Siegel fehlt.

---

488. Merkelin von Mainz vermacht dem Kl. Eberbach sein ganzes Vermögen.

1282, *Septemb. 29.*

Orig. Urk. im Gr. G. Staatsarchiv zu Darmstadt.

Tenore preſentium omnibus innoteſcat quod Merkelinus inſtitor Ciuis Maguntinus ſue ac progenitorum ſuorum | animarum ſalutis intuitu, uniuerſa bona ſua mobilia ſeu immobilia propria vel hereditaria, iam nunc habita | vel in poſterum habitura una cum corpore ſuo, ob honorem dei et beate Marie virginis matris ſue, Monaſterio et con|uentui fratrum Eberbacensium Ciſterc. ordinis, Maguntine dioceſis, poſt obitum ſuum, iam nunc pura et ſollempni donatione | contulit et donauit, obtinenda, domino... abbate donationem eandem, loco et nomine monaſterii ſui predicti, ſuſcipien|te. Hac ſane interpoſita

Digitized by Google

pactione quod ipſe Merkelinus uſufructum bonorum omnium predictorum, ſine impedimento | et contradictione eiuſdem monaſterii et conuentus, quamdiu uixerit, debeat obtinere. Promiſit etiam dictus Merke|linus ſub cautione que Borgen vulgariter dicitur, ſe firmiter obligando quod ipſe ſingulis annis quamdiu uixerit | donationem de predictis bonis ſuis iam nunc factam, coram ſeculari judicio, ſollempniter innouabit. Acta ſunt hec coram | Culmanno judice, preſente et atteſtante Heinrico Walpodone et aliis ciuibus Maguntinis. Qui poſtmodum | hec eadem quemadmodum ſunt premiſſa coram ſe in figura judicii Maguntini rite ac legitime fore peracta ad | requiſitionem domini .E. camerarii Maguntini, in preſentia conſilii Maguntini, ſub profeſſione iuramenti preſtiti | publice recitarunt. Nos igitur predicti. E. camerarius. Culmannus judex, et H. Walpodo sigilla nostra pre|ſentibus dignum duximus appendenda in euidens teſtimonium omnium premiſſorum. Anno domini M⁰. CC⁰. LXXX⁰. secundo | Die beati Michahelis. Archangeli.

Dicht unter der letzten Zeile ist das Pergament abgeschnitten und dadurch jede Spur der Siegelung verschwunden.

---

489. In einem Rechtsstreit mit dem Kl. Eberbach ergeht ein Contumacial-Urtheil gegen Wernher und Heinrich, Söhne weil. Wernhers von Hainheim, Ritters.

1283, *Jan. 14.*

Orig. Urk. im Gr. G. Staatsarchiv zu Darmstadt.

. . . . Decanus Eccleſie ſancte Marie ad Gradus Maguntine. Judex a Reuerendo domino . . Maguntino archiepiſcopo conſtitutus. Cum | nos ad inſtantiam . . Abbatis et Conuentus monaſterii in Eberbach, ſeu fra-

Digitized by Google

tris Sigelonis monachi, ſindici | eorundem de quo nobis conſtat. Wernherum et Heinricum fratres. minores annis. filios quondam Wernheri militis | de Hainheim feciſſemus in ius euocari coram nobis. quibus competentibus. ac eciam libellum mediante Erkenboldo cle|rico de Selſen Curatore ipſis minoribus a nobis in litem dato petentibus, datoque termino a reſpondendum | libello eiſdem oblato, et deinde dicto Curatore termino ad proponendum omnes exceptiones dilatorias acceptato, | demum dicto Curatore comparente et aſſerente ſe nolle curatoris officium gerere, niſi de conſanguineis et | amicis dictorum minorum ſibi coadiutor daretur, tandem eoſdem Wernherum et Heinricum, ac eorum conſanguineos | vniuersos per plebanos in Bertheim, Vlfirſheim, Nerſtein, Decheſheim, Selſen et in Hainheim commonitos habui|mus, ut quinta feria proxima poſt octauam Epiphanie domini coram nobis comparerent, curatorem, ſeu curatores ad litem aſſumen|do, qui predictos Wernherum et Heinricum per defenſiones legitimas in predicta causa a prefatis abbate et Conuentu | ſeu eorum ſindico eiſdem mota defenderent prout poſtulat ordo iuris, verum quia dicti minores in termino iam predicto | minime curauerunt comparere coram nobis, nec aſſumere curatores in litem, ne ipſi minores de ſua contumacia | uideantur commodum reportare, et ne nil obedientia uideretur prodeſſe humilibus, ſi contemptus contumacibus non | obeſſet, ipſos contumaces reputamus et reputauimus per preſentes. Et quia nos predictis . . abbati et Conuentui | in eorum iuſticia deeſſe non poſſumus, nec debemus, decreuimus in penam contumacie dictorum minorum, predictos abbatem | et Conuentum, ſeu ſindicum eorundem fore mittendos in poſſeſſionem cauſa rei ſeruande omnium

Digitized by Google

bonorum mobilium | uidelicet duorum lectorum, duorum puluinarium, quinque cuſſinorum et vnius noui pallii, et immobilium ſitorum in uillis | Hainheim, Kungernheim et in Selſen, que in libello eiſdem minoribus oblato continentur, ac eciam dictos abbatem | et conuentum, ſeu eorum ſindicum in poſſeſſionem dictorum bonorum mittimus per presentes. Actum anno domini M°. CC°. LXXXIII°. XI|X°. Kalendas Februarii.

Das Siegel der Aussteller hängt unversehrt an.

---

490. Testament der Mainzer Bürgerin Gisla, Witwe Ernsts von Eberbach.

1283, *April 5.*

Orig. Urk. im Gr. G. Staatsarchiv zu Darmstadt.

Ego Tulmannus Judex maguntinus, vniuerſis preſentium inſpectoribus, notum eſſe deſidero, publice profitendo, quod Giſla | relicta quondam Ernesti de Eberbach, ciuis maguntini, coram me in figura ſecularis Judicii, de vniuerſis bonis | eius tam mobilibus quam immobilibus ordinacionem et legationem talem fecit, de bonis eiſdem deputando Cunrado de Eber|bach cognato eius octo marcas. Item Giſle nepti eius ſimiliter octo marcas. Item Jutte nepti eius quatuor mar|cas. Item ad eccleſiam ſancti Petri maguntini quinque marcas, pro redditibus ad peragendum eius anniuerſarium perpetuo, com|parandis. Item ad monaſterium ſancte Clare in Maguncia, ſimiliter quinque marcas. ad anniuerſarii eius memoriam | peragendam. Item ad opus parochie ſancte Marie in Vdenmůnstere, tres marcas. Item de quadam domo eius que dicitur | alta domus, apud

Digitized by Google

anctum Vlricum, iuxta portam molendinorum ſita ſex libras cere, ſingulis annis, in annunciacione | beate Marie virginis, ad cereum in eleuacione corporis domini, in parochia ſancte Marie in Vdenmůnstere persoluendas. et quicquid reſiduum fuerit de redditibus eiuſdem domus cedet ad monaſterium in Dalen Conuentui dominarum.| Curiam quoque ſuam quam inhabitat et eciam quicquid de bonis eius vltra premiſſa siue alia, que ipſa Giſla vita | viuens, aliis non legauerit notorie et manifeſte, post eius obitum reſiduum fuerit, . abbati et Conuentui | monachorum in Eberbach, pro remedio animarum eius et mariti ſui, pura et ſimplici donatione contulit obti|nenda. Donationem eandem fratre Antonio magiſtro curie et loco prefati monaſterii in Maguncia, nomine et loco predictorum | ... abbatis et Conuentus rite et legitime suscipiente. Qui eciam abbas et conuentus legationem, et ordinacionem | antedictam, de bonis dicte Giſle, ſi in vita eius eam non adimpleuerit, poſt obitum eius perficient omnibus ſibi, vt | dictum eſt, ſuperfluis reſeruatis. ad hec eciam sepedicta Giſla sub cautione que Borgen vvlgariter dicitur coram me | ſe firmiter obligauit, quod ipsa donacionem. et legationem supradictam ſingulis annis quamdiu vixerit, coram ſeculari Ju|dicio debeat innouare. Manufideles siue teſtes aderant huic facto. Cunradus Birgeſteder, qui dedit sentenciam.| Heinricus ſculthetus de Iſenheim. Heinricus dictus Starke. Orto ad Herſvelder. Cunradus de cantu vo|lucrum. Heinricus ad Reiol. Volzo de flerſheim. Bertoldus de Runcino. Jacobus ad Colnerum. Gotzo | de Ebernſheim. Emmercho de Ingelnheim. Hildemarus. Jacobus de Hochheim. liniarii. et Fri|dericus de ſella. Ciues magun-

tini. Ego eciam vniuerſa et ſingula quemadmodum ſunt premiſſa, atteſtantibus michi | antedictis manufidelibus, coram me in figura Judicij rite et legitime fore peracta, poſtmodum ſub profeſſione iura|menti preſtiti publice recitauj. Dans preſentes litteras Sigillo domini .E. Camerarij et aliorum Judicum | vna cum appenſione ſigilli mei communitas. in teſtimonium rei geſte.

Anno domini. M°. CC°. LXXXIII°. In Craſtino | beati Ambroſij.

Die Siegel sind abgeschnitten.

---

491. Das Kl. Eberbach und das Stift S. Alban in Mainz treten in eine geistliche Bruderschaft miteinander.

1283, *Juni 21.*

Ocul. Mem. II., fol. XXXIII., 2.

Viriſ religioſis et in Chriſto dilectis ſancte et toto orbi famoſe congregationi domino R. abbati et conuentui monaſterii de eberbach ordinis Cyſterc. C. diuina permiſſione abbas licet indignus totusque conuentus monaſterii ſci Albani apud maguntiam ſalutem in omnium vero ſalutari. Secundum apoſtolum qui dicit. Et grati eſtote, dignum valde eſt ut quicquid beneficiorum et gratiarum maxime nullis meritis precedentibus aliquibus impenditur, etſi non condignis ſaltem affectuoſis et pro viribis impenſis obſequiis et gratiarum actionibus rependatur, eapropter, priores et fratres reuerendiſſimi illam gratiam ſingularem et nobile donarium nullis operibus comparandum, de plenaria fraternitate et orationum noſtrarum participatione nobis a caritate ueſtra nuper collatum cum multo gaudio et gratiarum actione amplectentes licet inferiores tamen veſtris beneficiis aliquid pro noſtro modulo concurrere cupientes pari conſenſu et unanimi vo-

Digitized by Google

luntate etiam noſ vobis conferimus ſingulis et uniuerſis perpetuam firmitatem ac plenariam participationem omnium noſtrorum que aput nos fuerint et de cetero deo dante in domo noſtra imperpetuum fient in miſſis, vigiliis, orationibus, disciplinis, jejuniis et ceteriſ diuini famulatus obſequiis in vita veſtra pariter et in morte . nec ſolum hiis qui adhuc ſunt ſuperſtites ſed etiam illis qui domino vocante viam sunt uniuerſe carniſ ingreſſi. Hoc nichilominus adiecto quod cum in antea de obitu cuiuslibet veſtrum nobis per certum nuntium vel literas conſtiterit, illa die in capitulo noſtro pro fratre illo vel illis ſi plures fuerint. Verba mea, ſicut aput noſ fieri eſt conſuetum, addito in fine pſalmo Voce mea. Cum abſolutione Deus origo ſicut pro fratribus noſtre congregationis fieri ſolet, ſollempniter dicemus et illo ſero vigilias ſolempnes et in ſequenti die miſſam in conuentu pro illo vel pro illis communiter faciemus. Addicientes quod duos anniuerſarios tam in vigiliis quam in miſſis videlicet craſtino beati Benedicti et craſtino beate Marie Magdalene . qui pro abbatibus et fratribus noſtre congregationis ſpecialiter ſingulis annis fieri conſueuerunt, etiam pro uestris defunctis omnibus ſolempniter peragemus. Et ad hec omnia noſ et poſteros noſtroſ vobis et poſteris veſtriſ in perpetuum obligamus. ut per communeſ orationeſ et ſuffragia que invicem impendimus pariter in eterna beatitudine ſociemur. In huius igitur rei euidentiam et perpetuam memoriam preſens ſcriptum vobis tranſmittimus ſigillorum noſtrorum munimine roboratum. — Datum anno domini M°. CC°. LXXX°. III. In Vigilia beati Albani Martyris. — Acta ſunt hec ſub venerabilibus domino Richolfo Eberbacenſi et domino Cůnrado ſci albani abbatibus.

Digitized by Google

492. Hugo's von Bockinheim Vermächtniss zu Gunsten des Kl. Otterburg.

1283, *Aug. 15.*

Orig. Urk. im Landesarchiv zu Idstein.

Nos frater Heinricus dictus Abbas totusque Conuentus in Otterburg ord. Cysterc. Recognoscimus literis | presentibus publice protestando Quod dilectus nobis in Christo Hugo de Bockinheim ciuis Wormaciensis pro remedio anime sue | necnon et uxoris sue Werndrudis defuncte ac omnium progenitorum suorum ob reuerenciam et laudem virginis gloriose pro simpli|ci elemosina octoginta duo maldra siliginis Wormac. mensure nostre ecclesie comparauit in locis subnotatis a nobis perpetuo | recipienda. Primo in Alsheim quadraginta maldra de bonis Alardi. Item in Mergistat quadraginta duo maldra super | bonis nostri monasterii que ibidem habuimus ab antiquo. Et licet idem Hugo bona nostra non comparauit in Mergistat iam predicta | ipsius tamen dilectionem intuentes ac suis precibus inclinati memorata quadraginta duo maldra perpetuo sibi in bonis assig|nauimus prenotatis pro eo quod in utzillisheim sedecim maldra siliginis. In Eschilburna viginti maldra siliginis super bonis Sigil|lonis militis, insuper et in Gundramsheim sex maldra super bonis Wolframi de Alzeia nobis cum suis denariis comparauit ut | de bonis sic partitim nominatis pensioni bonorum in Merginstat prescriptorum perpetuo responderi valeat absque dampno. Nec pretereundum | quod prefato. H. promisimus et promittimus bona fide nos a festo Assumpcionis beate virginis omnibus sextis feriis totius

Digitized by Google

anni ex nunc et | in poſterum panem ſiligineum quem in ipsis feriis noster conuentus hactenus comedere eſt conſuetus de antedictis octoginta duo|bus maldris ſiliginis, velle in triticum commutare nostro conuentui pro remedio anime eiuſdem atque omnium progenitorum ipsius abſque negli|gencia qualibet predictis in feriis perpetuo miniſtrandum. Preterea ſi per nos aut nostros ſucceſſores quacumque ex cauſa ſubtracta fuerit huius|modi panis miniſtratio et elemoſina tam ſollempnis hanc penam a reuerendo patre nostro domino . . abbate de Eberbach et ipſius con|uentu nobis infligendam elegimus et eligimus in hiis ſcriptis videlicet ut quocieſcumque dicta panis miniſtracio nostro conuentui porrec|ta non fuerit ut ſuperiuſ eſt promiſſum tociens ipsis ad ſolucionem cuiuslibet negligencie aſtringamur ſecundum quod octoginta duo | maldra ſiliginis incamerata, in quaſlibet ſextas ferias anni ſcilicet integri proporcionaliter diuiduntur. Ut autem premiſſa omnia robur obti|neant perpetue firmitatis preſentes litteras sigillo reuerendi patris nostri de Eberbach ſupra ſcripti una cum nostro ſigillo fecimus com|muniri. Nos vero abbas de Eberbach predictus profitemur nos ad peticionem memorati . . abbatis et conuentus sigillum nostrum hiis | litteris appendiſſe in teſtimonium veritatis. Actum et datum anno dni M°. CC°. LXXX°. tercio in Aſſumpcione virginis glorioſe.

Es hängen an:

1. SIGILLVM ABBATIS DE EBERB.
2. ....LLVM ABBA.IS DE OD.....

Digitized by Google

493. Die Gemeinde Oysterspeie ordnet ihr Verhältniss zu dem Kl. Eberbach bezüglich gewisser Weinberge in Dynkoldirdal.

1283, *Aug. 15.*

Orig. Urk. im Landesarchiv zu Idstein.

Uniuerſis preſentes literas viſuris et audituris Nos Thymo dictus de Gulſe ſculthetus et ſcabinus, Hartlibus de puteo, Hartlibus filius Hartlibi . Bertramus, | Conradus piſcator, Hellewicus filius Geliſmůdis, Waſmůdus de Vilcene, Hellewicus de Pedernacho. Gerlacus filius giſilberti, Fridericus filius godelindis, | Hartmůdus dictus Runge. Enffridus knopelce. Conradus voys de Vilcene, et Conradus filius Criſtine ſcabini et heymburgi, ac tota uniuer|ſitas ville in Oyſterſpeie, volumus eſſe notum quod cum magiſter curie Eberbacenſis, ſite in noſtra villa predicta et fratres eiusdem curie ultra metam | debitam vinearum ſuarum, inter molendinum ſitum in Dynkoldirdal et vineam que dicitur Cereriſſtucke, quasdam vineas coluiſſent que fůrheubit nuncu|pantur, dicte curie magister et fratres, cum anteceſſoribus et quibuſdam adhuc ſuperſtantibus, videlicet Hartlibo ſcultheto, Conrado dicto ſcultheto, Bertra|mo, Wezzelino, Conrado piſcatore, Gerlaco filio Giſilberti, Petro genero Roſe, Wiperno, Henrico filio Volkemari, Henrico de Halme, Hellewico | filio Gliſmudis, Hellewico de pedernacho, Enffrido filio giſilberti ſcabinis et heymburgis ac tota uniuerſitate iam dicte ville Tempore nobilis | viri domini Henrici comitis de Spaynheim, ac Phylippi de Milene ſui officiati . ſuper dictis exceſſibus compoſitionem ac amiciciam inierunt | Renunciantes exceſſibus antedictis concedentes ipsis libere ut ex nunc ad latitudinem unſus

Digitized by Google

menſure que Sadele dicitur, ultra dictam culturam | quam fecerunt in ipsorum vineas poſſent procedere et non ultra. Hoc eciam adiecto quod aqueductum ſiue terram vel petras que ſubſunt canalibus ipsorum | ad molendinum in Dynkoldirdal emendantes, inpoſterum libere poſſidebunt. Ipsis eciam fratribus qui inibi fructus arborum plantatarum vel plantandarum | percipient ſemper ſaluo, ita tamen quod in iamdicto loco nullas ſepes conſtruant, ſed nobis et nostris pecudibus liber tranſitus patebit inpedimento quolibet | ultraiecto. Elegerunt eciam ipſi anteceſſores noſtri predicti quod predictos magistrum et fratres curie ſupradicte excipere deberent ab omni inpeticione ſeu actio|ne quam poſſent incurrere, ipsos expenſis uniuerſitatis ville predicte ab omnibus defenſuri ad quod nos eciam aſtringimur per preſentes quam compoſitionem et ordi|nationem cum omnibus condicionibus appositis approbamus, ratam et firmam habemus et habebimus nec contrafaciemus in futurum. proteſtantes eciam predictos fratres | puteum noſtrum reparaſſe et omnes defectus eius compleſſe ac uniuerſas permiſſiones et condiciones nobis factas integraliter conſummaſſe. In cuius rei | teſtimonium duo paria literarum unius tenoris conſcribi fecimus ſuper eo, noſtre uniuerſitati unum et predictis fratribus unum . ac utrumque ſigillo com|munis opidi Bopardienſis una cum ſigillo domini Eckardi noſtri plebani quae ad rogatum ambarum partium ſunt appenſa, firmiter roborari. Et nos | sculthetus . milites . . ſcabini uniuerſique opidani Bopardienses et ego Eckardus predictus proteſtamur nos ſigilla noſtra ad preces ambarum parcium preſentibus | appendiſſe. Actum et datum anno dni milleſimo ducenteſimo . octuageſimo tercio in feſto Aſſumptionis beate Marie virginis. Magiſtro|

Digitized by Google

Rudolfo dictam curiam gubernante. predictus eciam Magiſter Rûdolfus in ſignum compoſitionis predicte uniuerſitati nostre viginti et octo ſolidos | denar. in parata pecunia tradidit preſentibus quam pluribus fidedignis.

An grauen Leinenfasern hängt:

1. *Das dicke und schwere Siegel der Stadt Bopard.*
2. *Das des Pleban. ist abgeschnitten.* *)

---

494. Wernher, Erzbischof von Mainz, schenkt dem Kl. Eberbach einen Weiher zwischen Eltevile und der neuen Burg.

1283, *Decemb. 11.*

Orig. Urk. im Landesarchiv zu Idstein.

Wernherus dei gratia ſce Maguntine ſedis Archiepiſcopus Sacri Imperii per German. archicancellarius | dilectis in Chriſto abbati et conuentui monaſterii Eberbacenſis ſalutem et ſinceram in domino karitatem. Quia monaſterii ueſtri religionem deo amabilem virtutum candore nitentem in puritate fidei et obſervantia regulari purgatis maculis eam obfuſcantibus oculata fide perſpeximus elucere. nos ad honorem omnipotentis dei et matris ſue virginis glorioſe ac noſtrorum remedium | peccatorum lacum ſitum ſuper viam que a uilla Eltevile ducit verſus novum caſtrum. et | Wiſenhelde uulgariter nuncupatur, cuius fundum comparauimus iuſto titulo emptionis et clauſuram | conſtruximus noſtris laboribus et expenſis vobis et monaſterio veſtro donamus donatione facta inter uiuos | et in vos preſentibus tranſferimus pleno iure in perpetuum poſſidendum, volentes et incommutabiliter ordinantes ut tam monachorum quam conuerſorum infir-

*) Das Duplicat unserer Urkunde hat beide Siegel wohlerhalten anhängen. Das 2. hat die Umschrift: † S. ICARDI . . . . . WE.

Digitized by Google

mariis duntaxat ipſius lacus equaliter deſerviat | usufructus . in nullos omnino uſus alios conuertendus. Adiecto ut ſi per vos factum fuerit contrarium | vel preſumptum, Item ſi forſitan ex inundacione ripe influentis vel alio caſu fortuito dictum | lacum deſtrui contigerit ſeu diſſolui et a nobis infra anni ſpacium non fuerit reparatus, extunc | in utroque caſu idem lacus ad nos et ecclesiam Maguntinam vel ſucceſſores noſtros libere reuertatur. | In cuius donacionis et ordinacionis teſtimonium euidens et perpetui roboris firmitatem ſigillum noſtrum | preſentibus duximus appendendum. Datum apud Aſchaffenburc anno domini Mill. CC. LXXXIII. III. Idus Decembr.

An roth seidener Schnur hängt wohlerhalten das Siegel des Erzbischofs: † WERNHERUS DEI GR . . CE MAGUNTINE SEDIS ARCHIEPS. . *inwendig*: IMPII. P. GERMAN. ARCHICANCELL.

---

495. Sifrid und Wernher, Rheingrafen, erlassen dem Kl. Eberbach den Zins von einer Fischerei auf dem Rhein.

1284, *Febr. 2.*

Aus einem alten Kopialbuch *).

Nouerint univerſi tam preſentes quam futuri quod nos Syffridus Ringrauius et Wernherus filius noster ob remedium animarum noſtrarum et progenitorum noſtrorum libere contulimus et aſſignauimus ratione elemoſine viris venerabilibus et religioſis dnis abbati et Conuentui in Eberbach quinque ſolidos. annui census ac perpetui colon. quos nobis predicti abbas et conuentus de quadam piſcatione ſuper Renum ſoluere tenebantur, confirmantes huiusmodi donationem omni jure quo potuimus et debebamus, renuntiando et effeſtucando ſuper omni

*) Vgl. Baer Beitr. zur Mainz. Gesch. II. p. 298.

Digitized by Google

repetitione seu recuperatione, qua nos et heredes nostri occasione qualicunque possemus prefatos viros abbatem et conuentum loci memorati jure ciuili aut canonico impugnare. In cuius rei testimonium nos Syffridus Ringrauius predictus sigillum nostrum presentibus duximus appendendum. Et nos Wernherus prelibatus, quia sigillum proprium non habemus, sigillo patris nostri usi sumus in hac parte. Actum et datum anno dni M°. CC°. LXXX°. IV° in die purificationis B. Marie Virginis.

---

496. Gerhard Spech von Ditse, Ritter, vermacht dem Kl. Eberbach seine Güter bei Sustene.

1284, *Nov. 26.*

Orig. Urk. im Landesarchiv zu Idstein.

In nomine dni amen. Nouerint uniuersi tam presentes quam futuri quod ego Gerhardus dictus spech senior miles | de Ditse una cum consensu ac bona voluntate filiorum ac filiarum mearum | contuli omnia bona mea in sustene michi attinentia post mortem meam | eo jure quo nunc possideo. viris religiosis abbati et conuentui in Ebirbach | ordinis Cisterciensis pro remedio anime mee ac collateralis mee Irmendrudis ac omnium predecessorum meorum ac successorum pure propter deum. Huius rei | testes sunt. Comes senior de Wilnawe . ac castrenses unanimiter Ditze | commorantes. In cuius rei testimonium presentem litteram sigillo dni. G. comitis | de Ditse feci communiri. Datum aput Ditze anno dni M°. CC°. | LXXXIIII°. crastino katterine virginis.

Von dem Reitersiegel des Grafen Gerhard hängt noch ein Bruchstück an: † ... DI COMIT .....

Digitized by Google

497. Vergleich zwischen dem Kl. Eberbach und der Gemeinde Castele über den Weidgang bei dem Hof zur armen ruwe.

1285, *März 19.*

Orig. Urk. im Landesarchiv zu Idstein.

Judices ſce Maguntine ſedis Recognoſcimus et praeſentibus litteris noſtris publice proteſtamur quod ... Sindicus monaſterii | Eberbacenſis ex parte una et ... scultetus ... scabini et maiores nomine univerſitatis de Caſtele conſtituti in figura | Judicii coram nobis ex altera recognouerunt ſe in hanc formam voluntarie conueniſſe, videlicet quod praedictum monaſterium | de uniuerſis bonis ſuis iam habitis et habendis in terminis ville Caſtele ſupradicte ſoluet ſiue dabit ius il|lud quod hubrecht vulgariter nuncupatur ſicut incola ſiue inhabitator eiuſdem ville Caſtele hactenus conſuevit id | perſoluere et iam ſoluit debentque animalia eiuſdem monaſterii que iam habet et habebit imperpetuum in curia ſua dicta | zu der armen rûwe paſcua ſua querere et ad paſcendum pelli in hiis camporum terminis infra ſcriptis, vi|delicet in loco dicto Meinwartiſpurg et ab illo uſque ad agros eccleſie ſci Petri Maguntini tendentes ad viam verſus Wiſebaden, Item abinde uſque ad agros eccleſie ſci Gingolfi qui vinee olim fuerunt, Item | deinde uſque ad agros praedicte ecclesie ſci Petri tendentes ad viam dictam Weſterweg. Item ab eo | loco uſque hugelnſteyn, ad que quidem loca et paſcua ibunt ſecundum quod praedictum eſt animalia curie | memorate, ad que etiam loca homines de Caſtele poſſunt et debent pellere animalia ſua | licenter qualibet prohibitione ceſſante. Et quia in hac parte facta eſt perpetua gratia monaſterio memo|rato in recognitionem huius gratie taliter ſibi facte

ſoluet idem monaſterium ſingulis annis in septimana palmarum quatuor ſolidos denarjorum Colon. Maguntie datiuorum in uſus et utilitatem eccleſie parrochialis in Caſtele conuertendos, pro quibus quatuor ſolidis ut de ſolucione eorum haberetur plenior certitudo Religioſi viri... abbas et conuentus praefati monaſterii domum eiuſdem monaſterii ſitam in Caſtele dictam Dayſperg | ſub interpoſitione pignoris praefatis hominibus obligarunt. In perpetuum igitur robur et memoriam huius | facti sigillum noſtrum una cum sigillo . . . abbatis predicti monaſterii ad peticionem parcium eſt appenſum. Actum et datum | Maguntie Anno dni. M°. CC°. LXXXV°. XIIII°. Kal. Aprilis.

An rothen Schnüren hingen die beiden Siegel; von dem ersten ist nur noch ein rothes Stückchen vorhanden, das des Abtes fehlt.

---

498. Das Kl. Eberbach macht mit der Kirche zu Bingen einen Gütertausch.

1285, *Novemb. 1.*

Orig. Urk. im Gr. G. Staatsarchiv zu Darmstadt.

Nos Herbordus decanus. Totumque Capitulum Eccleſie Pingwenſis. preſentibus litteris profitemur et conſtare cu|pimus vniuerſis quod parj et vnanimj voluntatum noſtrarum aſſenſu. cum Religioſis viris. domino . . . Abbate et Conuen|tu monaſterii Eberbacenſis. Ciſtercienſis ordinis. commutationem quandam fecimus. pomerium noſtrum videlicet. ex altera | parte fluuii Na . prope montem ſancti Ruperti ſitum. quod libere proprietatis conditioni hucuſque ſubiacuiſſe dinosci|tur. eiſdem Abbati et Conuentui. pro duabus partibus vinearum. que Stukke vvlgariter

Digitized by Google

appellantur. in loco qui Swalepad dicitur. apud eundem montem Sancti Ruperti eciam ſitarum. nomine commutationis tribuendo. Et quia de predictis vineis Quadraginta den. maguntin. annis ſingulis ad eccleſiam Helberſheim iuxta Breideuachs | nomine census hactenus ſoluebantur. memorati . . Abbas et Conuentus. de voluntate et aſſenſu . . plebani et | vniuerſitatis ipsius ville . a ſupradictis vineis cenſum huiuſmodi transferentes. eundem predicto pomerio impoſuerunt ſupradicte Ecclesie in Hilberſheim perpetuo perſoluendum. In cuius facti teſtimonium. et euidentiam pleniorem. preſentes litteras Sigillo noſtro dedimus communitas. Nos quoque prefati frater. H. dictus Abbas et Conuentus monaſterii | Eberbacenſis in teſtimonium et recognitionem commutationis antedicte . a nobis voluntarie cum prefatis . . | Decano et Capitulo Pingweuſi facte. Sigillum noſtrum eciam preſentibus dignum duximus appendendum. | Actum anno domini M°. CC°. LXXXV°. In feſto Omnium Sanctorum.

Die Siegel der Aussteller und des Klosters Eberbach hängen unversehrt an.

---

499. Walram, Dompropst zu Münster, verkauft seine Güter zu Drechtineshusen an das Kl. Eberbach.

1285, *Nov. 10.*

Orig. Urk. im K. Provinc. Archiv zu Coblenz.

Univerſis praeſentis litteras inſpecturis. Walramus dei gracia praepoſitus ecclesie Monaſterienſis ſalutem et cognoſcere veritatem. Noverit univerſitas | noſtra quod nos porcionem bonorum ad nos. pertinentium ex ſucceſſione hereditaria parentum noſtrorum conſiſtencium in Drechtineſhuſen Magun tinenſis dyocesis prout ad

Digitized by Google

nos et pro rata nos in eiſdem bonis contingente pertinebat, vendidimus et vendimus religioſis viris | abbati et conuentui monaſterii Everbacenſis ciſtercienſis ordinis praedictae dyoceseos pro triginta marcis colonienſ. denariorum bonorum | et legalium duodecim ſolidis pro marca qualibet computandis, Nobis ab eiſdem traditis, numeratis et aſſignatis Exceptione pecunie | et precii nobis non traditi non ſoluti penitus renunciantes dictisque bonis cum omnibus ſuis pertinenciis et iuribus renunciamus et | effeſtucamus per praeſentes pro nobis, ſucceſſoribus et heredibus noſtris et aliis quibuscunque qui ius in dictis bonis ex perſona noſtra con|tenderent vel contendere poſſent ſe habere, ad manus et utilitatem abbatis et conuentus praedictorum promittentes bona fide pro nobis | et ſucceſſoribus noſtris quod occaſione reddituum et fructuum perceptorum pro tempore praeterito de dictis bonis ipſos . . abbatem et conuentum | non inquietabimus per nos vel per alios quoquomodo. In cuius rei teſtimonium ſigillum noſtrum una cum ſigillo offici|alitatis curie colonienſis quod hiis litteris apponi rogavimus praeſentibus eſt appenſum. Et nos officialis curie | colonienſis proteſtamur quod ad peticionem praefati praepoſiti ſigillum officialitatis praedictum in teſtimonium appoſuimus huic | ſcripto. Datum anno dni. Mill°. CC°. octuageſimo quinto. In vigilia beati Martini hyemalis.

Beschädigt hängen an: 1. *Das Siegel des Ausstellers, mit der Umschrift:* WAL. . . . GRA. PREPOSITI MONASTERIEN . . .; 2. *des Kölner Officials, als kleines Bruchstück.*

Digitized by Google

500. Wolfin, Alt-Schulteis in Rudensheym, und seine Frau Methyldys, vermachen dem Kl. Eberbach ihre Weinberge bei Kederche.

1286, März 1.

Orig. Urk. im Landesarchiv zu Idstein.

Que geruntur in tempore ne labantur cum tempore litterarum teſtimonio ſolent per|hennari. Inde eſt quod ego Wolfinus quondam ſcultetus in Rudenſheym et Methyldys uxor | mea notum eſſe volumus tam preſentibus quam futuris quod nos unanimi conſenſu et ſociata | manu in ſtrata publica ville Rudenſheym contulimus et conferimus pro remedio animarum noſtrarum | viris religioſis abbati et conuentui in Eberbach. Duas vineas noſtras ſitas in villa kederche quarum | una ſita eſt in loco dicto Waldenhelfen altera vero in loco dicto Altwyx. ita ut quandocunque alter noſtrum deceſſerit | et ad cimiterium Eberbacenſe ubi iam sepulturum elegimus deductus fuerit, predicti abbas et conuentus | de ipſis vineis cum fructibus et culturis tanquam de proprio Allodio ſe intromittant cum omni iure | quo ea poſſedimus in perpetuum poſſidendas. Item damus et legamus eidem monaſterio omnia alia bona | que habemus in iam dicta villa kederche. ſi due filie noſtre ſine legitima prole deceſſerint. Item damus et le|gamus iam dicto monaſterio eodem modo domum noſtram in Rudenſheym cum area et omnibus edificiis noſtris. ibidem | et vinea et pomerio adiacentibus. ſaluo ut dictum eſt iure hereditario . duabus filiabus noſtris Benigne et Elizabet. et ſi nubſerint et genuerint earum liberos ſimiliter nolumus hereditate ſua priuari . nec aliquos | per lineam deſcendentem. Item eodem modo damus dictis religioſis quatuor particulas vinearum in loco dicto.|

Digitized by Google

Vofberch. Item damus eidem monaſterio quinque quartalia vinearum. in loco dicto Tekelre cum condicionibus | ſupradictis. Volentes et ordinantes ut ſi filie noſtre predicte genuerint ipſe et que ab eis deſcenderint | ius habeant hereditarium in bonis noſtris nec aliquis alter ſe intromittat. Sed monaſterium de Eber|bach proximus heres erit cum defecerint filie noſtre et perſone ab eis genite tantumodo per lineam de ſcendentem. Acta ſunt hec anno dni milleſimo ducentiſimo octogeſimo. sexto. Kalendas Martii. | preſentibus Eberwino priore. Eberardo et Syfrido monachis. Dytmaro et Petro conuerſis in Eber|bach. Friderico plebano de Rudenſheym. Emerichone. dicto de Spare. Tylmanno et Cunemanno militibus | et Dillemanno filio Tylmanni In cuius rei euidenciam et perpetuam memoriam preſens ſcriptum venerabilium | virorum. domini Decani eccleſie pingwenſis. Plebani de Rudenſheym. Archipreſbiteri. et Heinrici de Kazzenellenbogen. et Cune|manni. Johannis dicti brumzere. et Roberti militum ſigillis petiuimus et obtinuimus communiri.

Fünf Siegel hängen.

1. DECANI ECCLES. PINGVENSIS.
2. CUNZE M....INS. R....
3. *wenig kenntlich.*
4. † S. RVP....RVDENSHEIM.
5. S. HENRICI DE TVRR — BOG.

501. Compromiss zwischen dem Victor-Stift in Mainz und dem Kl. Eberbach über Zehnten in Richardeshusen.

1286, *Juni 26.*

Orig. Urk. im Landesarchiv zu Idstein.

Nouerint univerſi preſentes pariter et futuri quod

Digitized by Google

cum inter nos . . decanum et capitulum ecclesie sci Victoris Maguntine ex una | et nos .. abbatem et conuentum monasterii Eberbacensis Cisterc. ordinis ex parte altera super decima curtis in Richardeshusen questio verteretur eo quod nos decanus et capitulum predicti dicimus predictam decimam ad nostram ecclesiam integraliter pertinere | et esse et fuisse in possessione eiusdem et iure percipiendi pacifice et quiete nobis Abbate et conuentu predictis asserentibus ex | aduerso quod ex virtute priuilegii a sede apostolica ordini nostro indulti de ortis olerum decimam soluere non tenemur nos de | questione illa et omnibus controuersiis et contencionibus quas inter nos habemus vel habere possemus contemplacionem huiusmodi questionis | voluntate spontanea non coacti compromittimus in hiis scriptis in honorabiles viros fratrem Johannem lectorem fratrum predicatorum in Maguntia et Heinricum scolasticum ecclesie sci Petri Maguntie tamquam in arbitros seu compromissarios, arbi|tratores vel amicabiles compositores ut ipsi super contencione et questionibus predictis seruato iuris ordine vel eciam non seruato de plano vel quouis modo voluerint possint examinare et cognocere et prout eis videbitur terminare ordinarie vel | extra ordinarie diebus feriatis vel non feriatis, sedendo vel stando omni hora, omni loco utraque parte presente vel altera | absente et quod arbitrari possint semel vel pluries et sentenciam suam sine pronunciacione corrigere et interpretari si fuerit | oportunum et pronunciari in scriptis vel sine scriptis prout eis videbitur expedire. Promittimus quoque predictis arbitris nostris | pro nobis et ecclesiis nostris sub pena quinquaginta marcarum usualis monete soluendarum parti seruanti arbitrium a parte | non seruante arbitrium pro pena arbitrii non seruati quod su-

Digitized by Google

per queſtione et contencionibus predictis eorum ſtabimus et obtemperabimus | arbitrio ordinacioni et pronunciacioni, et in nullo contraueniemus verbo vel opere per nos vel per perſonas interpoſitas de iure | vel de facto, tacite vel expreſſe, quod contra predictum nostrum compromiſſum nullum reſcriptum impetrabimur, nullum priuilegium | allegabimus, nullam excepcionem opponemus, nec utemur alicuius iuris beneficio canonici vel civilis quod viciet vel viciare poſſit | predictum nostrum compromiſſum tam ex perſonis arbitrorum quam nostris ſeu rebus ſuper quibus compromiſſum exiſtit. ſed renunciamus ſimpliciter | omni beneficio predictorum et beneficiis priuilegiorum et iuribus et excepcionibus que nobis quo ad infirmandum dictum compromiſſum ordinacionem | pronunciacionem ſeu arbitrium predictorum arbitrorum noſtrorum poſſent competere vel prodeſſe. In cuius nostri compromiſſi obligacionis et renuncia|cionis fidem et teſtimonium ſigilla nostra preſentibus duximus appendenda. Actum et datum anno domini Mill. CC. LXXXVI. VI Kal. Juli.

Von den Siegeln ist 1. *abgerissen; es hängen noch an*:

2. † S. ECCLES. S. VICTORIS MAGUNT.
3. † S. HERMANNI SCOLASTICI SCI PETRI MAGUTINI.
4. *Des Abtes von Eberbach, sehr beschädigt.*

502. Vergleich zwischen dem Kl. Eberbach und den Gebrüdern Schelhofen in Limburg über eine Erbschaft.

1286, *Juli 30.*

Orig. Urk. im Landesarchiv zu Idstein.

In nomini ſce et indiuidue trinitatis Amen. Nos frater Johannes Prior et lector fratrum predicatorum in Maguncia . . . Hermannus canonicus ecclesie

Digitized by Google

limpurgensis et plebanus | ibidem Treuerenſis dyoceſis arbitratores ſeu amicabiles compoſitores electi et conſtituti | a viris religioſis. . domino abbate Eberbacenſi et a ſuo conuentu ordinis Cyſterc. Maguntine | dyoceſis ex una et a Roricho, Theoderico et Wilderico fratribus dictis schelhofen heredibus | bone memorie domini heinrici quondam ſcolaſtici limpurgenſis ex parte altera. In cauſa quae uertebatur | inter eos ſuper rebus mobilibus quocumque nomine cenſerentur relictis ex morte prefati . H. ſcolaſtici | limpurgenſis in ecclesia et ecclesie Eberbacenſis racione teſtamenti vel donationis inter uiuos uel cu|iuſcunque alterius donacionis titulo habito jurisperitorum conſilio et inueſtigata diligencius ue|ritate, habentes deum prae oculis qui ſolus eſt conſcius ſecretorum, prouida deliberacione. Auc|toritate . poteſtate, virtute arbitrii in nos translati, diffiniendo pronunciamus et pronuncian|do diffinimus predictos . . Rorichum . . Theodericum . Wildericum nec non et alios cuiuscumque ſucceſſionis | heredes nullum jus habere vel eciam habuiſſe in rebus ut dictum eſt mobilibus predicti domini . . H. ſcolaſtici limpurgenſis, cum ipſe heredibus ſuis quicquid ex ſucceſſione hereditaria habuit | contulerit et dederit adhuc uiuens . . et reſiduum rerum ſuarum fuerit ſub titulo peculii, clerico|rum secundum canonicas ſanctiones et ideo virtute eiuſdem arbitrii predictis tribus fratribus sub | pena in arbitrio conſcripta perpetuum ſilencium imponimus in hac cauſa. In cuius noſtre | pronunciacionis et diffinicionis robur et firmamentum preſens ſcriptum super eo confectum | sigillis nostris duximus muniendum. Actum apud Limpurc . Anno dni. . M°. CC°. | LXXX°. VI°. III. Kal. Auguſti . . preſentibus teſtibus subnotatis fratre Heinrico cuſto|de fratrum mino-

Digitized

rum. et fratre Godefrido Gardiano limpurgenſi. fratre Th. fratre philippo fratre | Jacobo de ordine fratrum predicatorum et Magiſtro Willelmo decano limpurgenſi. . . Wigando plebano | ſci petri in monte necnon et Wernero armigero, et scabinis limpurgenſibus videlicet Ludewico | monetario. Heinrico albo. et tilmanno piſtore . aliisque pluribus fidedignis.

An Pergamentstreifen hängen:

1. . . . N. MAGVNT. . . .
2. S. HERMANNI PLEBANI, } *zerbrochen.*

503. Schwester Alheid von Kederche setzt das Kl. Eberbach zum Erben ihrer Güter ein.

1286, *Aug. 20.*

Orig. Urk. im Landesarchiv zu Idstein.

In nomine ſce et indiu. trinitatis amen. Quoniam opus dei et hominum tunc rite proſequitur cum ratione ſuadente iusticie rectitudo de beneficiis a ſummo | deo largitore omnium conceſſis in erogatione pia circa eos, qui ei ſeruiunt | tanquam pondus diei et eſtus portantes et ſuaue iugum Chriſti Jhesu. in ſuis corporibus cotti|die cum fervore feruentes ſinceriter ac fideliter conſeruatur. — Nouerint uniuerſi tam preſentes quam futuri quod Ego ſoror Adelheidis relicta bone memorie Harperti de Ke|derche ſana mente et corpore exiſtens. Ignorans finem meum et diem mortis ne me inteſtatam et a tam pio deſiderii conceptu frustratam decedere contingat, gereus indefeſſe ſollicitum cum omni pietate animum circa conuentum monaſterii Eberbacenſis ordinis Ciſterciensis, coudo et ordino ſpontanea voluntate non coacta de rebus |

Digitized by Google

bonisque michi a deo collatis donationem ad opus conuentus predicti ſibi in conſolationem et releuamen ſuorum laborum in diebus ſollempnibus duntaxat ſubſcriptis | qui deuotioni mee altiori mente mihi prae aliis cordi ſunt in hunc modum. Videlicet quia omnia bona mea mobilia et immobilia que uſque in preſentem diem tam in villis de k e d e r c h e | quam h e i m b a c h poſſideo post mortem meam libere propter deum et ſalutem anime mee necnon et animarum omnium progenitorum meorum in elemoſinam conuentui Eberbacenſi predicto | confero et conſigno. nolens post huius vite incolatam praeter deum et ſuam genitricem conuentumque prefatum alios relinquere bonorum meorum omnium ſucceſſores ſeu poſſeſſo|res, condicione tamen tali appoſita quod de predictis bonis dicto conuentui aſſignatis a cellerario ſeu prouiſore alio dictorum bonorum culture deputato. Priori dicti mo|naſterii qui pro tempore fuerit viginti marce denariorum colon. et carrata vini melioris in H e i m b a c h creſcentis et tres ame vini in G r e u e n b e r c h. In natiuitate domini | et aſſumptione virginis glorioſe pro ſeruitio plenario et pitantia in recreationem memorati conuentus. omni fraude, dolo et illegitima occaſione excluſis ſingulis annis imper|petuum deputentur et aſſignentur faciendis. Si vero aliqua rationabilis causa vel acris inclementia aut temporis ſeu aliquod aliud euidens impedimentum teſte conſcia illorum quorum | intererit dictum ſeruitium ammminiſtrare quod ea que ad complementum ſeruitii ſeu pitantie ſpectant haberi non poſſunt diebus prenotatis interuenerit. tunc ſeruicium ſeu pitancie | ad Natiuitatem domini deputare, infra Natiuitatem domini et Epiphaniam ammminiſtrari ordino et decerno. — Aliud vero ſeruicium quod in aſſumptione beate virginis fuerat rationibus premiſſis intermiſſum, infra |

Digitized by Google

octavam ipſius volo et diſpono ipſi conuentui modis omnibus exhiberi, nec quidquam de bonis ſeu prouentibus aut redditibus ad amminiſtrationem ſeruicii diebus predictis faciendam | vendetur, alienabitur vel commutabitur quocunque caſu fortuito contingente. Verum quia plerumque contingit prout experientia nonnullos etiam ſeculares edocet quod per incuriam et negligentiam officiatorum clauſtrales officio vacationis ad pedes Jhesu cum Maria intendentes multipliciter tamquam mortui a corde et a conſpectu hominum debi|ceſcentes obliuioni tradantur preſenti ſcripto proteſtans et irreuocabiliter cum firmitatis robore ſtatuens ut quocienſcunque et quandocunque dicti ſeruitii amminiſtratio dictis diebns | fuerit omiſſa vel neglecta ipſi conuentui facienda . ipſam libere et abſolute ceſſantibus cauſis controuerſiis et querelis quibuscunque nominibus cenſeantur, tranſfero in conſimiles uſus | capituli maioris eccleſie Maguntine diebus memoratis percipiendam. et dicto conuentui quocienſcunque dicto beneficio fraudati fuerint vel priuati ſuper repeticione dicti benefi|cii tociens ei duxi ſilentium imponendum. Preterea ſepedicto conuentui ad meliorationem panis ſui in quadrageſima quem de puro tritico eſſe volo, omnino con|fero centum maldra tritici in curia de Leheim aut in aliis grangiis ſecundum ordinationem domini . . abbatis et conſilii ſeniorum domus Eberbacenſis recipienda que pro cen|tum et sexaginta marcis comparaui ad tam pium opus in refocillationem menbrorum annis ſingulis exhibenda. Inſuper cum conuentus predictus in ſextis feriis prae tenuitate | victus et arta dieta grauiter affligatur et lacticiniis licet ex ordinis conceſſione poſſit, ſancta et ſalubri deuotione non utatur, ſibi ex conſueto per compaſſionem vul|nerati cordis condeſcendens aſſigno in preſenti . . cellerario coquine dicti

Digitized by Google

conuentus ad ſubſidium ſuarum pitantiarum dictis ſextis feriis faciendarum omnem prouentum | bonorum ſuper Gauwilſheim et Budenſheim ſingulis annis contingentium que emi pro ducentis et viginti marcis in pecunia prompta et numerata. Quod ſi vero | refrigeſcente caritate per contemptum aut negligentiam ſeu iacturam predictam centum maldra tritici una cum bonis de Gauwilſheim et Budenſheim in ſextis feriis ipſi conuentui donandis a cellerario predicto minime conferrentur, tunc omnia infraſcripta cum condicionibus ſuppoſitis in capitulum predicte maioris eccleſie tranſſero pro qualibet vice neglecta bona fide percipienda. Item cum liquido conſtet quod coacta ſeruicia deo non placent sed ea magis que de liberalitate et archa bone voluntatis emanant, omnia bona mea mobilia ſeu immobilia quocumque locorum ſita. que ab iſto die et deinceps deo annuente legitime conquirere poſſum. diſpoſitioni et ordinationi | mee libere reſeruans ad uſus et utilitatem dicti conuentus conuertenda nullum uolens ſuper eiſdem ex coactione habere ordinatorem. Similiter volens et humiliter | poſtulans ut hoc inſtrumentum in monimentum et recordationis agendorum et factorum ſingulis annis publice coram preſidente in capitulo Eberbacenſi in medium proferatur et perlegatur. In cuius rei testimonium et munimen perpetuum hanc preſentem cartam sigillis venerabilium virorum . . . abbatis et conuentus Eberba|cenſis predictorum qui in cauſa principales ſunt . capituli, decani et . . scolastici maioris eccleſie Maguntine poſtulaui inſtantiſſime roborandam. Et | nos frater Heinricus dictus abbas et conuentus Eberbacenſis predicti . capitulum . decanus et . . scolasticus eccleſie memorate ſigilla noſtra ad requiſitionem Alheidis | predicte in robur premiſſorum huic

Digitized by Google

carte duximus appendeuda. Datum anno domini M°. CC°. LXXX°. sexto. In die beati Bernardi abbatis. Copia | tranſſcripti tenorem huius carte continentis . capitulo . . decano et . . scolaſtico maioris eccleſie eſt conferenda et ab ipſis ſue cuſtodie mancipanda.

1. *Das an roth und gelb seidenen Schnüren gehangene Siegel des Abts ist abgerissen; es hängen noch:*
2. *an grün seidener Schnur das Siegel des Kapitels:* † S. MARTINVS SCE M...TINE SEDIS PATRONVS, *bis auf einige Stellen am Rande gut erhalten:*
3. *an roth seidener Schnur das Siegel des Dekans Gebehard:* † S' GEBEI ARCHIDECANI MAGVNT. ET PPOSITI S. VIGTORIS.;
4. *an gelb seidener Schnur, schön erhalten, das Siegel des Scholasters:* † S. EMERCHONIS SCOLASTICI MOGVNTINI.

---

504. Schiedsrichter ordnen die gegenseitigen Ansprüche der Witwe Gertrud von Vrowensteyn und des Kl. Eberbach auf Gefälle in Mussebach und Biburc.

1286, *Novemb. 23.*

Orig. Urk. im Landesarchiv zu Idstein.

Nos Dythardus de Paffindorp Fridericus de Sconenburch. Ludewicus de Are et Hermannus de Hademar Milites Uniuerſis preſentes litteras viſuris vel audituris volumus eſſe notum Quod cum inter religioſos et venerabilis viros Dominum | abbatem et conuentum monaſterii Herbacenſis ordinis Ciſterſiensis ex una parte et prouidam matronam dominam Gertrudim dictam | de vrowensteyn et Sifridum militem eius filium ex altera ſuper cenſibus bonis et reditibus ac feudis que una pars alteri ſibi | afferebat teneri, materia queſtionis fuiſſet ſuborta. Tandem ipſe partes ad pacem et concordiam venire cupientes super dictis queſtionibus |

Digitized by Google

et querelis uniuerſis in nos tamquam in arbitros arbitratores ſeu amicabiles compoſitores ſub religione fidei in manus nostras | traditas compromiſerunt et ſe noſtro arbitrio ſeu diffinitioni ſtare fideliter et inuiolabiter obligauerunt ſub datione fidei antedicte. Nos | igitur queſtionibus et querelis que venerabiles viri . . abbas et . . conuentus habebant ſeu habere intendebant Contra praedictam dominam de | vrowenſteyn et eius . . filium, videlicet quod iidem . . abbas et . . conuentus aſſerebant . . dominam de vrowenſteyn et eius . . filium praedictos | eiſdem . . abbati et . . conuentui deberi ſeu teneri annis ſingulis Novem uncias. et ſeptem denarios monete Maguntinensis et duas carra|tas palorum ligneorum ad curtim ipſorum ſitam in villa Můſſebach nomine cenſus aſſignari. Item duas libras denariorum Maguntinensium | et quatuor plauſtra pallorum ligneorum ac quatuor maldra ſiliginis menſure Maguntine, ad curtim eorundem ſitam in villa Biburch | ſimiliter annis ſingulis aſſerebant praefatos dominam de vrowenſteyn et eius . . filium nomine cenſus debere aſſignari. Item decem caponas | de area ſita in Můſſebach nomine cenſus perſoluendos ad curtim ſitam in Můſſebach, dicebant dictam dominam et eius . . filium annis ſin|gulis eſſe obligatos. Item dicti . . abbas et . . conuentus aſſerebant ſepedictam dominam de vrowenſteyn, et bone memorie dominum Sifridum eius | maritum donaſſe ſeu tradidiſſe in elemoſinam communicato conſenſu et voluntate duodecim Jugera tam vinearum quam terre arabilis ſita in | villa Můſſebach in loco qui dicitur hundigil quorum iugerorum ſepedicti abbas et . . conuentus per tempus aliquod impoſſeſſione extiterunt. | Item domina de vrowenſteyn et eius . . filius memorati Econuerſo a

dictis . . abbate et . . conuentu quinque maldra ſiliginis menſure Ma|guntine, dimidiam carratam vini frankonici et dimidiam libram denariorum Maguntin. petiuerunt, que omnia praefata domina et eius | filius ſe teneri aſſerebant et poſſideri in feudo, a viris nobilibus domino Wernero de Bolandia et domino Philippo de Valkinſteyn et quod | predicta dicte domine et eius filio a dicto . . abbate et conuentu de Curte ipſius . . abbatis et conuentus in Můſſebach nomine cenſus | debent aſſignari quod feudum ipſi domine et eius filio fuerit neglectum et detentum per decem annos ab . . abbate et conuentu memoratis. | Hiis itaque omnibus auditis, intellectis et examinatts cauſis et queſtionibus hinc inde diligenter in dei nomine arbitrando, amicabiliter ſtatuendo | ordinando ſeu diffiniendo pronunciamus quod dictus dominus . . abbas et . . conuentus ſuper omnibus queſtionibus et querelis antedictis, renunciant | ſimpliciter et de plano nec umquam eiſdem domine de vrowenſteyn et eius . . filio ſuper ipſis queſtionibus moueant impoſterum queſtionem et praedicta | domina de vrowenſteyn et eius filius, eiſdem domino . . abbati et . . conuentui annis ſingulis imperpetuum In feſto beati Martini ad curtim de | Můſſebach ſupraſcriptam nouem uncias et ſeptem denarios Maguntin. denariorum ac duas carratas palorum ligneorum nomine cenſus tradent et aſſigna|bunt, niſi ipſe Sifridus puer de Bolandia et valkenſteyn dominos antedictos, a quibus ſe aſſerit dictos Cenſus habere in feudo A feſto cir|cumciſionis proxime venturo per annum integrum prout iuſtum fuerit docuerit ſeu probauerit euidenter et hec ipſe Sifridus octo diebus | cum ipſam probationem facere debet, dictis . . abbati et conuentui pronunciabit. Si autem dicti domini de Bolandia

Digitized by Google

et de Valkinſteyn contra odii | inimicicie rancoris vel inuidie probationem vel quod vulgariter werſchaft dicitur, ipſius feudi preſtare denegarent dicto Sifrido de cenſibus | antedictis, ipſe Sifridus extunc infra dictum terminum cum duobus confeudalibus ſuis, viris ydoneis et fidedignis et ſe ipſo probacionem ipſius | feudi faciet et preſtabit . . abbati et . . conuentui antedictis. Si autem hec omnia infra dicti anni ſpacium neglexerit adimplere extunc | dicta domina de vrowenſteyn et ipſe Sifridus eius filius prefatum cenſum libere et abſque omni contradictione iuxta predicte curtis conſuetudinem | perpetue aſſignabunt . . abbati et conuentui memoratis. Item ſtatuimus ordinamus ac diffiniendo pronunciamus quod ſepedicta domina | de vrowenſteyn et Sifridus eius filius duas liberas denariorum Maguntin., quatuor plauſtra palorum ligneorum et quatuor maldra ſiliginis que confeſſa ſunt debere ſe ad curtim in Biburch aſſignare nomine cenſus Deinceps annis ſingulis abſque omni contradictione In feſto beati Martini dictis . . abbati et . . conuentui iuxta conſuetudinem ipſius curtis tradent et aſſignabunt deci|mas omnibus amputatis, Super aliis vero que prefata domina de vrowenſteyn et eius filius a dictis abbate et conuentu exi|gebant videlicet quod ipse .. abbas et . . conuentus dicte domine et eius filio tenerentur in quinque maldris ſiliginis menſure maguntine | dimidiam carratam uini frankonici et dimidiam libram denariorum Magunt. annis ſingulis nomine feudi aſſignare et a dictis | domino de bolandia et de Valkenſteyn ſe aſſerebent teneri. Item ſuper aliis quod dictus . . abbas et . . conuentus aſſerebant quod ſepedicta | domina de vrowensteyn et bone memorie dominus Sifridus eius maritus eiſdem . . abbati et . . conuentui duodecim

iugera tam | vinearum quam terre arabilis ſuperius expreſſa, in elemoſinam tradidiſſent ſtatuimus ordinamus ac diffiniendo pronunciamus quod dicti abbas et conuentus a ſolutione ſiue aſſignacione dicti feudi liberi ſint et abſoluti et quod dicte domine et eius . . filio ad ipſum | feudum aſſignandum deinceps minime teneantur, nec ſuper ipſo feudo obtinendo umquam moueant alicuius iniurie queſtionem. Item ſuper | duodecim iurnalibus tam vinearum quam terre arabilis quas dictus abbas et conuentui ſibi traditas in elemoſinam a dicta | domina de vrowenſteyn et eius marito aſſerebant ſtatuimus et diffiniendo pronunciamus quod . . abbas et conuentus ſuper | illis renuncient plane ſimpliciter et expreſſe, nec ſuper illis obtinendis dicte domine de vrowenſteyn et eius . . filio umquam | ſimiliter alicuius iniurie moueant queſtionem, ſed ipſorum iugerorum poſſeſſione gaudere permittant pacifice et quiete. In quorum omnium pre|miſſorum teſtimonium et firmitatem Nos . . arbitri ſupradicti qui ſigilla ipſa habemus, sigilla noſtra preſentibus duximus appendenda. Et | nos Abbas et conuentus monaſterii Ebberbacenſis Ciſterſienſis ord. Magunt. dyoceſis ſupradicti Et Gertrudis domina de vrowen|ſteyn et Sifridus miles eius filius tenore preſentium confitemur publice et expreſſe quod nos libera voluntate compromiſimus et com|promittimus per preſentes in prefatos . . milites tanquam in arbitros arbitratores ſeu amicabiles compoſitores, ſuper omnibus queſtionibus | antedictis Et promittimus et promiſimus fide corporali interpoſita quod contra dictorum arbitrorum diffinicionem ſtatutum et ordinationem praedictam per nos | vel per aliquos nunquam inueniemus ingenio ſiue cauſa. In cuius rei teſtimonium Nos . . abbas et conuentus predicti ſigillum noſtrum pro | nobis et noſtro nomine et nos

Digitized by Google

Gertrudis domina de vrowinſteyn et Sifridus eius filius antedicti pro nobis et noſtro nomine ſigillum | mei Sifridi literis preſentibus appoſuimus Sub quibus nos . . abbas et conuentus predicti et Gertrudis et Sifridus eius filius memo|rati confitemur publice et expreſſe nos quemlibet nostrum habere copiam preſentis inſtrumenti. Actum Anno dni M°. CC°. LXXX°. sexto. Tercia | feria ante feſtum beate Katherine virginis. Preſentibus domino Henrico comite de Virneburck, Jacobo dicto Hunſwin. et eius | filio Clemente de Biginſteyn militibus . . Wenige de Paffindorp et eius filio Henrico et aliis quam pluribus fidedignis.

An Pergamentstreifen hängen die Siegel:

1. *des Abts von Eberbach.*
2. † S' DI(th)ARDI MILITIS DNI. DE PAFF(indo)RP.
3. † SIFRIDI DE FRAVINSTEIN.
4. (Frid)ERI(ci de Sconenburck).
5. † SIGILLVM LV(dewici) DE . ARE.

---

505. Das Kl. Eberbach bestellt den Philipp Marschall von Frowenstein zum Vogt des Dorfes Mosschebach.

1287, *Juni 7.*

Orig. Urk. im Landesarchiv zu Idstein.

Frater Heinricus dictus abbas totusque Conuentus monaſterii in Ebirbach ordinis Cyſtercienſis Maguntine | dioceſis Ad univerſorum noticiam preſens ſcriptum intuencium cupimus peruenire Quod nos Honorando | viro Philippo Marſcalco de frowenſtein Aduocatiam iuriſdictiones et homines uille Moſſchebach | attinentes ipſi aduocacie aquas ſiue piſcationes quas habemus in Biburg praeter aquam que dicitur der floz.

cenſum manſorum attinentem curie in Biburg et Curie que dicitur in monte cuius videlicet cenſus ſumma eſt viginti septem et dimidium libre. et ſeptem denarii Moguntine monete ad terminum vite ſui ſolius locauimus | et non ultra. Ita quod ipſe ſit aduocatus noster in villa praedicta et quod ſingulis annis ipſi monaſterio ſoluat in feſto purificationis beate Marie virginis duodecim marcas aquenſium denariorum legalium et bonorum, et tres | libras Mogunt. denariorum pro quibuſdam feudis. Ipſumque monaſterium erit liberum a ſolutione cenſus videlicet trium et | dimidiae librarum Mogunt. denariorum et ab omnibus iuribus qui et que conſueuerunt dari et requiri de bonis ipſius | monaſterii ſitis ibidem pro qua videlicet penſione duodecim marcarum annis ſingulis ut dictum eſt ſupra ſoluendarum | prefatus Marſcalcus communicata manu legittime uxoris ſue reſignabit nobis tantum de bonis ſuis ſub | impignorationis titulo in quibus ſecuri ſimus et ad que habeamus reſpectum de cenſu nostro ſcilicet de duodecim | marcis praedictis. Item excipimus Quod in nullo ſimus obligati cuſtodibus campi qui ſchuzze vocantur et | foreſtariis praeter hoc quod dabimus cuſtodibus frugum ſuum ius quos ſchuzreth vocatur. Item excipimus quod | ſupradictus marſcalcus nullum ſibi in dicta uilla Muſſchebach ſubſtituet ſubaduocatum ſeu iudicem praeter noſtram ſpecialem licenciam et conſenſum et inſuper quamlibet curiam de duabus curiis predictis in ſuo iure | et cenſu illeſam conſeruabit penitus et indempnem et quod inſulas et ſiluas nostras in ſuo iure et conſuetudine illeſas debeat conſeruare. Item excipimus inſulas et omnem cenſum noſtrum liberum quem habemus ibidem | ſiue detur de vineis ſiue de domibus ſiue de aliis poſſeſſionibus qualicunque modo vel nomine appelletur.

Digitized by Google

Excipimus etiam triginta et quatuor maldra ſiliginis que juchcorn dicuntur, et ſexaginta plauſtratas palorum| pro quibus omnibus dictus Marſcalcus tanquam aduocatus ſiue iudex nobis ſuo tempore reſpondebit. Item ſi aliqua| bona ibidem racione cenſus ſiue canonis non ſoluti fuerint publicata dictus Marſcalcus uſufructum | ad vitam ſuam in bonis habebit eiſdem. Ipſoque defuncto eadem bona ſicut et alia bona noſtra ad | noſtrum monaſterium libere et abſolute ſine contradictione qualibet reuertentur, hominesque attinentes monaſterio noſtro | ſiue ſint in villa Muſſchebach ſiue extra in iure ipſius monaſterii conſeruabit ac eos tuebitur tanquam | aduocatus ac jura ſepedicti monaſterii noſtri que Beſtehaubet et watmal vocantur prout ſcabini dictarum | curiarum dictauerint ſeu ſententciauerint in utraque curia fideliter et diligenter requiret. Ita quod dictum | monaſterium noſtrum in iure ſuo non periclitetur nec aliquo modo ledatur. Preterea ſi ſepedictus Marſcalcus | occaſione dicte locacionis noſtre vel ſui amici aliquod dampnum ſiue grauamen ſuſtinuerint quocumque caſu | contingente quod abſit de hoc ad noſtrum monaſterium nullum penitus habebunt reſpectum. In cuius| rei teſtimonium et roboris firmitatem preſentem litteram noſtri et ipſius marſcalci ſigillis fecimus | communiri. Datum Anno dni M°. CC°. LXXX°. VII°. VII°. Idus Junii.

An Pergamentstreifen hängen die Siegel:

1. *Des Ables von Eberbach.*
2. ✝ S. PH..IPPI MARSCALCI DE VROW ...., *wenig beschadigt.*

506. Ludewig von Etghestein, Ritter, bestaetigt eine Schenkung seiner Vorfahren von Gütern bei Rode an das Kl. Eberbach.

1288, *im Februar.*

Orig. Urk. im Landesarchiv zu Idstein.

Nos Lůdewicus miles de Etgheſtein vicedominus Rinchowie et ſtilla collateralis noſtra ad noticiam uniuerſorum preſens ſcriptum intuentium volumus peruenire quod nos ob ſpem et fiduciam remuneracionis diuine ac gratiam ſeu fauorem | quem gerimus ad monaſterium de Eberbach ordinis Cyſterciensis ſpecialem Religioſis viris .. abbati et conuentui monaſterii | predicti indulgemus ut omnibus bonis tam in redditibus quam cenſibus que contulit ipſis dominus Rupertus bone me|morie avus noſter et poſtea pater noſter apud Rode panne ſteel et per noſtrum conſenſum ratificata libere et abſolute | gaudere poſſint et uti quiete . firmiter promittentes quod in poſſeſſione dictorum bonorum per nos ſiue noſtros ſucceſſores nullum | grauamen vel impedimentum inferemus per quod dictis religioſis aliquod praeiudicium poſſit generari aut iidem in aliquo | noſtra occaſione dampnificari . . Renunciantes ſimpliciter et pure omni juri exactioni vexacioni omni generi ſeruiciorum | quod noſtris progenitoribus de predictis bonis impendebatur aut nobis aliquando exhibebatur et praecipue de pullis in carnispraevio non | miniſtrandis de meliori capite et hoſpiciis non recipiendis neque requirendis .. ac aliis ſeruiciis quibuscumque nominibus cenſe|antur, de quibus in parte et in toto dictos religioſos tenore preſentium clamamus liberos et abſolutos, nullatenus in contrarium ve|nientes. In cuius rei teſtimonium et munimem perpetuum

Digitized by Google

ſigillum noſtrum preſentibus eſt appenſum.. Datum anno domini | M°. CC°. LXXX°. VIII°. Menſe februario.

An Pergamenſtreifen, dürftig angeheftet, hängt das Siegel in grünem Wachs, am Rande oben abgebrochen. Umſchrift: ... MILITS DE. EDECHENSTEIN; *eine Rose im Schild.*

---

507. Reinher von Godelahin und Rylindis, Eheleute, vermachen dem Kl. Eberbach mehrere Häuser in Oppenheim.

1288, *Aug. 10.*

Orig. Urk. im Gr. G. Staatsarchiv zu Darmstadt.*)

Wernherus ſcultetus, Conſilium et uniuerſi milites ac ciues Oppenheimenſes Tenore preſenci|um publice profitemur quod quondam Reinherus de Godelahin noſter conciuis et Rylindis uxor | ſua communicata manu et unanimi voluntate contulerunt et legauerunt in ſalutem animaram ſuarum viris religioſis domino .. abbati totique conuentui de Ebirbaco ciſterc. ordinis Moguntinenſis dyoceſis medietatem lapidee domus eorum antique ſite in ciuitate noſtra verſus ciuitatem. Inſuper domum lapideam ſitam retro eamdem domum verſus caſtrum Oppinheim integraliter | et in toto. Preterea duas domos ex oppoſito ſupradicte antique domus Lapidee eorum conſtructas nichilominus integraliter contulerunt. Item vineam quandam dictam Leheymere ſitam in terminis | nostre ciuitatis. Et ſciendum quod contulerunt Bernwardo filio fratris ipſius Rylindis reliquam medietatem antique domus lapidee predicte qui ſi ſine prole deceſſerit eadem medietas domus | ad heredes ſui

*) Die Urkunde ist doppelt vorhanden, das Siegel des Duplikats abgerissen.

Digitized by Google

patris ex eius obitu deuoluetur. Adicientes eciam quod post obitum dicte Rilindis | ſoror ſua dicta Fünkyn alteram illarum domorum duarum ex oppoſito antique domus | lapidee ſupradicte conſtructarum inhabitare debet ad tempora ſue vite. et quod dicta Rilindis huiusmodi | collacionem predictam, marito ſuo viuente, de conſenſu ipsorum amborum ordinatam voluit ratam | et ſtabilem permanere, ipsam coram nobis iuxta formam premiſſam innouauit preſentibus et | hiis ſcriptis. Nos igitur ad peticionem domini . . abbatis et ſui conuentus de Ebirbaco ac | prefate matrone Rilindis noſtrum ſigillum preſentibus appendimus in teſtimonium omnium premiſſorum. | Datum anno domini Mill°. CC°. LXXXVIII°. IIII°. Idus Auguſti. die beati Laurencii martiris.

Das anhängende grosse Siegel der Stadt Oppenheim ist am Rande beschädigt.

---

508. Gotzo von Dyninheim, Ritter, stiftet ein Vermächtniss zu Gunsten des Nicolaus-Kapellchens in Dininheim.

1289, *April 1.*

Orig. Urk. im Gr. G. Staatsarchiv zu Darmstadt.

Ego Gotzo miles dictus de Dyninheim Tenore preſencium recognoſco et duxi publice profitendum me legaſſe in ſalutem animarum parentum ſiue progenitorum meorum et in ſalutem | anime mee post mortem meam de conſenſu et permiſſione voluntaria honorabilium virorum domini Episcopi Wormaciensis, Abbatis ecclesie Fuldensis . . prepositi ſci Pauli Wormatiensis nec non . . prepositi ſci Johannis | Eccleſie Fuldensis ad quam spectat collatio parrochie in Dininheim et ſacerdotis in

Digitized by Google

eadem parrochia pro tempore celebrantis quod nunquam me vel meos heredes aut ſacerdotem talem cui ut in ſubſcriptis notatum inuenitur annuatim prouentus ſubnotatos recipiendos deputauimus impetet vel vexabit. ſacerdoti celebranti in capellula ſci Nycolai in Dininheim perpetuo diebus continuis viginti maldra ſiliginis | wormac. menſure preſentanda Oppinheim ante quamcunque domum ſacerdos talis voluerit qui in prefata capellula beati Nicolai pro tempore celebrabit . et carratam vini recipiendam in vineis ad hoc deputatis. | Sunt autem bona tam in agris quam vineis de quibus dicta viginti maltra ſiliginis et carrata vini prouenire ſeu cedere debent in hunc modum ſita. videlicet quinque iugera ſuper fontem dictum Sulceborne ſuper monachos | de Ebirbaco in terminis ville Dyninheim. Item quinque iugera pertingentia uerſus Vluirſheim et tendencia ſuper relictam helfmanni militis dicti Umbiſceidene. Item tria iugera zu plencerin, iuxta Sigelonem de | Durinkeim prope vineam que fuit Jacobi militis dicti de Lapide. Item septem iugera ſuper aſcenſum, dictum Steyge. ſuper agrum domiuorum de Ebirbaco prope relictam Wigandi militis de Dininheim. Item quatuor iugera in | campis Oppinheimenſibus in que includit ſe fruſtrum dominorum ſci Stephani de Moguncia. Item duo iugera ex altera parte vie dicte opirwek. iuxta p.... Friderici dicti Cracze. Item quinque iugera verſus Eltdingin inter Volcnan|diſſam et Alberonem. Item nouem quartalia prope portam campeſtrem dictam vallidor in vico Benzonis. — Item vinee Tria iugera zu kannile infra duas ſtratas contiguas. Item duo iugera zu Eltdingin prope magnum | agrum relicte Helfmanni umbiſceidene. Item ortum videlicet duo iu-

Digitized by Google

gera inter monachos de Ebirbaco et Wernherum militem de Sauwilnheim. Item in curia mea in Dyninheim domum et cellarium ſub domo | ac domum torcularíam et edificia verſus Wormatiam directe ſuper viam dictam Twerchwek. Et notandum quod predicta bona ſunt per me titulo proprietatis aſſignata, poſt mortem meam a ſeniore heredum meorum | poſſidenda, ideo quod permaneant indiuiſa. Ita tamen quod hec bona predicta cum aliis bonis meis post mortem meam inter heredes meos uniuerſos proporcionaliter diuidantur. De hiis autem redditibus de capella beate Nicolaj | ſacerdoti ibidem celebranti cedentibus dominus abbas Ebirbacensis qui pro tempore fuerit dictam capellam diebus continuis per religioſam perſonam ſui ordinis pro ſua voluntate iuxta timorem dei et ſalutem anime ſue et | de ſcitu mei ſenioris heredis predicti. prefate capellule competentem officiarius procurabit officiis diuinorum. Quod ſi vero fecerit ſic quoque eadem perſona religioſa infra menſem non celebrauerit in dicta capella continue infra | menſem immediate ſubſequentem per perſonam ſecularem dicte capelle de ſcitu ſenioris heredes mei ut premiſſum eſt prouideri faciet in diuinis. In qua prouiſione diuinorum tam in perſonis religioſis quam ſecularibus | ſi dominus abbas Ebirbacensis negligens fuerit, ſub eadem forma ut ſupradictum eſt ad dictum abbatem Otdirburgenſem dicta diuinorum prouiſio pertinebit. Quia etiam ſi in prouiſione diuinorum remiſſus fuerit extunc ad venerabilem dominum episcopum Wormaciensem ſpectabit prebende collatio ſupradicte . Sciendum autem de herede meo ſeniori antedicto ſi ſibi post mortem meam quocunque ſit anno videbitur forte quod hec bona mea predicta nimis | onerata ſint viginti maltrorum filiginis et carrate vini penſione .

Digitized by Google

et ideo forſan eamdem neglexerit ſoluere penſionem, dominus abbas Ebirbacenſis ſi prouidit capelle rite et racionabiliter in diuinis ſe de bonis | pro penſione locatis intromittet et ſacerdoti ad ſcum Nycolaum in Dininheim celebranti de ipsis bouis ſuam prebendam in vino et annona annis ſingulis ministrabit. Quod dominus Episcopus Wormacienſis et | abbas Otdirburgensis facient, ſi ipsos ex negligencia abbatis de Ebirbach conferre contigerit prebendulam prenotatam. In cuius legacionis mee teſtimonium honorabilium virorum domini Episcopi Wormaciensis | domini abbatis Fuldenſis, prepoſiti ſci Pauli Wormacenſis, prepoſiti ſci Johannis in Fulda.. abbatum de Ebirbach et Otdirburg nec non ciuium in Oppinheim ſigilla preſentibus ſunt appenſa. | Nos quoque perſone predicte ad inſtanciam Gotzonis militis de Dyrninheim ſupradicti una cum ciuibus Oppinheimenſibus noſtra ſigilla preſentibus appendimus in robur et euidenciam omnium premiſſorum. Datum | anno dni Mill°. CC°. octageſimo Nono. Kalendis Aprilis.

Sechs Siegel sind abgerissen; das siebente, das Stadt-Siegel von Oppenheim, hängt, stark beschädigt, an roth seidener Schnur.

509. Das Kl. Eberbach sichert sich den Heimfall eines Weinlagers in Oppenheim.

1290.

Orig. Urk. im Gr. G. Staatsarchiv zu Darmstadt.

Nos W. scultetus. Conſules uniuerſi milites et ciues oppinheimenſes ex preſentium tenore volumus omnibus eſſe notum per viros venerabiles dominum .. abbatem et conuentum monasterii Ebirbacenſis | ordinatum eſſe ta-

Digitized by Google

liter et tractatum cum honeſta Matrona Mehtilde filia quondam Sifridi preconis noſtra conciue quod eadem apothecam ſuam quondam eiuſdem Sifridi exiſtentem obtinebit et habebit pro | ſuif uſibus ad tempora vite ſue et ipsam apothecam in edificiis neceſſariis inſtaurabit et refi|ciet competenter, nulli quidquam cenſus inde penitus largitura. Que quidem apotheca poſt | mortem dicte matrone cedet et tranſibit in uſus monaſterii antedicti. Rogati ergo per partes | memoratas sigillo noſtro has litteras roborauimus in teſtimonium premiſſorum. Actum anno | dni M°. CC°. LXXXX°.

Das Siegel ist abgerissen.

---

510. Die Gemeinde Oppenheim erwirbt ein Wasserrecht von Gotzo von Dininheim und Johann von Gimminsheim, Gebrüder.

1290, *Jan. 1.*

Orig. Urk. im Gr. G. Staatsarchiv zu Darmstadt.

Nos Wernherus ſcultetus Conſilium et uniuerſi milites ac ciues in Oppinheim preſentibus litteris recognoscimus et fatemur Nos Goczoni dicto de Dininheim | et Johanni dicto de Gimminſheim fratribus eorumque heredibus debere dare et perſoluere annuatim infra aſſumptionem et natiuitatem beate Marie virginis decem et dimidium | maltra ſiliginis ſcilicet Goczoni predicto septem maltra et Johanni fratri ſuo de Gimminſheim tria et dimidium maltra pro aqua molendinaria ipsorum que adiacet aque molendina|rie dominorum de Ebirbaco uerſus nostram ciuitatem ante quamcunque domum in Oppinheim voluerint, ipsis per nos annis ſingulis preſentanda. Obligantes ipsis in maiorem | ſecuritatem pro ſubpignore domum nostre ciuitatis conti-

Digitized by Google

guam domui panis et cenſum eiuſdem domus, inferius et ſuperius, nobis ab ipsa annuatim cedentem, ita ut | ſi predictam annonam prefatis fratribus aut eorum heredibus prenotato termino annuatim non aſſignauerimus et preſentauerimus ut eſt dictum, quod ipsi antedictam domum nostram una cum cenſu de ipsa cedente ob nostram negligentiam publicandi et tollendi ad ipsorum poteſtatem quod u f h o l i n appellatur vulgariter, habeant plenam et liberam facultatem. Adicientes quando uel quocunque anno ipsis O p p i n h e i m uel N e r ſ t h e i n, D e c h i ſ h e i m aut D i n i n h e i m decem et dimidium maltra redditus comparauerimus et aſſignauerimus ſupradictos | cum quibus ipſi fratres contenti poſſint eſſe, quod ipſi extunc nobis domum noſtram cum cenſu ſubpignus noſtrum nobis reſtituere debent que domus et cenſus poſt eorum | reſtitucionem ad nostram ciuitatem libere reuertetur. In cuius rei teſtimonium noſtre ciuitatis ſigillum preſentibus eſt appenſum. Datum anno dni Mill⁰. CC⁰. Nonageſimo | die circumciſionis dominice.

Das an Pergamentstreifen anhängende grosse Stadt-Siegel ist wohlerhalten: Umschr.: SIGILLVM. BVRIENSIVM IN OPPENHEIM.

511. Das Kapitel zu S. Andreas in Köln vererbpachtet eine Hofstätte bei der Wurpelporte am Rhein *) an Blizen, Tochter Herm. Scherfgin, Ritters.

1290, *im März.*

Orig. Urk. im K. Provinc. Archiv zu Düsseldorf. **)

In nomine domini. Amen. Uniuerſis praeſentes

*) Ein Notariats-Instrument vom 27. Sept. 1339 (im K. Prov. Archiv zu Düsseldorf) gibt Auskunft über die Besitzergreifung dieses Hauses durch das Kl. Eberbach.

**) Das Dokument trägt die Archival-Aufschrift: Area quedam iuxta portam τεσσερῶν.

Digitized by Google

litteras inſpecturis . Decanus et Capitulum ecclesie ſci Andree Colonienſis ſalutem. cum noticia veritatis. Nouerint ... quod nos de communi conſenſu et voluntate, utilitate noſtre ecclesie ac noſtra in hoc penſata quandam aream noſtram que fuerat pars vinee noſtre ſitam ex illa parte porte Würpelporthe, inter domum Elizabet et Katerine ſororum, nepotum quondam dicti Gir ex una parte, et domum Margarete dictam Berkenderi ex altera, continentem in latitudine triginta et octo pedes et in longitudine centum et viginti pedes dedimus Blize filie quondam Hermanni dicti Scherfgin militis et Criſtine filie dicte Blize in Omphiteoſun, ſeu conceſſimus et locauimus eiſdem hereditarie et imperpetuum recipientibus huiusmodi aream ſub annuo cenſu ad conſtruendum et edificandum duas domos in eadem quas eis utiles fore credunt, et ad inhabitandas, tenendas et jure perpetuo ſeu hereditario poſſidendas. Ea condicione, modo et pacto quod huiusmodi domos conſtruendas non uendent, uon alienabunt, niſi prius nobis huiusmodi domos edificandas ſeu conſtruendas cum ſuis melioratiouibus optulerint emendum ſeu comparandum, de quibus quidem domibus dicte bliza et Criſtina filia ſua ſoluent et aſſignabunt nobis ſeu officiato noſtro qui pro tempore fuerit ſingulis annis ſex ſolidos Colon. denariorum terminis infra ſcriptis &c. Que omnia et ſingula data fide promiſerunt ſe fideliter obſeruaturas, renunciantes omni iuris auxilio quod eis contra praemiſſa ſeu aliquod praemiſſorum poſſet aliquatenus ſuffragari . Et nos decanus et capitulum eccleſie ſci Andree predicte queſtionem ſi qua ſupra dictis area et edificiis ſeu occaſione eorundem moueri contigerit, illam noſtre diffinitioni et deciſioni reſeruauimus. Sigillum

Digitized by Google

nostre ecclesie praesenti scripto in testimonium et munimen praemissorum apponentes. Datum mense Martii. Anno M°. CC°. LXXXX°.

Das Siegel ist bis auf ein Stück von oben gut erhalten.
Umschrift: DESIDERAVI TE AMPLECTI. O BONA CRVX.

---

512. Georg, Rauhgraf, gibt dem Kl. Eberbach eine demselben gewaltsam entzogene Rheinaue zurück.

1290, *Mai 15.*

Orig. Urk. im Landesarchiv zu Idstein.

Nos Georgios comes Irsutus de Stolzenberg Tenore presentium recognoscimus et ad uniuersorum | tam presentium quam futurorum noticiam cupimus peruenire quod bonorum virorum usi consilio et propria con|scientia informati, quandam Insulam in Reno sitam que zazenwert vulgariter nuncupatur | quam per aliquod tempus retinuisse et possedisse indebite et iniuste presentibus nos fatemur, Religio|sis viris . . abbati et conuentui monasterii Eberbacensis, Cisterc. ordinis Maguntine dioceſis | qui eandem insulam prius pacifice et quiete possedisse et tenuisse dinoscuntur, nunc eisdem | abbati et conuentui restituimus et simpliciter resignamus . Renunciantes in hiis scriptis omni | impeticioni siue requisitioni que nobis de iure siue de facto in prefata insula competere. | videbatur, aut etiam videbitur pro nobis et nostris heredibus uniuersis, conferendo ipsam | immo pocius restituendo predictis . . abbati et conuentui iam nunc et imperpetuum obtinendam | et in suos usus prout ipsis placuerit conuertendam. In cuius rei testimonium ac debitam | firmitatem presentes literas

Digitized by Google

eis damus sigilli nostri munimine roboratas. Actum anno domini. M°. CC°. LXXXX. Idus Maij.

In der Mitte von einander gebrochen, an fester, schmaler Schnur, hängt das schöne Reitersiegel des Rauhgrafen.

Umschrift: † SIGILLVM GEORGII COMITIS IRSVTI.

---

513. Papst Nicolaus IV. nimmt (das Kl. Eberbach) in seinen apostolischen Schutz.

1290, *Dezemb. 9.*

Orig. Bulle im Landesarchiv zu Idstein.

Nicolaus episcopus seruus s. dei. Dilectis filiis .. Abbati Cistercii eiusque Coabbatibus Monasteriorum Cisterciensis ordinis et eorum Conuentibus Universis Salutem et apostolicam benedictionem. Plantatus in agro domini ordo uester sic a suis primordiis diuina cooperante clementia pullulavit, sic laudabilibus incrementis profecit fructus assidue † proferens copiosos . quod inter alia germinantia dicti agri tamquam sidereo nitore refulgens plenis donis uirtutum spiritualiter et temporaliter noscitur habundare. Eapropter dilecti | in domino filii uestris iustis postulationibus grato concurrentes assensu personas uestras et monasteria in quibus diuinis estis obsequiis mancipati cum omnibus bonis que impresentiarum rationabiliter possident aut in futurum iustis modis prestante domino poterunt adipisci, sub beati Petri et nostra protectione suscipimus. Specialiter autem Ecclesias. Grangias. | domos. possessiones et alia bona uestra sicut ea omnia pacifice possidetis, vobis et per vos monasteriis uestris auctoritate apostolica confirmamus, districtius inhibentes ut nec | uobis nec alicui vestrum liceat ad alium ordinem se transferre, ac ipsius habitum et instituta suscipere, neque se et Monasteria

ueſtra ipſius ordinis Ciſtercienſis Mo|naſteriis et locis alterius ordinis et profeſſionis ac obſervantie ſeu quibuſcumque eccleſiis et locis aliis aut religioni ſubicere, uel unire aut aſſociare ſiue circa | ſtatum eorundem monaſteriorum et ordinis Ciſtercienſis aliquid immutare uel innovare. per quod vobis et dicto ordini preiudicium generetur, quodque nemo cuiuſque conditionis | exiſtat contra huiusmodi noſtre prohibitionis tenorem uos et monaſteria predicta recipere vel tenere aut aliquid attemptare quoquomodo preſumat abſque apoſtolice ſedis | licentia et mandato. Nos enim ſi ſecus actum fuerit irritum decernimus et inane. Ceterum ubi perſona ueſtre profeſſionis ad ordinem alium aſpiraret ſe tranſferre ni|chil de antiqui iuris obſervantia intendimus immutare. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtre protectionis, confirmationis et inhibitionis in|fringere uel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare preſumpſerit indignationem omnipotentis dei et beatorum Petri et Pauli apostolorum | eius ſe nouerit incurſurum. Datum apud Urbem veterem. V. Idus Decembr. Pontificatus nostri Anno Tertio.

An gelb und roth seidener schnur hängt die unversehrte Bulle.

Aufschrift: NICO
LAVS
PP. IIII.

---

514. Papst Nicolaus IV. verbietet, (den aus dem Kl. Eberbach) Entflohenen Aufenthalt zu gewähren.

1290, *Dezemb. 9.*

Orig. Bulle im Landesarchiv zu Idstein.

Nicolaus episcopus ſeruus ſ. dei. Dilectis filiis . .

Abbati Ciſtercii eiuſque Coabbatibus Monaſteriorum | Ciſtercienſis ordinis eorumque Conuentibus Univerſis Salutem et apoſt. benedict. Religionis ueſtre meretur honeſtas | ut quanto ſtudioſius diuine contemplationi uacatis. tanto quieti ueſtre prouidere benignius ſtudeamus. Veſtris | itaque ſupplicationibus inclinati auctoritate preſentium inhibemus ut nullus audeat Monachos Converſos et perſonas ordi|nis ueſtri profeſſos fugitiuos ſeu rebelles recipere uel etiam retinere, ſed liceat uobis ipſos abſque alicuius requiſitione propria auctoritate capere ipſosque iuxta ueſtri ordinis corrigere inſtituta requirendo ad hoc ſi opus fuerit auxilium Brachij | ſecularium perſonarum, quaſ ſi ad hoc illud uobis factó vel uerbo preſtiterint moderatum excommunicationis ſententie | uolumus ſubiacere. Nulli ergo omnino &c. Si quis autem &c. Datum apud Urbemueterem. V. Idus Decembr. Pontificatus noſtri Anno Tertio.

An gelb und roth ſeidener Schnur hängt die Bulle unverſehrt. Aufſchrift wie oben.

515. Der Stadt Köln Schenkungsbrief für die Abtei Eberbach über die S. Cervaysporte am Rheinufer.

1291, *Jan. 5.*

Orig. Urk. im K. Prov. Archiv zu Coblenz.

Uniuerſis preſentes litteras viſuris et audituris. Nos Judices, ſcabini, conſilium et uniuerſi cives Colonienſes Notum facimus et tenore preſentium publice proteſtamur quod de communi ſcitu, concordia et conſenſu nostro concedimus et donamus, dilectis in Chriſto Abbati et conuentui monaſterii Everbacenſis quorum precibns annuimus in hac parte, portam uocatam Sante Ceruays

Digitized by Google

porte ſitam ex oppoſito domus eorundem in littore Reni ſuper murum ciuitatis Colonienſis et ſpacium aree adjacentis verſus curtem de veteri monte in tanta longitudine et latitudine. prout ex parte Conſilii ciuitatis predicte eis demonſtratum eſt et deputatum. Ita quod licitum eſt eis ſuper ipſam portam et ſpacium aree conſtruere et edificare ad voluntatem ſuam commodum et perfectum, eorum tamen laboribus et expenſis, quoad ipſis Abbati et conuentui ſine leſione et impedimento ciuitatis viſum fuerit expedire ad habendum, poſſidendum, utendum et fruendum, per ſe, Confratres ſuos et familiam pacifice et quiete. In cuius edificii conſtructura quam pro confortatione muri ciuitatis, defenſione et tutela praefati Abbas et conuentus interceperunt, quamque perficient et explebunt ut eſt dictum, warandiam preſtamus, manutenemus, tuebimurque et defendemus, non permiſſuri eiſdem violenciam inferri, vel ab aliquo ipſos moleſtari in premiſſis. Reſeruato nobis eo poſſe dum indiguerimus pro defenſione ciuitatis Colonienſis quod vigiles et cuſtodes ſuperponere poterimus ſine ipſorum Abbatis, conuentus et fratrum contradictione. Et ut premiſſa robur optineant perpetue firmitatis et non poſſit aliquis venire contra ea, ſigillum commune ciuitatis Colonienſis apponi fecimus huic ſcripto. Actum et datum anno dni. milleſimo. CC⁰. nonageſimo primo feria ſexta ante Epiphaniam Dni.

---

516. Rylindis, Wittwe Reinhers von Godelahen, vermacht dem Eberbacherhof zu Oppenheim eine Jahresrente auf Güter in Witerstat.

1291, Jan. 5.

Orig. Urk. im Gr. G. Staatsarchiv zu Darmstadt.

Ego Rylindis relicta quondam Reinheri de

Godelaben ciuis Oppinheimensis ex presentium tenore volo innotescere uniuersis quod | ego in remedium anime mee, Reinheri mariti mei ac animarum omnium progenitorum meorum de bonis meis apud villam Witerstat | sitis videlicet sexaginta iugeribus agri campestris et curia emptis per me titulo iuste ac vere proprietatis erga Heinricum dictum Funke | quondam filium sororis mee Gude et Adilheidim uxorem suam que quidem bona ad dictum Heinricum ex obitu matris sue Gude prefate | per modum successionis hereditarie, deuoluta suauiter et translata, et que idem Heinricus communicata manu uxoris sue Adelheidis predicte, rite | ac sollempniter in manus meas resignauit in villa Witerstat supradicta, mediantibus Hartlibo sculteto ibidem, Gerhardo et Genh. filio suo, Heinone | filio sculteti, Herbordo Widenere et Heinrico fratre suo. Wasmudo et Hermanno filio suo. Cunrado dicto Crinpbecher, Sifrido dicto Wi|denere, Cunrado dicto Mey et Arnoldo fratre suo. Voltzone dicto Sereyvogel. Heinrico dicto Waginman. H. dicto Appe. Cunrado filio | Hermanni, Gerungo de Witerstat et multis aliis fide dignis taliter ordinaui ut uniuersi fructus seu prouentus de ipsis bonis post | mortem meam imperpetuum cedentes Magistro qui pro tempore fuerit in curia dominorum Ebirbachensium in Oppinheim, annis singulis absque diminutione | qualibet presententur. Idem autem magister receptis pro labore suo singulis annis duobus maltris siliginis, omne quod residuum fuerit in diebus dominicis | quartis et sextis feriis, cuiuslibet ebdomade per anni circulum ostiatim mendicantibus in pane perpetuis temporibus erogabit. Verum si quo anno | magister curie predicte in distribucione fructuum aut pro-

uentuum huiusmodi forsan negligens fuerit aut remissus tunc fructus illius anni | siue prouentus ad fabricam parrochie sce katherine cedent et illa duo maltra siliginis plebano eiusdem parrochie qui superius sit magistro | curie deputata. In testimonium ergo et robur premissorum sigillo ciuitatis Oppinheimensis has litteras petii communiri. Nos quoque Wernherus scultetus, Consules, scabini, milites et ceteri ciues Oppinheimenses ad rogatum honeste matrone Rylindis predicte nostre conciuis presentes nostro | sigillo decreuimus roborare. Actum anno incarnacionis domini Millesimo. CCmo. Nonagesimo primo. In vigilia Epyphanie domini.

---

517. Excommunication des Klerikers Gotfrid von Regelsberg.

1291, *Juni 13.*

Orig. Urk. im Landesarchiv zu Idstein.

Scolasticus et cantor Ecclesie sci Stephani Moguntini judices in causa appellationis super ecclesia in Langin|diebach Mogunt. dyoc. una cum venerabili viro domino. abbate monasterii sci Albani extra muros mogunt. | interesse dicto negocio non valente a sede apostolica delegati. Discreto viro Plebano maioris ecclesie herbipolensis vel | eius vices gerentes salutem in domino. Cum Gotfrido clerico de Regelsberg herbipolensis dyoc. mandauerimus ut Walthero | canonico ecclesie Limpurgensis Rectori ecclesie in Langindiebach solueret triginta marcas colon. denariorum nomine expensarum | coram nobis legitime declaratorum usque ad dominicam qua cantatur Quasi modo geniti. et ob defectum solucionis huiusmodi ipsum | excommunicauerimus et ex-

communicatum mandauerimus publice nunciari et ab omnibus arcius euitandum. Vobis ſub pena ſuſpenſionis ab | officio veſtro quoniam preſentibus in vos fuerimus trium tamen dierum monitione premiſſa ſi non feceritis hoc mandatum diſtricte precipiendo | mandamus quatinus eundem Gotfridum in ecclesia Herbipolenſi predicta ſingulis diebus dominicis et feſtiuis pulſatis campanis et | incenſis candelis excommunicatum publice nuncietis quouſque aliud a nobis receperitis in mandatis. Datum anno dni. M⁰. | CC⁰. nonageſimo primo. Idus Junii. Reddimus literas veſtro ſigillo ſigillatas in ſignum excommunicationis facte ſub pena premiſſa.

1. *Das erste Siegel fehlt.*
2. *Ein Bruchstück mit d. Umschr.:* .....ORIS STEPH. MAGVNTIN..

---

518. Heinrich der Lambarde von Oppenheim vermacht dem Kl. Eberbach die Gefälle von seinen Gütern in Bunsheim.

1291, *Juni 24.*

Orig. Urk. im Gr. G. Staatsarchiv zu Darmstadt.

Ego Heinricus dictus Lambardus ciuis Oppinheimenſis preſentibus litteris recognoſco et duxi publice profitendum me debere ſoluere annuatim honorabilibus | viris domino abbati et ſuo conuentui de Ebirbaco de bonis meis in Bunſheim que herbordus ibidem ſuo colit aratro tredecim maltra tritici | nomine iuſte et annue penſionis. Quidquid autem cedere poterit de dictis bonis ſiue ſit de pratis aut agris ultra XIII. maltra tritici predicta annis ſingulis illud post mortem meam lego per preſentes de conſenſu Reinheri filii mei et petriſſe filie mee in ſalutem anime mee et Irmendrudis uxoris

Digitized by Google

mee defuncte. ac omnium progenitorum meorum predictis dominis de Ebirbaco pro pitantia piſcium annuatim in die Exaltationis ſce crucis ipſis impendant proſecutionem cuius pitantie Ego abbas Ebirbacenſis me obligo per preſentes. In qua pitantia ſi dominus abbas Ebirbacenſis qui pro tempore fuerit in parte vel in toto quocunque ſit anno negligens extiterit aut remiſſus in hiis ſcriptis ſtatuo et facultatem do ut abbatiſſa et conuentus dominarum de Corona ſce Marie extra muros Oppinheimenſes eoſdem redditus in parte vel in toto neglectos recipiant. et ſuis uſibus illo anno eoſdem deputent et conſeruent. In cuius legationis mee teſtimonium domini abbatis Eberbacenſis, ciuium Oppenheimenſium ſigilla, ad meam et meorum puerorum inſtantiam preſentibus ſunt appenſa. Nos quoque abbas Ebirbacenſis et ciues Oppinheimenſes predicti, ad petitionem heinrici Lumbardi ſupradicti et ſuorum puerorum hiis ſcriptis noſtra ſigilla duximus appendenda. Datum anno dni. M°. CC°. XC°. primo. die beati Johannis baptiste.

Das Siegel des Abtes fehlt; das der Stadt Oppenheim, am Rande stark beschädigt, hat ein Rückstegel (Kopf) mit der Umschrift: S. SECRETUM. CIVITATIS. IN. OPPENH. .

---

519. Heinrich Rifling von Bopard schenkt dem Kl. Eberbach eine Rente aus Weinbergen.

1291, *Sept. 7.*

Orig. Urk. im K. Provinc. Archiv zu Coblenz.

Uniuerſis preſentes litteras viſuris et audituris. Ego Heinricus dictus riflingus de Bopardia notum eſſe cu|pio et tenore preſentium publice confiteor et proteſtor quod ego do, dedi, lego et legaui domino abbati et con-

Digitized by Google

nen|tui in Everbaco ordinis Ciſtercienſis Magunt. dyoc. redditus quatuor marcarum monete in bopardia | uſualis, annis ſingulis imperpetuum infra ſacros dies Natiuitatis dni et Innocentium recipiendos, ut anni|verſarius meus et omnium parentum meorum, fratrum et ſororum mearum ab eiſdem peragatur ita videlicet | ut de eiſdem redditibus annis ſingulis abbas et conuentus praedicti pitanciam habeant ad ipſorum recrea|tionem quorum reddituum ſoluunt Heinricus de Herberin et Gûda uxor eius duas marcas de vinea in | veſſe, et Arnoldus dictus de Pedernako Scabinus bopardiensis et Elyzabet uxor ipſius duas marcas de | tribus vineis quarum due ſite ſunt in valle retro domum Regis et tercia ſita eſt in veſſe in Ham|mone ſuperiore, quos redditus erga dictos coniuges pecunia mea comparari. In cuius rei teſtimonium et | certitudinem pleniorem preſentem litteram conſcribi feci et sigillo communis oppidi bopardienſis quod ad | peticionem meam, Heinrici de Herberin, Gûde, Arnoldi et Elyzabet coniugum predictorum preſentibus | eſt appenſum firmiter communiri. Et nos ſcultetus milites scabini et univerſitas oppidi bopardi|enſis recognoſcimus nos Sigillum noſtrum ad peticionem Heinrici Riflingi, Heinrici de Herberin, Gûde, | Arnoldi de Pedernaco et Elyzabet praedictorum praeſentibus appendiſſe in teſtimonium et firmitatem | omnium praemiſſorum. Nosque Heinricus, Guda, Arnoldus et Elyzabet ſepedicti premiſſa omnia et ſin|gula ſic eſſe proteſtamur et vera. Actum et datum Bopardie anno dni milleſimo ducenteſimo non|ageſimo primo in vigilia natiuitatis beate Marie virginis, preſentibus Conrado sculteto, domino Eberhardo dicto de Ovirburch, duo Gobelino, dno Hermanno Schorinchin, duo Gobelino de

Digitized by Google

Sterrinberch, | dno Hermanno de foſſato et dno Conrado dicto de Porta militibus, Hellewico monetario, Gernodo dicto | de Porta, Alberto de Limpurch, Herbordo filio ottonis, Conrado dicto Scherf, Johanne Gumperti et | Anſelmo dicto Viſch, ſcabinis bopardienſibus, Hellingero centurione, Volcmaro precone et aliis quam pluribus fide | dignis ad hoc vocatis pro teſtimonio ſpecialiter et rogatis.

An gelb seidenen Schnüren hängt wohlerhalten das Stadtsiegel von Bopard.

---

520. Rilindis, Wittwe Reinhers von Godelahin, zu Oppenheim verleiht dem Eberbacherhof daselbst eine Jahresrente auf Güter in Witirstat und Grevenhusen.

1291, *Novemb. 12.*

Orig. Urk. im Gr. G. Staatsarchiv zu Darmstadt.

Ego Rilindis relicta quondam Reinheri de Godelahin Ciuis Oppinheimenſis, ex preſentium tenore innoteſcere cupio vniuerſis. me Conrado | de Leheim Ciui Oppinheimenſi sexaginta iugera campeſtris agri, ſita in terminis ville Witirſtat cum Curia ſita ibidem, que bona ad Hein|ricum dictum funke Ciuem Oppinheimenſem filium quondam Gůde ſororis mee bone memorie et Adilheidem vxorem ſuam legitimam, ex | obitu eiuſdem ſororis mee per modum ſucceſſionis hereditarie tranſlata, apud eoſdem coniuges titulo iuſte ac vere proprietatis rationabiliter comparaui, | et comparata per communicatas manus eorumdem coniugum ipſa mihi reſignantium rite ac ſollempniter in villa Witirſtat predicta recepi, medi|antibus Hartlibo ſculteto. Gerhardo et Gerhardo filio ſuo. Heinone filio ſculteti. Her-

bordo dicto Widenere et Heinrico fratre ſuo. Waſmudo | et Hermanno filio ſuo. Conrado dicto Crinpbechere. Sifrido dicto Widenere. Conrado dicto Mey. et Arnoldo fratre ſuo. Voltzone dicto | Screyuogil. Heinrico dicto Waginman. Heinrico dicto Appe. Conrado filio Hermanni. Gernungo de Witirſtat et pleriſque aliis fide dignis | et quindecim iugera agri ſita in terminis ville predicte que erga . . Abbatem et Conuentum Monaſterii Ebirbachenſis ſimiliter comparaui, | locaſſe ſeu conceſſiſſe iure hereditario pro annuis redditibus viginti et trium malterorum ſiliginis excolenda. Idem autem Conradus in cautionem | horum prouentuum ſiue reddituum annuatim ſoluendorum mihi hec bona nomine ſubpignoris obligauit. videlicet vnum iugerum dictum | Blûmiſmorgin. It. dimidium iugerum iuxta Nicolaum de Scarpinſtein. It. tria quartalia an deme Rode prope Idam dictam Witirſtederin, | It. quartale an deme Gackinhauwe iuxta Idam predictam. It. quartale in via tendente Gerahin penes Humbertum de Ariete. | It. quartale et dimidium iuxta Gerhardum Scultetum. It. partem aree ad eum ſpectantem, que area fuit Woruelderonis. Et ſciendum | quod predicta bona ſita ſunt apud Witirſtat. Inſuper obligauit mihi quidquid ſupereſt in domo ſua ſita in Oppinheim, retro edificium Ciuitatis. | Item profiteor et proteſtor, me locaſſe Wentzeloni aduocato de Greninhuſin dimidium manſum agri campeſtris, collatum quondam | Monaſterio Ebirbachenſi per Heinricum dictum Hûne de Arheilegin, pro quinque maltrorum ſiliginis redditibus, annuis temporibus ſoluendorum, | iuſte hereditatis titulo et nomine ſimiliter poſſidendum, pro quibus etiam annuatim ſoluendis idem

Digitized by Google

Wentzelo michi quatuor iugera agri ſita apud | villam Greuinhuſin an deme Rode pro ſubpignore collocauit. De predictis itaque viginti et octo maltrorum ſiliginis prouentibus decreui | taliter ordinare, nolens ipſam ordinationem infringi, violari, aut aliquotenus reuocari, ſcilicet, quod poſt mortem meam in remedium | animarum mee, Reinheri mariti mei quondam, omniumque progenitorum meorum, dicti prouentus . . Magiſtro qui pro tempore fuerit in Curia dominorum | Ebirbachenſium in Oppinheim inter duo feſta Aſſumptionis et Natiuitatis beate Marie virginis, annis ſingulis in perpetuum intra ipſam Cu|riam dominorum Ebirbachenſium preſententur. Idem vero Magiſter receptis pro labore ſuo annuatim duobus maltris ſiliginis, dimidium maltrum ſiliginis | in qualibet ebdomade ſecundis videlicet et quartis feriis in pane pauperibus oſtiatim mendicantibus perpetuis temporibus erogabit. Verum ſi quo anno | Magiſter Curie predicte in erogatione huiuſmodi forſan negligens extiterit, tunc prouentus illius anni ad fabricam parrochie ſancte katherine | cedent, et plebano eiuſdem parrochie duo maltra, Magiſtro Curie ſuperius deputata. Eſt etiam adiectum, quod ſi forſan in ſolutione | ipſius annone iamdicti Conradus aut Wentzelo negligentes aliquo anno fuerint aut remiſſi, non perſoluentes eam loco et tempore ſupradictis | tunc magiſter prefate Curie bona predicta cum ſubpignoribus ad hec deputatis, tollendi facultatem habebit plenariam, quod uſholin dicitur, | et ea alii vel aliis locandi iuxta quod sibi melius videbitur expedire. Predicta quoque bona, poſt obitum Conradi et Wentzelonis | preſcriptorum ad vtriusque ipſorum heredem ſeniorem tranſibunt inſimul. ita quod maneant perpetuo indiuiſa. | Qui tamen heredes ſoluent et | dabunt

Digitized by Google

nichilominus de ipsis bonis redditus huiusmodi, ut est dictum. In cuius facti testimonium Sigillum venerabilium dominorum . . Abbatis | et Conuentus Monasterii Ebirbachensis, vna cum Sigillo Ciuitatis Oppinheimensis appendi presentibus impetraui. Nos ergo . . Abbas | et Conuentus in Ebirbach ad instantiam domine Rilindis prefate in robur et euidentiam premissorum nostrum Sigillum hiis | litteris duximus appendendum, promittentes omnia premissa nos contingentia fideliter obseruari. Nos etiam P. Scultetus. Consules | Scabini et ceteri Milites atque Ciues Oppinheimenses, inclinati precibus honeste matrone R. conciuis nostre dilecte, Sigillo nostro | stabiliuimus istud scriptum. Actum Anno domini millesimo CC. Nonagesimo primo in festo beati Martini Confessoris atque pontificis.

Das Siegel des Abtes hängt fast unversehrt an. Das Stadtsiegel von Oppenheim ist verletzt. SIGILLVM BVRIENSIVM IN OPPE....

---

521. Die Klöster Rupertsberg und Ulenhusen verzichten zu Gunsten des Kl. Eberbach auf eine Jahresrente.

1292, *März 13.*

Orig. Urk. im Gr. G. Staatsarchiv zu Darmstadt.

Nos . . magistra totusque conuentus monasterii montis sci Ruperti iuxta Pinguiam. Nos quoque magistra totusque | conuentus monasterii Ulenhusen tenore presencium recognoscimus publice protestantes. Quod cum dilectus noster Arnol|dus dictus Rapado pie memorie et Jutta uxor eius legittima manu communicata et pari voluntate nobis . . magistre et monasterio montis sci Ruperti quartam partem, nobis quoque . . magistre et monasterio Ulenhusen predictis | similiter partem

quartam omnium bonorum tam mobilium quam immobilium ubicunque locorum exiſtencia ſiue ſita poſt | obitum amborum coniugum predictorum iure hereditario contulerunt poſſidendam. Nos ad eiuſdem Jutte peticionem et | inſtanciam ſex ſolidos denariorum colon. bonorum et legalium quos honorabiles viri . . abbas ac Eberbacenſis ecclesia ordinif | Ciſterc. nomine annue penſionis dicte Jutte de pomerio eorum ultra Naam feſto Martini ſingulis anniſ ſoluere te|nebantur, de nostra nostrorumque conuentuum bona voluntate et conſenſu pro nostra parte renunciauimus et renunciamus ſimpli|citer et preciſe per preſentes. In huius rei teſtimonium et memoriam firmiorem preſentem litteram ſigillis nostrorum con|uentuum duximus muniendam. Datum anno domini M°. CC°. Nonageſimo ſecundo. | Sabbato ante dominicam Letare.

Die Siegel der beiden Klöster hängen ziemlich wohlerhalten an.

1. S. ECCE. SCE. MARIE IN HVSEN.
2. † S. COVENTVS SCI RVPE .... IN PINGVIA.

---

522. Arnold Raputdo und Jutta, Eheleute, erlassen dem Kl. Eberbach eine Jahresrente von Gütern bei Bingen.

1292, März 14.

Orig. Urk. im Gr. G. Staatsarchiv zu Darmstadt.

Nos frater Sifridus dictus abbas totusque conventus monaſterii Eberbacenſis Recognoſcimus hiis ſcriptis publice | proteſtando Quod omnibus bonis tam mobilibus quam immobilibus ubicunque locorum exiſtentibus ſiue ſitis que dilectus noſter Arnoldus | dictus Raputdo pie memorie et Jutta uxor eius legittima manu communicata et pari voluntate poſt ipſorum obitum amborum | nobis et monaſterio Eberbacenſi contulerunt poſſi-

Digitized by Google

denda et que poſt obitum dicte Jutto nostro monaſterio cedere poſſent ſeu deberent de nostro | ac tocius nostri conuentus voluntate et conſenſu renunciauimus et renunciamus ſimpliciter et preciſe per preſentes. Promittentes nichilomi|nus bona fide et ad hoc nos preſentibus firmiter obligantes quod conſolacionem ſeu refectionom nostri conuentus communem in bonis | piſcibus, albo pane et vino franco generaliter, liberaliter et honeſte in feſto beatorum petri et pauli apostolorum vel infra octavam | facere tenebimur annuatim occaſione excuſacione adinvencione qualibet preterniſſa. Verum eciam pro dicta bonorum renunciacione ac | fratrum refectione prenominata Jutta trecentis marcis denariorum apud pinguiam bonorum et legalium quas sibi racione mutui | tenebamur et dimidie marce quam ſibi nomine annue penſionis de pomerio nostro ultra naam feſto beati Martini ſingulis annis | perſoluimus nobis et ecclesie nostre Eberbacenſi ſimpliciter renunciauit et eandem dimidiam marcam apud alios heredes renunciare procurauit. | eligimus inſuper ſpontanee pro nobis noſtrisque ſucceſſoribus quod ſi in amminiſtracione dicte refectionis anno aliquo fuerimus neglien|tes. extunc honorabiles viri . . decanus et capitulum eccleſie pinguensis octo marcas apud Pingwiam bonorum denariorum et legalium ſuper curti noſtra Pingwenſi et vinea nostra ſita in Runderweige illo quidam anno percipiant quo premiſſe refec|tionis fuerit negligencia per nos facta. Sub ista tamen condicione quod idem . . decanus et capitulum eccleſie predicte cum quatuor | marcis dicte ſumme pecunie piſces bonos nostro conuentui comparare procurabunt. reliquas marcas quatuor in dictorum | defunctorum anniuerſario eccleſia Pingwenſis memorata anno neglecto preſentibus diſtribuent maiores

Digitized by Google

vigilias cum leccionibus | nouem missam pro defunctis deuote ac sollempniter peragentes. In huius rei testimonium et robur valiturum presentem literam | sigillo nostri conuentus tradimus roboratam. Datum anno dni M°. CC°. Nonagesimo secundo dominica Letare Jherusalem.

Das anhängende Siegel des Abtes ist ziemlich gut erhalten.

---

523. Godefrid von Dininheim und Johannes von Gimminsheim, Ritter, vermachen dem Kl. Eberbach eine Jahresrente zu einer Fisch-Pitanz.

—

1292, April 6.

Orig. Urk. im Gr. G. Staatsarchiv zu Darmstadt.

Nos Godefridus de dininheim et Johannes de Gimminsheim fratres milites presentibus litteris recognoscimus | et fatemur Nos manu communicata videlicet nostra et Lugardis uxoris mei Johannis de Gimminsheim predicti legasse in salutem animarum parentum nostrorum Arnoldi et Gerdrudis ac salutem nostrarum animarum et fratris nostri Arnoldi et | Lugardis uxoris mei Johannis supradicti ac omnium progenitorum nostrorum post mortem nostram decem et dimidium maltrorum | siliginis wormaciensis mensure redditus nobis annuatim cedentes infra assumptionem et Natinitatem beate Marie virginis | de domo ciuitatis Oppinheimensis contigua domui panis nobis Oppenheim presentandos ante domum quam voluerimus vel de bo|nis nobis emendis per ciues Oppinheimenses apud Oppinheim, Nersthein, Dechisheim vel Dininheim, adeo sufficient nobis | dictos X. et dimidium maltrum redditus assignatos qui dictam domum ipsorum a predic-

tis redditibus a nobis liberam et ſolutam | reddere poſſint, ſecundum continentiam litterarum ciuitatis Oppinheimenſis exinde confectarum, dominis monaſterii Ebirbacenſis | pro pitancia ſiue refectione piſcium ipsis annis ſingulis miniſtranda de ſcitu unius heredum nostrorum in dominica Judica | per huiusmodi sacerdotem regularem vel religioſum celebrantem in capella beati Nicolay in Dininheim ad predictum monaſterium | Ebirbacenſe dictis dominis nichilominus preſentanda. Ita tamen ſi perſona religioſa cenobii Ebirbacenſis celebrauerit in | capella beati Nicolay predicta et pro prebenda viginti maltrorum ſiliginis et unius carrate vini per me Goczonem | predictum ad dictam capellulam legata quod eadem pitantia piſcium annuatim Ebirbacum per dictam perſonam religioſam | ut dictum eſt preſentetur, et ut anniuerſarium noſtrum ibidem dominica Judica peragatur. Si vero perſona religioſa de | Otdirberg in dicta capella celebrauerit pro tali prebenda ut premiſſum eſt, per illam dictam piſcium petantiam preſen|tabitur Otdirberg et ibidem dominica Judica noſtrum anniuerſarium peragetur. Si autem perſona ſecularis in ipſa celebrauerit | pro prebenda antedicta, eadem perſona ad cenobium dominarum de corona ſce Marie extra muros Oppinheimenſes predictam petantiam preſentabit et ibidem noſtrum anniuerſarium peragi procurabit. In cuius noſtri legati teſtimonium | . . dominorum abbatum de Ebirbach et Otdirburg ac ciuium in Oppinheim nec non dominarum de corona | ſce Marie ibidem ſigilla ad noſtram inſtanciam preſentibus ſunt appenſa. Nos quoque de Ebirbach et Otdirberg | abbates. Ciues Oppinheimenſes et domine de corona ſce Marie de Oppinheim ſupradicte ad peticionem | Godefridi de Dininheim

et Johannis de Gimminsheim fratrum militum supradictorum nostra | sigilla presentibus appendimus in euidenciam omnium premissorum. Datum anno dni Mill. CC°. Nonagesimo secundo die pasche.

Von den Siegeln sind Nr. 1. (Eberbach), 2. (Otterburg) und 4. (Mariencron) abgerissen; Nr. 3 (Oppenheim) hängt an rother seidener Schnur ziemlich wohl erhalten an. Ein Duplicat dieser Urkunde ist ohne alle Siegel, an einem zweiten hängt noch das 1. (Eberbach) als Bruchstück und das 4. (Mariencron) wohlerhalten.

521. König Adolf der Nassauer nimmt das Kl. Eberbach in seinen Schutz.

1292. *Aug. 25.*

Orig. Urk. im Landesarchiv zu Idstein.

Adolphus dei gracia Romanorum Rex semper augustus. Uniuersis sacri Imperii Romani fidelibus presentes litteras inspecturis Graciam | suam et omne bonum. Sceptrum maiestatis Regie tociens exaltatur, et a domino a quo datur omnis potestas eius status felicius gubernatur, quociens loca | cultui dedicata diuino benigna consideracione reguntur et ad eorum libertates seruandas et facultates augendas, inuenitur principis protectio gracioſa. Cum enim | omnis gloria siue potencia principatus in subditorum consistat solidata fortunis, expediens arbitramur et condecens ut subiectis simus et in Justicia faciles et | in gracia liberales. Nouerit igitur presens etas et successura posteritas, quod nos deuotionem sinceram qua Religiosi viri . . abbas et . . conuentus monasterii de Eberbach | Cysterciensis ordinis, Moguntine dyocesis, circa diuini cultus obsequia iugiter et feruenter inuigilant gracioſius attendentes, considerantes quoque benig-

nius integre fidei | puritatem qua erga nos et Imperium choruſcare dicuntur. Propter quod cupimus eorundem Monaſterium et in spiritualibus eſſe floridum, et in temporalibus opulentum | deuotis ipsorum supplicationibus inclinati dictum eorum monaſterium una cum perſonis eorum. hominibus. Grangiis. villis ac aliis poſſeſſionibus quibuſcumque que in preſenciarum | racionabiliter poſſident et in poſterum iuſtis modis poterunt adipiſci, sine Juris alieni diſpendio, sub noſtra et Imperii protectione ſuſcipimus speciali. Omniaque pri|uilegia, libertates et Jura a diue memorie quondam Friderico Romanorum Imperatore ante latam in eum depoſitionis sententiam suisque predeceſſoribus, Inclitis | Imperatoribus Romanorum et Regibus monaſterio prenotato conceſſa, prout rite conceſſa noſcuntur et prouide, sepedicto monaſterio ac perſonis in eo diuino cultui mancipatis | de liberalitate Regia confirmamus, Innouamus et preſentis ſcripti patrocinio nec non auctoritate Regia communimus. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam | noſtre confirmationis, Innouacionis et conceſſionis infringere vel ei in aliquo auſu temerario contraire. Quod qui forſitan attemptare preſumpſerit grauem noſtre | Indignationis offenſam se nouerit incurſurum. In cuius rei teſtimonium et perpetui roboris firmamentum preſens scriptum exinde conſcribi et Maieſtatis noſtre | sigillo iuſſimus communiri. Datum Colonie. VIII. Kalend. Septembris. Indictione quinta. Anno domini. Milleſimo. ducenteſimo. Nonageſimo secundo. | Regni vero noſtri anno Primo.

An roth und grün seidener Schnur hängt das schön erhaltene Thronsiegel des Ausstellers, von grünem Wachs.

Umschrift: ✝ ADOLFVS. DEI GRACIA ROMANORVM REX SEMPER AVGVST...

Digitized by Google

525. Gertrud von Oppenheim verkauft ihre Güter bei Gimminsheim an Godefrid von Dinenheim, Ritter.

1292, *April 6.*

Ocul. Mem. II., fol. XLVII.

Nos Petrus de Bertholdisheim ſcultetus, conſilium vniuerſitas militum et ciuium in Oppenheim preſentibus litteris recognoſcimus publice proteſtando quod conſtituti coram nobis Gertrudis de Oppenheim vna cum ſuis pueris Heinrico et Johanne recognouerunt ſe vendidiſſe Godefrido militi dicto de Dinenheim hec iugera ſita in terminis ville Gimmenſheim proprietatis titulo poſſidenda videlicet octo iugera prope latum lapidem apud dominam de maguntia et alholdum ſcultetum in Gimmenſheim. It. quatuor iugera in campo ſuperiori attingentia viam Wormaciensem iuxta dominam de maguntia predictam. It. nouem quartalia iuxta Johannem militem et Bertholdum de Gymmenſheim ciuem in Oppenheim. Que predicta iugera dictus miles Godefridus reconcessit dicte gertrudi et ſuis pueris predictis ſingulis anniſ pro VI. maldris ſiliginis wormac. menſure infra aſſumptionem et natiuitatem beate Marie virginis. ante domum quam uoluit in Oppenheim ſibi preſentandis annuatim iure hereditario poſſidenda. Quod ſi non fieret ut predictum est dictus Godefridus miles eadem bona publicandi quod vfholin dicitur habebit liberam facultatem. Item Petrus de halfheim et katherina vxor ſua coram nobis nichilominus recognouerunt ſe vendidiſſe dicto militi iugera ſubnotata ſcilicet iugerum cum dimidio ſita prope dominos de ottirburg uersus oppinheim in terminis ville Alfheim. It. duale iuxta dominos domus theutonice

predictos et dominos de Ottirburg que iugera predictus miles Go. reconceſſit predictis coniugibus Petro et Katherine poſſidenda hereditario iure pro VII. maldris ſiliginis Wormac. menſure preſentanda annuatim iuxta omnem modum ut predictum est. Quos quidem ſeptem maldrorum redditus prefatus godefridus miles post mortem ſuam legauit ad fabricam capelle in dinenheim beati nicolai uidelicet ita ut quocunque anno perſona religioſa uel ſecularis pro tempore celebrans in dicta capella beati nicolai pro XX. maldris ſiliginis et carrata vini per dictum Go. dicto ſacerdoti deputatiſ et legatiſ ex detrimento ſeu negligentia qualicunque bonorum ſupradictorum aut alio caſu qualicunque ſuperueniente in perceptione dictorum XX. maldrorum ſiliginis et carrate vini defectum ſuſtinuerit aliqualem, quod ille defectus de VII. maldrorum redditibus memoratiſ debeat adimpleri. In cuius legati ſeu teſtamenti teſtimonium noſtre ciuitatis ſigillum ad peticionem Go. militis nec non Gerdrudis et ſuorum puerorum predictorum preſentibus est appenſum. Datum anno dni. M°. CC°. XC°. ſecundo. die ſancto Paſche.

---

526. König Adolf der Nassauer befreit das Kl. Eberbach von Entrichtung der Rheinzölle zu Bopard und zu Werd.

1292, *Juni 7.*

Orig. Urk. im Landesarchiv zu Idstein.

Adolphus dei gratia Romanorum Rex semper Augustus. Uniuerſis ſacri Imperii romani fidelibus preſentes litteras inſpecturis Imperpetuum. | Et si ad quoſ-

Digitized by Google

libet quos Romane dicionis habet imperium beneficencie noſtre dexteram debeamus extendere debitricem. Illos tamen prero|gativa fauoris amplectimur et ſpecialiori proſequimur karitatis affectu qui ſub religionis habitu regulari Regi regum humiliter militantes | pro nobis orationum ſuarum ſuffragiis a diuina facilius poſſunt obtinere clemencia quod currentes in labentis saeculi ſtadio vite permanentis in | secula brauium apprehendere mereamur. Nouerint igitur tam preſentes quam poſteri quod nos celibis vite fragranciam attendentes quam | Religioſi viri .. Abbas et . . conuentus Eberbacenſis Cyſtercienſis ordinis, dileeti deuoti noſtri, longe lateque diffunduntur preclara per opera ſancti|tatis et propter hoc magnopere cupientes eorum monaſterium ſicut eſt in ſpiritualibus floridum ita fieri in temporalibus opulentum. Ad Imitacionem | Inclite recordationis Friderici Imperatoris ac aliorum anteceſſorum ſuorum Imperatorum et Regum eiſdem .. Abbati et conuentui pie ac benigne | concedimus et libenter ac liberaliter Indulgemus ut cum nauibus et ſubſtancia ſua per Reni alueum deſcendentes et eciam aſcendentes apud Bopar|diam et Caſtrum noſtrum Werdenſe nec non in omnibus aliis locis que noſtre ſunt dicioni ſubiecta, ab omni exactione thelonei que a tranſeuntibus | exigi conſueuit ſint liberi penitus et immunes. Adiciendo premiſſis quod ſi fortaſſis predicta noſtra Bopardienſe, Werdenſe ſeu aliorum locorum | thelonea aliquibus ſeu alicui ſint commiſſa, expoſita ſiue quomodolibet obligata iidem, qui ſic theloneis ſub forma predicta prefuerint nullam | grauandi abbatem et fratres eoſdem vel aliquid exigendi ab eis aut nunciis eorundem habeant poteſtatem. Nulli ergo omnino hominum | liceat hanc paginam noſtre conceſſionis in-

Digitized by Google

fringere vel ei *) in aliquo auſu temerario contraire. Quod qui fecerit grauem noſtre Indignacionis | offenſam ſe nouerit incurſurum. In cuius rei teſtimonium preſens ſcriptum conſcribi 2) et maieſtatis noſtre ſigillo iuſſimus communiri. Datum Colonie. VIII. kal. Septembr. Indict. quinta. Anno domini M⁰. CC⁰. LXXXX⁰. secundo. Regni vero noſtri anno primo.

Das an grün seidener Schnur hängende trefflich ausgedrückte Thronsiegel des Ausstellers, (Umschrift: ADOLFVS. DEI. GRACIA. ROMAN. . . M. REX. SEMPER. AVGVSTVS.*) ist mit der Urkunde im Landesarchiv unter Glas und Rahmen aufgehängt. Ein Duplikat dieser Urkunde, fast ohne Varianten, zeigt an roth seidener Schnur dasselbe Siegel.*

---

527. Gysilbert und Elizabet von Rudensheim, Eheleute, schenken dem Kl. Eberbach alle ihre Güter zu Gauwilsheim.

1292, *Aug. 25.*

Orig. Urk. im K. Prov. Archiv zu Coblenz.

In nomine domini Amen. Cum humana voluntas valde ſit mutabilis, tutum eſt, ut quod ab hominibus promit|titur litterarum teſtimonio fulciatur. Hinc eſt quod ego Gyſilbertus et Elizabet mea collateralis de Rudinſheim Notum | eſſe cupimus uniuerſis preſentes litteras inſpecturis quod nos compotes et ſane mentis pari manu et unanimi | voluntate donationem inter viuos factam pro remedio animarum noſtrarum, parentum noſtrorum, ſcilicet Dydonis et Elizabet | de Scharpinſtein, Gyſilberti et Hazzeche de Rudinſheim, ac aliorum

*) Im Duplikat: eidem. 2) exinde conscr.

Digitized by Google

progenitorum noſtrorum, omnia bona noſtra ſita in | Gauwilſheim, cum omnibus ſuis pertinentiis domino abbati et conuentui monaſterii in Ebirbach irreuocabiliter lega|uimus et donauimus imperpetuum poſſidenda, cum conditionibus ſubnotatis, videlicet quod de prouentibus dictorum bonorum de|ductis expenſis et de duabus amis franchonici vini creſcentis in vinea noſtra ſita in batdenheim dicta zu | wiſcelburnen, a cellerario coquine dicti monaſterii qui pro tempore fuerit in amminiſtratione albi panis, piſcium | et vini predicti pro pitancia in die beati Bartholomei apostoli dicto conuentui facienda, annis ſingulis | miniſtetur. Et ſi quod abſit prefatus cellerarius coquine in amministratione predicta negligens inuentus fuerit et re|miſſus termino prenotato, extunc quinque marce colonienſis pagamenti currentis et due ame predicte a dictis abbate et con|uentu Magiſtre et conuentui de Ulenhuſen ſine contradictione qualibet perſoluentur. Quarum quinque marcarum | dicta magiſtra et conuentus de Ulenhuſen duas marcas et duas amas vini iam dictas pro pena reſeruabunt, reliquas | vero tres marcas pro conſolatione priori et con|uentui in Ebirbach preſentabunt. Non licebit etiam abbati et conuentui memoratis ipsa bona vendere, alienare ſeu etiam ſeculariibus perſonis locare, niſi talibus qui ea ve|lint colere propriis manibus et expenſis. Et ſi ſecus factum fuerit a quocumque quod abſit, extunc volumus quod omnia | bona prelibata et ſingula decano et capitulo pinguenſi libere cedant et abſolute ad ordinandum et diſpo|nendum de ipsis quod eis viſum fuerit expedire. Et ut nostra tam ſalubris ordinatio firma permaneat | et illeſa, preſentes litteras ſigillis dni abbatis et conuentus de Ebirbach, decani et capituli pinguenſis, et | Magiſtre et conuentus

Digitized by Google

de Ulenhuſen predictorum petiuimus roborari. Nos vero abbas et conuentus in Ebirbach. | Decanus et capitulum pinguenſe ac magiſtra et conuentus de Ulenhuſen memorati ad inſtanciam et petitionem Gy|ſilberti et Elizabet predictorum sigilla noſtra praeſentibus duximus apponenda. Actum anno dni M⁰. CC⁰. XC⁰. II⁰. In | craſtino beati Bartholomei apoſtoli.

Das erste und dritte Siegel ist abgerissen, das zweite hängt wenig beschädigt an. Umschrift: † S' CAPITVLI SA . . . . . R-TINI IN PINGVIA. *Die Urkunde ist noch in zwei Duplikaten, und zwar im G. Staatsarchiv zu Darmstadt, vorhanden. An dem einen hängen die Siegel* 1. *des Abtes von Eberbach,* 2. *des Stifts von Bingen,* 3. ECCE SCE MARIE IN HVSEN. *wohlerhalten an.*

---

528. Elisabet, Witwe Gysilberts, gibt einem Kaufgeschäft ihres Schwagers Conemann von Rudensheim, Ritters, zu Gunsten des Kl. Eberbach ihre Zustimmung.

1292, *Nov. 26.*

Orig. Urk. im Gr. G. Staatsarchiv zu Darmstadt.

Ego Conemannus miles de Rudenſheim et Ida mea coniugata conſtare cupimus | uniuerſis preſens ſcriptum viſuriſ, quod noſ in boniſ que frater meuſ Gyſilbertus miles | emit apud abbatem et conuentum in Eberbach in villa Gauſilheim, dominam Elizabet | eiusdem militiſ relictam nunquam verbo vel opere attemtabit impedire Sed de nostra bona | voluntate et conſenſu cum eiſdem boniſ faciet et diſponet quicquid ei pro ſalute ſua | et anime fratriſ noſtri antedicti uidebitur melius expedire. Datum Anno dni M⁰. CC⁰. | Nonageſimo ſecundo in craſtino beate katerine.

Das Siegel ist herausgeschnitten.

Digitized by Google

529. Papst Nicolaus IV. erneuert die Privilegien seiner Vorgänger für das Kl. Eberbach.

1293, *März 7.*

Orig. Bulle im Landesarchiv zu Idstein.

Nicolaus epiſcopus ſeruus ſeruorum dei. Dilectis filiis. Abbati et Conuentui Monaſterii | de Eberbach Ciſtercienſis ordinis Maguntine dioceſis. Salutem et apoſtolicam benedictionem. Cum ſicut ex parte ueſtra | fuit propoſitum coram nobis nos et predeceſſores veſtri qui fuerunt pro tempore quibuſdam | priuilegiis et indulgentiis a Romanis pontificibus predeceſſoribus noſtris monaſterio ueſtro conceſ|ſis propter ſimplicitatem et iuriſ ignorantiam uſi non fueritis temporibus retro actis. | Nos ueſtris ſupplicationibus inclinati et monaſterii eiusdem indempnitati volentes in poſte|rum precauere, utendi decetero eiſdem Priuilegiis et indulgentiis dummodo eis non ſit per | preſcriptionem uel alias legittime derogatum auctoritate uobis preſentium concedimus fa|cultatem. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtre conceſſionis infrin|gere etc. Siquis autem etc. | Datum Rome apud Sanctam Mariam Maiorem. Nonas Martii. Pontificatus noſtri Anno Quinto.

An gelb und roth seidener Schnur hängt die unversehrte Bulle.

Aufschrift: NICO
LAVS
P P. IIII.

530. König Adolf der Nassauer befiehlt den Bürgern und Burgmannen von Oppinheim, für ausreichenden Schutz des Kl. Eberbach Sorge zu tragen.

—

1293. *März 15.*

Orig. Urk. im Landesarchiv zu Idstein.

Adolfus dei gratia Romanorum Rex ſemper Auguſtus. Dilectis deuotis suis fidelibus . . sculteto . . militibus . . conſulibus | et uniuerſis ciuibus in Oppinheim graciam suam et omne bonum. Quia viros Religioſos . . abbatem et conuentum | de Eberbach ordinis Ciſtercienſis Moguntinenſis dyoceſis dilectos deuotos noſtros, speciali quidem gratia et fauore noſtre et Imperii | protectionis et defenſionis munimine dignos inuenimus et habemus, tanquam eos quos fauor noſter ex corde proſequitur et gratia | specialis prout eis eciam alias in literis nostre liberalitatis oſtendimus euidenter, Ideoque ipsorum religionem et pacem tam in rebus | quam in perſonis specialius et liberalius protegere et defendere cupientes, preſertim cum noſtre maieſtatis preſentiam perſonalem ad uotum | ſemper habere non poſſint, Fidelitatem veſtram preſentium inſinuatione rogamus et monemus preciſe volentes et mandantes | quatinus ipsos, cum noſtri et veſtri ſint caſtrenſes et conciues, sicut noſtram et Imperii diligitis graciam et honorem, in omnibus | ipsorum querelis, tam rerum quam perſonarum contra quoſcumque et a quibuſcumque conſiliis et auxiliis oportunis, immo | ſi neceſſe fuerit armata manu sic defendere velitis et tueri, cuiuſlibet excuſationis et dilationis obſtaculo procul moto, ne ipsorum in poſterum quereloſo clamore contra veſtram fidelitatem quod abſit noſtri et Imperii indig|nacio con-

Digitized by Google

citetur. Volumus enim ſicut nos Ita dictos Religioſos eſſe pre ceteris vobis cordi. Datum | Spire anno dni. M°. CC°. Nonageſimo Tercio Idus marcii. Regni vero noſtri anno primo.

Das an Pergamentstreifen hängende Siegel ist bis auf einige in einem Säckchen eingenähte Stücke verschwunden.

---

531. Papst Nicolaus IV. erneuert sämmtliche Privilegien des Kl. Eberbach.

1293, *März 23.*

Orig. Bulle im Landesarchiv zu Idstein.

Nicolaus epiſcopus ſervus ſervorum dei. Dilectis filiis.. Abbati et Conuentui Mona|ſterii de Heberbach Ciſtercienſis ordinis Maguntine dyoceſis Salutem et apoſtolicam benedictionem. Cum a nobis petitur quod iuſtum eſt et honeſtum tam uigor equitatis quam ordo exigit rationis ut id per ſollicitudinem officii noſtri | ad debitum perducatur effectum. Ea propter dilecti in domino filii ueſtris iuſtis poſtulationibns grato con|currentes aſſenſu omnes libertates et immunitates a Romanis Pontificibus predeceſſoribus noſtris ſiue per priuilegia | uel alias indulgentias uobis et Monaſterio veſtro conceſſas nec non libertates et exemptiones ſecularium exactio|num a Regibus et Principibus aliisque Chriſti fidelibus rationabiliter vobis ſeu Monaſterio predicto indultas. ſicut | eas iuſte ac pacifice obtinetis uobis et per uos eidem Monaſterio auctoritate apoſtolica confirmamus et preſentis ſcripti patrocinio communimus. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtre confirmationis in|fringere etc. Siquis autem etc. Datum Rome apud Sanctam Mariam

Maiorem. | X. Kal. Aprilis. Pontificatus noſtri Anno Quinto.

An gelb und roth seidener Schnur hängt die Bulle unversehrt. Aufschrift wie oben No. 529.

---

532. Wilhelm, Pfarrer zu Dieppach, stiftet für den Eberbacher Convent ein Fischessen aus Gütern zu Hargarten und Oberheimbach.

1293, *April 24.*

Orig. Urk. im Landesarchiv zu Idstein.

In nomine domini Amen. Cum facilius ab humana labantur memoria que nullius ſcripti teſtimonio roborantur. Nos | frater Sifridus dictus abbas et conuentus monaſterii in Ebberbach atteſtacione praeſentis pagine innoteſcere | cupimus uniuerſis Chriſti fidelibus praeſentibus et futuris quod cum vir honeſtus dns Wilhelmus plebanus in Dieppach | erga nos annuam et perpetuam penſionem duarum marcarum denariorum aquenſium de prouentibus quinque Jurnalium vinearum | ſitarum in terminis ville Hargarten que fuerunt fratris noſtri Hermanni dicti Svenden a noſtro cellerario coquine qui | pro tempore fuerit perſoluendam, cui eedem vinee ſunt perpetuo deputate pro tercia ſumma pecunie a nobis le|gitime comparauit et ordinauit in remedium anime ſue et omnium progenitorum ſuorum, ut ſingulis annis in dominica qua | cantatur Letare aut infra octo dies immediate ſequentes de dictis duabus marcis a praefato cellerario coquine | piſces ad refectionem noſtri conuentus debeant fideliter comparari, et de vinea ſua dicta oppreth ſita in terminis ville | ſuperioris ville Heimbach nobis ab ipſo collata dimidia carrata vini franci magiſter curie

Digitized by Google

nostre in heymbach | qui pro tempore fuerit ad eandem refectionem debeat similiter assignare, et siquid de ipso vino remanserit die sequente | ad melioracionem potus dicto conuentui ministretur, adiecto tamen quod si tempore administrationis eiusdem pisces | recentes haberi non possunt salsi loco eorundem comparentur. Nos deuocionem dicti dni Wilhelmi et affectum eius fidelem | circa nos non immerito attendentes, ordinationem praedictam promittimus bona fide pro nobis et pro posteris nostris | imperpetuum seruaturos, hoc eligentes ut si quod absit de praemissis aliquid quolibet anno conuentui sepedicto | subtractum fuerit in parte vel in toto, venerabiles domini decanus et capitulum ecclesie pinguensis cum ad eos delatum | fuerit a nobis illo anno requirant et nos hoc eis dare sine contradictione qualibet teneamur, in alios pios usus | ab eis ut decreuerint conuertendum. In cuius rei testimonium et perpetuam memoriam sigillum nostrum una cum sigillis | venerabilium virorum decani et capituli ecclesie pinguensis praesentibus sunt appensa. Et nos decanus et capitulum | predicti ad instanciam et peticionem praefati Wilhelmi sigilla nostra appendimus huic carte. Actum et datum anno dni | M°. CC°. Nonagesimo tercio VIII°. kalend. maji.

Die Siegel 1. des Abtes von Eberbach, 2. des Martinstiftes zu Bingen hängen beschädigt an.

---

533. König Adolf der Nassauer befreit das Kl. Eberbach von dem Rheinzoll bei Bunn.

1294, *Jan. 15.*

Orig. Urk. im Landesarchiv zu Idstein.

Adolfus dei gracia Romanorum Rex semper augu-

Digitized by Google

ſtus. Univerſis Imperii Romani fidelibus preſentes litteras inſpecturis gratiam | ſuam et omne bonum. Quamquam noſ venerabili Syfrido Colonienſi archiepiſcopo principi noſtro dilecto indulſerimus de gracia ſpeciali | ut quindecim annis theloneum recipere poſſit et debeat apud Bunnam Tamen religioſis viris . . abbati et con|uentui monaſterii de Eberbach Cyſtercienſis ordinis Maguntine dyoceſis in libertatibus et exemptionibus Monaſterio eorum | per diuos Imperatores Romanorum et Reges indultis, nullum volumus praeiudicium generari. Idcoque uniuerſis et ſingulis preſentium | inſpectoribus preſentibus firmiter inhibemus ne quis veſtrum dictos . . abbatem et conuentum contra libertatis ſue tenorem | preſumat in deductione bonorum ſuorum per Reni alueum alicuius exactione thelonei fatigare. Sed eoſdem et ſuos Nuncios | cum Navibus ſuis pertranſire ſinatis abſque omni datione pecunie liberos et immunes Sicut noſtram Indignationem | volueritis euitare. Datum in Oppenheim XVIII. Kal. Febr. Indictione ſeptima Anno dni. M°. CC°. Nonageſimo quarto | Regni vero noſtri anno ſecundo.

Das an röthlicher Schnur gehangene Siegel fehlt.

---

534. Rudolf, Rhein-Pfalzgraf, befreit das Kl. Eberbach vom Rheinzoll bei Fürstenberg und Bacherach.

1294, *Nov. 23.*

Orig. Urk. im Landesarchiv zu Idstein.

Nos Rudolfus dei gratia Comes Palatinus Reni Dux Bawarie notum facimus preſentium | inſpectoribus uniuerſis quod in remedium anime noſtre et animarum progenitorum noſtrorum domino | venerabili . . abbati

Digitized by Google

fratribus et cenobio in Eberbach paternis in hac parte veſtigiis | inherentes hanc gratiam fecimus ut naves ſue vino frumento ſeu quibuscumque aliis | victualibus onerate per diſtrictum noſtrum apud fürſtenberch et Bacheracum deorſum | et ſurſum in Reno ſine applicatione et conductus ſiue thelonei nec non dena|riorum qui vulgariter chnappenpfenninge dicuntur exactione ſolute et libere per|petuo tranſuehantur. Ita tamen quod ipſi vel eorum fidedigni nuncii predicta vinum frumen|tum et victualia alia declarent ſub debito obedientie et ordinis vel iuramenti ſi | perſone religioſe non fuerint de propriis crementis redditibus ſeu prouentibus, agriculturis | et vinetis et non per modum alium ſibi et ſuo cenobio attinere. Volumus etiam | ut ſi predictum conductum ſeu theloneum apud Bacheracum per obligationem ſeu quemcunque | modum alium in alium vel alios tranſtulimus predicto cenobio Eberbacenſi huiusmodi | gratia ei per nos facta rata et inconuulſa penitus conſeruetur. Dantes noſtris officialibus | et procuratoribus firmiter in mandatis ut prelibatis domino abbati . . fratribus et cenobio Eberbacenſi eandem gratiam ipſiſ per nos factam ratam et illibatam conſeruent ſicut noſtram indig|nationem voluerint euitare. In cuius rei teſtimonium preſentes damus ſigilli noſtri robore | communitas. Datum in caſtris apud Brunne. Anno dni. Milleſimo. Ducenteſimo. Nona|geſimo quarto VIII. Kal. Decembris.

Das prächtige, an Pergamentſtreifen anhängende Reitersiegel des Ausſtellers iſt unverſehrt. Umſchrift: † RVDOLFVS DEI. GRA. COMES. PALATIN. RENI. DVX. BAWARIE.

535. König Adolf der Nassauer ermässigt dem Kl. Eberbach seine Steuer zu Bopard.

1295, *März 30.*

Orig. Bulle im Landesarchiv zu Idstein.*)

Adolfus dei gratia Romanorum Rex ſemper Auguſtus. Prudentibus viris, sculteto, conſulibus et ciuibus in Bopardia | fidelibus suis dilectis graciam ſuam et omne bonum. Religiosorum uirorum . . abbatis et conuentus monaſterii de Eberbach deuotorum | noſtrorum di-

*) Eine Copia desselben Privilegs, auf Papier, enthält daneben eine deutsche Uebersetzung der Urkunde. Sie lautet: Wir Adolff von gottes gnaden Romiſcher konig und allewege merer deſz Romſchen rychs den vorſiechtigen wieſen mannen ſchultheyſz raitzluden und burgern zu Boppart ſynen lieben getruen ſyne gnade und alles gnde. Wir vorwenden ordineren und thun ſchaffen gemacht und frieden den geyſtlichen mannen Apt und convent deſz cloiſters Ebberbach unſern lieben andechtigen die unſz mytt beheglicher gemeynſchafft und mytt nutzberem dynſt verbunden unnertenig ſynt zu vorkommen yren ſchaden. So wollen wir daſs ſie nytt mytt ungewonlicher und mytt unrechtes ſthuer ader bedde beſchweret werden Wan yr hundert margk geſatzter bedde In der gemeyn offſetzet ſo geben wyr yn vorhiene uſz ſunderlicher gnade und wollen daſz ſie alleyn von allen yren gudern die ſie ytzunt han ader hernachmailſz gewynnen mochten in Bopparter margk uch eyn margk tzu bedde geben ſollen. Were yſz aber daſs yre mene ader mynner habt an der bedde tzu betzalen So ſollen die vorgenantn Apt und covent nach antzel der ſelben bedde geben und betzalen Darumb wir uwer truwe befelen und gebietten daſz yr ſolich unſer gnade unverſerlichen hanthaben und halden ſollent Als yr unſer ungnade wolt und begert tzu vermyden Dyſe gegenwertige dynge crafft und macht nach unſerm beheglichen wyllen han und blyben ſollen. Geben in Oppenheym In dem jare dulent tzweyhundert und funf und nuntzig In dem dritten jare unſers rychs.

Digitized by Google

lectorum qui placida nobis familiaritate et fructuosis obsequiis coniunguntur, tranquillitati comodis sereno uultu intendere | et dispendiis precauere vbilibet disponentes ac volentes quod sturis inconsuetis et indebitis pregrauentur concedimus permittimus | volumus et eis de speciali gratia indulgemus ut de bonis suis habitis et habendis in Bopardia ad centum Marcas in|ponendas vobis pro stura duntaxat contribuant unam marcam. Si uero magis minusue habueritis ad solvendum. | Abbas et conuentus predicti soluant pro rata quantitatis eiusdem . propterea quod fidelitati uestre committimus et mandamus quatinus | huiusmodi nostram gratiam eisdem .. abbati et conuentui concessam inuiolabiliter obseruetis sicut nostram indignationem volueritis | euitare presentibus nichilominus ad nostre uoluntatis beneplacitum ualituris Datum in Oppinheim. III. Kalend. Aprilis | Anno domini M°. CC°. Nonagesimo Quinto. Regni uero nostri anno tercio.

Das an Pergamentstreifen anhangende Thronsiegel von bräunlichem Wachs ist am Rande hin und wieder beschädigt, sonst gut erhalten.

---

536. König Adolf der Nassauer ermässigt dem Kl. Eberbach seine Steuer zu Nieder-Ingelheim.

1295, *März 30.*

Orig. Urk. im Landesarchiv zu Idstein.

Adolfus dei gratia Romanorum Rex semper Augustus. Prudentibus viris Sculteto et vniuersis | ciuibus in inferiori Ingelnheim fidelibus suis dilectis graciam suam et omne bonum. Religiosorum virorum . . Abbatis et con|uentus monasterii de Eberbach deuotorum nostrorum dilectorum qui placida nobis familiaritate et

fructuosis obsequiis | coniunguntur, tranquillitati, comodis sereno vultu intendere et dispendiis precauere ubilibet disponentes ac no|lentes quod sturis inconsvetis et indebitis pregrauentur concedimus, permittimus, volumus et eis de speciali gracia | indulgemus vt de bonis suis habitis et habendis in ingelnheim ad centum marcas imponendas, vobis pro | stura duntaxat contribuant vnam marcam. Si vero magis minus ue habueritis ad soluendum .. Abbas| et conuentus predicti soluant pro rata quantitatis eiusdem. Propter quod fidelitati vestre committimus et mandamus quatinus | huiusmodi nostram graciam eisdem .. Abbati et conuentui concessam inuiolabiliter obseruetis, sicut nostram indig|nacionem volueritis euitare presentibus nichilominus ad nostre voluntatis beneplacitum valituris. — Datum | in Oppinheim. III. Kal. April. Anno domini. M°. CC°. XC°. V°. Regni vero nostri anno tertio.

An Pergamentstreifen hängt, zur Hälfte abgebrochen, das Thronsiegel des Ausstellers.

---

537. König Adolf der Nassauer gewährt dem Kl. Eberbach das Welderecht bei Haselach.

1295, *April 1.*

Ocul. Mem. II. fol. XL, 1.

Nos Adolfus dei gratia Romanorum Rex semper augustus. Ad uniuersorum noticiam volumus peruenire quod concedimus et permittimus ut religiosi viri .. abbas et conventus monasterii in eberbach deuoti nostri dilecti animalia sua pascant aput haselach et Gebenburne in locis et pascuis quibus ea vsque ad hec tempora pascere consueuerunt presentibus ad nostre uoluntatis be-

Digitized by Google

neplacitum duraturis. Datum apud Oppenheim kal. april. anno dni. M⁰. CC⁰. XC⁰. V⁰. Regni uero nostri anno IIII⁰.

---

538. Gerlach Holtebran von Loirche und seine Familie dotiren die Kapelle im Eberbacher Klosterhof zu Drethingheshusen.

1296, *Febr. 3.*

Orig. Urk. im K. Provinc. Archiv zu Coblenz. *)

In nomine domini Amen. Innoteſcat tam preſentibus quam futuris quod ego Gerlacus dictus Holtebran de Loirche [1]) et uxor mea Gundradiſ [2]) cum [3]) aſſenſu et voluntate trium | militum filiorum noſtrorum videlicet Criſtiani, Emberchonis [4]) et Johannis nec non generi nostri Cunemanni militis de Rudenſheim et eius uxoris filie noſtre pro ſalute animarum | noſtrarum ſimul et parentum nostrorum dotauimus capellam ſitam Drethingheſhuſen [5]) in curia monasterii Eberbacenſis cum redditibus quinque marcarum aquenſium et ſex maldriſ ſiliginis et du|abus amis vini franconici et tribus hunici ſingulis annis in natiuitate dni de bonis subnotatis [6]) in perpetuum perſoluendis, quam inquam dotationem ſiue donationem predicti | Chriſtianus, Embercho [7]) et Johannes filii noſtri necnon Cunemannus gener noster predictus nomine noſtro et ſpeciali mandato [8]) noſtro Drehtingheſhuſen [9]) in iudicio coram ſculteto et ſcabiniſ ibi|dem ſtabiliuerunt. bona ſubnotata [10]) dicte capelle reſignando [11]) et ipſam

*) Die Urkunde ist doppelt vorhanden; wir notiren die Varianten des Duplikats: [1]) Loirchen, [2]) Gunderadis, [3]) de, [4]) Embirchonis, [5]) in Dreth., [6]) infra scriptis, [7]) Embircho, [8]) et de mand., [9]) Dreting., [10]) ſubscripta, [11]) de quibus dicti redditus capelle

Digitized by Google

de eiſdem corporaliter inueſtiendo. Fuit autem hec [12]) donatio facta ſub hac forma videlicet quod dominus ab|bas et conuentus monaſterii Eberbacenſis [13]) qui pro tempore fuerint predictam officiari capellam per perſonas ſui ordinis procurabunt. Redditus autem prefatos ſoluent iſti videlicet Herdenus et Ja|cobus fratres de Drethingeſhuſen unam [14]) marcam de vinea quadam in inferiori Heinbach ſita que remanebit indiuiſa. Item hugo dictus Steubo de Loirche [15]) decem et octo ſo|lidos aquenſium de quinque particulis vinearum [16]) quarum una ſita eſt in Richenbach, altera [17]) ſuper Rodelſteine Tercia in heriſbach, alie due ſuper Genſeburne. Item Embricho dictus | Rodechen dimidiam marcam de duabus vineiſ quarum una ſita eſt in Eilfiſdal, altera in Lindenberghe. Item Metildis [18]) dicta grifen ſolvit [19]) fertonem de vinea anderbach. Item | eadem Methildis de domo et orto quinque ſolidos aquenſium denariorum. Item relicta Waltbodoniſ de Moguntia de domo ſua in foro Drehtingeſhuſen [20]) quatuor ſolidos aquenſium denariorum. Item de vinea quae dicitur Scapheſwingarte [21]) dabit curia Eberbacenſis in Drehtingeſhuſen ſita [22]) unam marcam termino prenotato. Item abbatiſſa et conuentus ſanctimonialium beate katerine iuxta Rockeſheim | ſoluent annuatim [23]) ſex maldra ſiliginis duas [24]) amas vini franconici et treſ amas hunici [25]) dicte capelle de bonis in Loinſheim [26]) et preſentabunt in pinguiam

---

ſoluentur predicte resign., [12]) hec predicta, [13]) Eb. predicti, [14]) dabunt unam, [15]) loriche, [16]) vin. part., [17]) secunda, [18]) Methild., [19]) solv. fehlt, [20]) Dreht. fehlt, [21]) schafeſwing. [22]) sita fehlt, [23]) ann. fehlt, [24]) et duas, [25]) hun. annuatim, [26]) de bon.

Digitized by Google

ſuis ſub|periculis [27]) et expenſis. Inſuper ego Johannes predictus [28]) filius Holtebrani [29]) predicti [30]) et Adeleidis [31]) uxor mea manu communicata ſui communi [32]) legauimus dicte [33]) capelle ſex maldra ſiliginis pinguenſis menſure [34]) de molen|dino ſuperiori in ripa que dicitur morghen in feſto beati Bartholomei apostoli annis ſingulis [35]) perſoluenda. Item legauimus duaſ particulas vinearum que quondam fuerunt franconis de loir|che [36]) quarum una ſita eſt in Richenbach, altera iuxta Shaffeſtucke [37]). tem legauimus dicte capelle vineam anderbach que quondam fuit Theoderici dicti Redechen [38]). Ad pre|dictorum igitur memoriam nos Gerlacus Holtebran. Chriſtianus [39]) Embricho. Johannes [40]) nec non Cunemannus [41]) predicti petiuimus et petimus ſigillo [42]) domini abbatis et conuentus monaſterii [43]) Eber|bacenſis [44]) cartam preſentem [45]) communiri. Hiis ſic peractis noſ Sifridus dictus abbas et conuentus Eberbacenſis [46]) predictarum beneficia donationum cum gratiarum actione acceptantes promittimus nos fideliter conſeruaturos bona antedicta prenotate capelle iam erogata et ea ſimiliter ſique contigerit ei in poſterum erogari, nec ea alienabimus quoquo modo, ſed monachi | noſtri quoſ ad officiandam ſepedictam capellam prout ſuperius eſt expreſſum [47]) conſtituemus ſuam ſuſtentationem percipient de eiſdem. In quorum memoriam et firmita-

---

in L. fehlt, [27]) ſuis laboribus, periculis, [28]) pred. fehlt, [29]) dni Gerlaci Holtebran, [30]) pred. fehlt, [31]) aleidis, [32]) ſui comm. fehlt, [33]) predicte, [34]) ping. mens. fehlt, [35]) anno tenus, [36]) Lorichen, [37]) schafst., [38]) Rodechin, [39]) et Crist., [40]) et Joh., [41]) filii nostri, [42]) sigillis, [43]) et conv. mon. fehlt, [44]) Eberb. nec non Cunemanni militis de Rudensheim, [45]) pr. cartulam, [46]) abb. Eb. et conventus ibidem, [47]) prout s. est expr. fehlt, [48]) In memoriam

Digitized by Google

tem [48]) noſtrum | ſigillum preſentibus eſt appenſum [49]) Praeterea ego Cunemannus de Rudenſheim predictus, a partibus hinc inde rogatus ſigillum meum etiam appoſui huic ſcripto. Datum | anno dni. M⁰. CC⁰. Nonageſimo ſexto in craſtino purificationis virginis [50]) Marie.

Das Siegel des Abtes zu Eberbach hängt zerbrochen an; an dem Duplicat hängt auch noch das Siegel Cunemann's von Rüdesheim, ein Adlerflügel; der Rand ist weggebrochen.

---

539. Das Kl. Eberbach verpachtet seine Güter bei Wisbade an Sifrid Bode von Kederche, Ritter.

1296, *Febr. 10.*

Orig. Urk. im Landesarchiv zu Idstein.

Nos Philippus Marſalcus de vrouenſtein Euerardus ſcultetus et . . scabini de kederche univerſis preſentes litteras inſpecturis ſalutem et agnoſcere veritatem. Noueritis quod in noſtra preſentia conſtituti | Sifridus filius quondam Henrici militis dicti Bode et Sophia eius uxor bona ſua inferius annota|ta videlicet agros ſuos intra kederche et altam villam ſitos. Item quoddam pratum quod fuerat | Hertwini dicti Grulshouen Item cenſum annuum trium ſolidorum colon. cum uno capone quem cenſum | eis ſoluit Henricus colonus eorum .tem cenſum annuum decem et octo denariorum colon. cum uno capone | quem cenſum eis ſoluit Conradus filius cuiusdam dicti Widenhouſt de altavilla, Religioſis vi|ris . . abbati et con-

---

igitur omnium predictorum preſenti ſcripto, [49]) nost. sig. duximus apponendum, [50]) beate virg.

Digitized by Google

uentui in Eberbach pro bonis eorundem ſitiſ in wiſbade que dicti coniugeſ ab ipſis religioſis ad duodecim annos pro annua penſione viginti et quinque maldrorum ſiliginis Mogunti|ne menſure preſentandis eiſdem annis ſingulis inter aſſumptionis et natiuitatis beate Marie duo | feſta in curiam ipſorum Religioſorum Moguntie ſub ipſorum coniugum laboribus et expenſis receperunt | coram nobis in forma iudicii titulo ſubpignoris obligarunt et ſuppoſuerunt tali condicione adiecta | Quod ſi dicti coniugeſ in ſolutione dicte penſionis aliquociens defecerint ſiue negligentes extiterint | aut ipſa bona eiſ locata a dictis religioſis ut dictum eſt diminuerint aut ſiqua iura cenſus | et exactiones tenentur non ſoluerint unde religioſis querela ſuboriri poſſet aut aliter qualitercunque | dampnoſa dictis religioſis fecerint huiusmodi defectum ſeu negligentiam diminutionem quere|lam aut dampnum quodcunque ſepedicti religioſi in bonis dictorum coniugum ſupradictis abſque forma | iudicii ſine ipſorum coniugum contradictione qualibet recuperare debent et poterunt fructusque ipſorum bo|norum et poſſeſſionem ipſorum vendicare ſine iudicio una cum bonorum propriorum dictis coniugibus loca|torum reſumptione quouſque de tali defectu aut negligentia diminutione querela ſeu dampno quo|cunque dicti coniuges ad plenum ſatisfecerint religioſis ſepedictis. In cuius rei teſtimonium ad pe|ticionem dictorum coniugum ac eciam religioſorum nos Philippus Marſalcus predictus ſigillum noſtrum | preſentibus literis duximus apponendum. Datum anno dni M°. CC°. Nonageſimo ſexto ſabbato | poſt diem cinerum.

An Pergamentstreifen hängt, mit abgebrochener Spitze, das Siegel des Ausstellers. Umschrift:

† S. PHILIPPI MARS ..... VROVWENSTEIN.

Digitized by Google

340. Pachtbrief des Kl. Eberbach für Heinrich Uff dem Bühel über Güter zu Schurensheim.

1296, *Mai 4.*

Orig. Urk. im Landesarchiv zu Idstein. *)

In nomine dni amen. Uniuerſis preſentem litteram inſpecturis. Nos Sifridus abbas totũsque conuentus monaſterii Eberbacensis ordinis Ciſterciensis Maguntine dyoceſis cupimus eſſe notum. Quod Nos | omnia bona monaſterii noſtri infra ſcripta ſita in villa Schurenſheym que fuerunt quondam Wigeri militis de Schurenſheym cum omni honore et jure quibus ipsa bona poſſedimus locauimus quon|dam heinrico Militi dicto Vffedemebuhele Elizabet ſue legitime vxori ac ipsorum heredibus jure hereditario poſſidenda pro triginta ſeptem maldris ſiliginis maguntine menſure nobis et noſtro monaſterio | annis ſingulis infra duo feſta Aſſumtionis et Natiuitatis beate Marie virginis perſoluendis et preſentandis Maguntie in omne euentum ante quamcumque domum voluerimus ſub dictorum coniugum uel | heredum ipsorum periculo et expenſis. Ita tamen quod predicta bona ſemper apud unum predictorum heredum indiuiſa permaneant et ſub bona et debita cultura conſeruentur et ſingulis annis ad minus | unum juger cum dimidio incraſſetur fimo ſub teſtimonio competenti. Et ſi predicti conductores uel ipsorum heredes in premiſſis uel aliquo premiſſorum neglientes fuerint uel remiſſi non faciendo predicta quod | antedicta bona cum ſubpignore ſubſcripto nobis et nostro

*) *Die Urkunde ist noch in zwei gleichzeitigen Duplikaten vorhanden, jedes unter dem Siegel des Abtes Hermann zu S. Jakob in Mainz.*

Digitized by Google

monaſterio poſito a conductoribus predictis redibunt ad monaſterium nostrum sine contradictione qualibet libere et abſolute. Hec eſt autem ſpecificatio bonorum | predictorum videlicet in ſuperiori campo verſus Werſtad in loco zuride apud Wiſenbrûne tria jugera in pratis agris et ſalicibus Item unum juger cum dimidio tendens a Wiſenbrûne ſuper viam | que dicitur Werſtederwech. Item unum juger cum dimidio zu grundelo-ſenbrûne angeſbolſheymermarke. Item quatuor jugera et dimidium zuſlizebrûne genſide der weyde angeſbolſheimer marke. | It. tria jugera tendentia ſomme Sliderwege vffe dy weyde juxta Emerechonem Militem. It. tria jugera in kipendale juxta monachos de Werenſwilre. It, ibidem tria jugera et dimidium inderkur|zengewanden juxta Petrum militem filium Dudonis. It, unum juger et dimidium ibidem juxta Cunradum militem de Bekelenheym. It, unum quartale zuride ſuper montem cum arboribus| nucum It. unum juger vffe Rudilburne de Werſtederwech ſe extendens apud Emerechonem militem. It, unum juger de Sclidewege ſe extendens vffe dy weide by Lairſe juxta Sygelonem dic|tum pannekirche It. tria jugera inter duas vias videlicet Sclidewech et Werſtederwege juxta Emerechonem militem ex parte vna et vnum juger dictum Widemebube ex parte altera It. in | campo verſus Walheim in loco qui dicitur Oſtderwiſe tria jugera et dimidium in pratis et agris. It. ſeptem jugera juxta dominam dictam Peze vltra Vndenheymer pad. It. tria jugera zuhuſerbrûne | tendentia vffe dy hoheſtraſe juxta Emerechonem militem It. vndecim virgas agri ibidem tendentes in agros dominorum de Vben. It. quinque jugera

Digitized by Google

et dimidium in Clingelbrûne juxta Emerecho|nem militem. It. vnum juger et dimidium angefbolfheymer wege zugrundelofebrûne. It. vnum juger et dimidium cum vna virga vinearum juxta monachos de Wernefwilre. Hec eft autem | fpecificacio fubpignoris antedicti videlicet in terminis ville Schurenfheym duo jugera fita in loco qui dicitur Lûrfe extendencia angefbolfheymermarke. It. duale vinearum zuride juxta Dudonem | dictum freyfe. It. duo jugera zukanelbrûne vffe Vndenheymerberge Et ego Elizabet de Schurenfheym relicta quondam Heinrici Militis dicti Vffedeme Buhele Et ego Heylmannus Miles | de Engelftad maritus Demudis ac Ego Demudis vxor dicti Heylmanni nata quondam Heinrici et Elizabet coniugum predictorum recognofcimus tenore prefencium et publice profitemur predicta bo|na fic effe conducta et locata a monafterio predicto in omnem modum quemadmodum eft predictum et promittimus fide data loco juramenti omnes conditiones modos fiue pactiones in locatione et conductione pre|dictorum bonorum expreffos fub perditione antedictorum bonorum et fubpignoris fupraferipti obferuare et contra non venire. arte, dolo, ingenio fiue caufa Renunciantes publice et expreffe in hiis | feriptis omni exceptione doli, fori, juris et facti, condicionibus fiue caufa et omnibus defenfionibus et juribus quibus contra locationem et conductionem predictas in pofterum venire poffemus et ipsum monafterium | in ipsis aliqualiter impedire. In cuius nostri confenfus et recognitionis teftimonium ac veritatem omnium predictorum prefentem litteram sigillari volumus et rogamus sigillo dni . . abbatis Eberbacenfis | predicti et ex parte nostri sigillis venerabilis dni Abbatis monafterii fci Ja-

Digitized by Google

cobi extra muros Maguntie et ciuitatis Oppenheymensis Et Nos Sifridus abbas et conuentus Eberbacensis ſigillum nostrum | preſentibus duximus appendendum in teſtimonium veritatis premiſſorum. Et Nos abbas ſci Jacobi predicti Et Nos ciues de Oppenheym recognoſcimus quod ſigilla nostra ad preces Elizabet, Heylmanni | et Demudis vxoris ſue predictorum duximus preſentibus appendenda. Datum anno dni M°. CC°. XCVI°. in craſtino aſcenſionis dni.

An rothen Schnüren hängen die Siegel:

1. *des Abtes von Eberbach, ein Stückchen.*
2. †. S' HERMANNI. ABBATIS SCI IACOBI MOGV . . . . I . , *in grünem Wachs.*
3. *der Stadt Oppenheim, Bruchstück.*

---

541. Ein Vermächtniss H. Bruggeuers und Wernh. Nyro's von Wimpfen zu Gunsten des Kl. Schönau.

1296, *Juni 11.*

Orig. Urk. im Landesarchiv zu Idstein.

Nos frater Johannes dictus abbas totusque conuentus monaſterii Schonaugiensis tenore preſencium publice profitemur quod cum H. dictus Brûggenere et Wernherus | dictus Nyro nostri confratres nominati de Wimpina omnia bona ſua videlicet in Swaygern in rûthenvelt et in Rorbach ſicut in literis ſuper eiſdem | rebus confectis plenius continetur pro remedio animarum ſuarum et progenitorum ſuorum nostro monaſterio contulerint pie deuotionis affectu. Nos in hac | parte ipsorum voluntati annuentes ſtatuimus quod quicquid noſtro monaſterio penſionis de predictis bonis prouenerit in pitanciam ovorum nostro conuentui | miniſtran-

Digitized by Google

dorum una cum cenſibus hermanni de Heydelberch ad huiusmodi amminiſtrationem pertinentibus ſingulis annis poſt feſtum | pentecoſtes ab hiis quibus pro tempore talis amminiſtratio commiſſa fuerit plenarie conuertetur quod ſi aliquo anno neglectum et in alios uſus | conuerſum fuerit, cenſus ſiue prouentus eiusdem anni pro pena monaſterio Eberbacenſi tenebimur aſſignare, ad quam amminiſtrationem | et penam nos et nostrum monaſterium per preſentes literas obligamus, quas literas ſigillo nostro in teſtimonium duximus roborandas. | Datum anno domini M°. CC°. XC°. VI°. in feſto Barnabe apostoli.

Das anhängende Siegel ist beschädigt.

---

542. Das Kl. Selz verkauft alle seine Besitzungen bei Biburg und Muschebach an das Kl. Eberbach.

1296, *Octob. 27.*

Orig. Urk. im Landesarchiv zu Idstein.

Nos Robertus dei gratia abbas totusque conuentus monaſterii ſalſenſis ordinis ſci Benedicti | argentinenſis dyoceſis Recognoſcimus et notum facimus uniuerſis inſpectoribus preſentium litterarum, quod nos | pari conſenſu et unanimi uoluntate pro certa pecunie ſumma nobis tradita et ſoluta vendidimus et reſignauimus cum effeſtucatione debita et conſueta religioſis viris abbati et conuentui monaſterii Ebberba|cenſis cyſterc. ordinis moguntinenſis dyoceſis uniuerſa bona noſtra quae habemus in biburg et in muſſchebach | cum omnibus eorum iuribus et appendiciis quocunque nomine nuncupentur ſicut ea ipſi abbas et conuentus a nobis iure | emphiteo-

Digitized by Google

tico tenuerunt et poſſederunt quae etiam bona abbas et conuentus Eberbacenſis praedicti a nobis coram iudicio | receperunt in veram proprietatem et ulterius in manus ſereniſſimi domini Adolfi romanorum regis cui eadem bona | proprietatis titulo vendiderunt tranſtulerunt. In cuius rei teſtimonium et munimen nos abbas et conuentus | Salſenſes praedicti ſigilla noſtra preſentibus litteris duximus appendenda. Datum et actum anno domini M°. CC°. | XC°. ſexto in vigilia apoſtolorum Simonis et Jude.

Das Siegel des Abtes ist bis auf ein Stück der unteren Hälfte gut erhalten. Umschrift: † S. ROBERTI DEI G . . . . . ABB'IS SALSENSIS. *Das Siegel des Convents ist abgerissen. Hiermit zusammengenäht ist die folgende Urkunde.*

---

543. Vollmacht des Kl. Selz zum Abschluss seines Gutverkaufs in der Gemarkung von Byburg.

1296, *Decemb. 30.*

Orig. Urk. im Landesarchiv zu Idstein.

Nos Robertus dei gratia abbas totusque conuentus monaſterii Salſenſis ad Romanam eccleſiam nullo medio pertinentiſ | ordiniſ ſci Benedicti argentinenſis dyoceſis conſtare volumus uniuerſiſ quod noſ diligenti deliberatione inter noſ habita | et tractata communi conſilio et unanimi voluntate dilectum in Chriſto nobis Billungum decanum noſtri monaſterii | noſtrum et noſtri monaſterii in hiiſ ſcriptiſ conſtituimus procuratorem ad tractandum ſuper boniſ noſtriſ et noſtri monaſterii ſitiſ in | Byburg moguntine dyoceſis ordinandum, conſummandum, vendendum, alienandum et omnia faciendum circa ipſa bona | contra quaſcumque perſonaſ eccleſiaſticaſ vel etiam ſeculareſ quae

Digitized by Google

noſ faceremus vel facere poſſemus ſi in omnem modum et | euentum preſenteſ eſſemus, ratum et gratum idque firmum habituri quicquid dictuſ Billungus nomine noſtro et noſtri monaſterii | in premiſſiſ boniſ noſtriſ in By-burg duxerit faciendum. In cuius rei teſtimonium sigilla noſtra preſentibus duximus | appendenda. Datum anno dni M⁰. CC⁰. LXXXX⁰. ſexto dominica poſt Innocentium beati ſtephani.

Das Siegel des Abtes R. ist bis auf ein Stückchen weggebrochen; das Siegel des Convents fehlt bis auf das obere Drittheil (Christus sitzend, zu seiner Rechten Paulus stehend). Umschrift: † SI ..... ALSESIS.

---

544. Jacob von Drevels, Bürger zu Mainz, macht dem Kl. Eberbach seinen Hof zum Wetfelere zum Geschenk.

1297, *Jan. 18.*

Orig. Urk. im Gr. G. Staatsarchiv zu Darmstadt.

Tenore preſentium omnibus innoteſcat quod Jacobus de Drevels ciuis moguntinus | ſane mentis et corporis ſui compos dum ire potuit atque ſtare curiam ſuam | dictam zum wetfelere Moguntie ſitam donauit et tradidit ſollempni donacione inter vivos facta una cum octo carratis vini in dicta curia iacentibus Religioſis et honorabilibus viris domiuis . . abbati et conuentui monaſteri Eberbacensis | ordinis Ciſterc. Mogunt. dyoceſis. ſine inpedimento et contradictione cuiuſ|libet poſſidendam. Ita quod dicti fratres ſeu conuentus de prefata curia et | eius fundo honorabilibus viris dominis . . decano et capitulo ecclesie Moguntine | ſingulis annis in feſto beati Martini octo ſolidos denariorum Colon. nomine cenſus | ſoluent. fratre Ludowico predicti monaſterii curie in Mogun-

Digitized by Google

tia magiſtro sindico | et procuratore, nomine et autoritate predicti conuentus prelibate curie zů̊m Wet|flere donationem ſuſcipiente, prout moguntine conſuetudinis eſt et juris | Ad maiorem quoque cautelam predictus Jacobus burgauit id eſt ſub caucione | judiciaria que borgen vulgariter dicitur ſe aſtrinxit quod predicte curie donationem | et reſignacionem ratas teneat et obſeruet. Et quia antedictis fratribus et con|uentui infra feſtum Paſche affuturo proxime memoratam curiam niſi ipſam | de voluntate ipsorum optineat, reſignet et preſentet liberam et ſolutam. Actum | coram Johanne de Olemanno ſeculari judice Moguntino. Preſentibus et atteſtantibus | Cunrado de Cantaro. Jacobo de Haroldo. Arnoldo de ſepe. Heilmanno | quondam magiſtri Alberti notarii Moguntini filio, et Waltero ſutore, Ciuibus Mo|guntinis. Datum anno dni M°. CC°. XC°. VII°. Sexta feria ante feſtum beate Agne|tis virginis.

Ein in der linken Ecke angehangenes Siegel ist mit einem Stück Pergament herausgerissen.

---

545. Constancia von Laudenburg vermacht dem Kl. Schönau mehrere Güter.

1297, *März 27.*

Orig. Urk. im Landesarchiv zu Idstein.

Nos frater Jo. dictus abbas de Schonaugia totusque conuentus ibidem. Tenore preſencium publice | profitemur quod de agris nostris quos habemus in Laudenburg qui quondam fuerunt domine Conſtancie | filie quondam Reynbodonis militis ibidem, tenemur conuentui nostro annis ſingulis in die anni|uerſarii ipsius domine Conſtancie. qui erit. VI. kal. Aprilis procura-

Digitized by Google

tionem in Refectorio nostro prout apud | nos consuetum est in albo pane, vino Berstratico et piscibus ministrare. Quod si dolose praeter|missum fuerit aut ex negligentia subtractum, et commoniti fuerimus ex parte conuentus Eberbacensis | et infra quindenam non emendauerimus ex tunc quatuor libras hallensium nomine ipsius procurationis antedicto | conuentui Eberbacensi qui commemoracionem anime sepedicte domine Constancie celebrabunt | tenebimur assignare. Actum anno dni M°. CC°. XC°. VII°. VI. kalendas aprilis. In cuius rei | testimonium presentem cetulam sigilli nostri munimine duximus roborandam.

Das Siegel ist bis auf ein Stückchen weggebrochen.

---

546. In einer Klagsache des Kl. Eberbach wird der beklagten Gemeinde Bubensheim ein Termin anberaumt.

1297, *Aug. 18.*

Orig. Urk. im Gr. G. Staatsarchiv zu Darmstadt.

Decanus ecclesie sce Marie ad gradus Maguntine Judex a venerabili patre ac Domino G. | archiepiscopo moguntino constitutus. In nostra constituti presencia syndico monachorum Eberbacensium | cysterc. ordinis moguntine dyocesis ex parte una et Wernhero sculteto et heinrico | dicto Kelner de Bubensheim pro se et uniuersitate dicte ville bubensheim a nobis | admissis sub cautione decem librarum hallens. ad quam se obligauerunt pro ratihabitione | referenda in proximo termino uniuersitatis predicte ex altera dictus syndicus proposuit contra scul|tetum et uniuersitatem predictos quod eadem

Digitized by Google

uniuerſitas ſe obligaſſet ſub pena decem marcarum | denariorum aquenſium quod nunquam dicto monaſterio aliqua dampna irrogare deberent in bonis | ſuis que habent in terminis dicte ville bubenſheim et ſi ſecus facerent quod omne dampnum | reſarcire deberent et nichilominus ſoluere penam predictam monaſterio predicto. Unde petiuit | idem ſindicus nomine dicti monaſterii cum dicta uniuerſitas contra predictam obligationem veniſſet | et grauia dampna predicto monaſterio in bonis ſuis intuliſſet ad eſtimationem viginti | marcarum ipſam uniuerſitatem ſibi per vos ſententialiter condempnari nomine quo ſupra ad reſarci|endum dampnum factum et ad ſoluendam penam predictam ad quam peticionem Wernherus | et Heinricus predicti reſponderunt confitendo dictam uniuerſitatem dampna intuliſſe monaſterio ſupradicto in bonis ſuis que habent in villa predicta, ſubplicantes humiliter quod dictus ſindicus gracioſe agere vellet cum uniuerſitate predicta. Unde nos judex predictus auditis hinc inde propoſitis | propter bonum pacis et concordie medio tempore adtemptando feriam quintam ante natiuitatem beate Marie virginis prefigimus ad procedendum in cauſa predicta ſecundum proposita et acta coram nobis prout iuſtum fuit ſi medio tempore compoſitum non fuerit inter partes. Actum anno domini M°. CC°. XC°. ſeptimo. Sabbato poſt Aſſumptionem beate marie virginis.

An einem Pergamentſtreifen hängt das kleine Siegel des Dekans. Umſchrift abgebrochen. Unten ein Knieender, oben das Bruſtbild der Maria mit dem Kinde.

547. Sibodo und Berthold von Smideburg, Ritter, vermachen dem Kl. Dysibodenberg ihre Zehntgefälle in Bullenbach.

1297, *Nov. 25.*

Orig. Urk. im Landesarchiv zu Idstein.

Omnibus preſentes literas viſuris. Fr. W. dictus Abbas Totusque conuentus Montis ſci Dyſibodi | ord. Ciſt. Dyoc. Magunt. Salutem in omnium ſaluatore. Ne laudabiles hominum actus propter diutina temporum curricula tranſeant in obliuionis abuſum expedit eos literarum munimini commendare. Ad noticiam igitur | vniuerſorum cupimus peruenire quod Sibodo et Bertholdus milites, filii quondam Lemkini militis | de Smideburg jntuitu dei et Reſpectu deuotionis quod ad Monaſterium nostrum habere noſcuntur | ſpecialiter et perſonas terciam partem fructuum decime in Bullenbach quam ibidem videbantur habere | nobis et monaſterio noſtro legauerunt viua voce et contulerunt iuſto donationis titulo inter vivos | hac condicione adiecta quod in craſtino b. virginis katerine anniuerſariuni patris et matris eorum progenitorum et omnium heredum ſuorum annis ſingulis inperpetuum celebremus. Ac proinde nostro conuentui per manum . . cellerarii coquine cum dimidia marca denar. Colon. perpetuo ſeruiatur | Reſidua vero pars eorundem fructuum reſeruabitur ab eodem . . cellerario in meliorationem con|uentualis oleris convertenda. In quibus ſi negligentes inuenti fuerimus probabiliter uel remiſſi | in parte uel in toto Religioſis viris dnis . . Priori et conuentui in Eberbach ordinis nostri | dyoc. Magunt. plenam in hiis literis concedimus facultatem vt a nobis neglectum huiusmodi pro illo anno | exigant et requirant ad ſolutionem eiuſdem neglecti quando et quociens illam

Digitized by Google

merebimur in futurum ipsis et | monasterio suo et ad omnia et singula premissa fideliter obseruanda nos et monasterium nostrum obligantes testimonio | presentium literarum. Quas Reuerendi patris dni . . Abbatis de Ottelburg et nostri sigillis fecimus commu|niri in euidentiam pleniorem. Datum et Actum anno dni M⁰. CC⁰. Nonages. septimo. In die beate virg. Katerine.

Beide Siegel hängen an, das des Abtes von Otterburg wohlerhalten, das von Dysibodenberg beschädigt.

---

548. Das Kl. Eberbach verkauft seine Güter bei Hademanshusen an Jutta von Bingen.

1298, *Febr. 24.*

Orig. Urk. im Gr. G. Staatsarchiv zu Darmstadt.

Nos fr. Syfridus dictus abbas et . . conuentus in Eberbach Cyst. ordinis Moguntine dyoc. tenore presencium protestamur | quod euidenti nostri prelibati monasterii vtilitate pensata vnanimi voluntate et consensu vendidimus | honeste matrone consorori nostre Jutte Relicte quondam Arnoldi Robodonis ciuis pingwensis pro quadraginta colon. | den. marchis nobis traditis et solutis et in vsus nostros necessarios collocatis quatuor marchas census an|nui quarum duas Henricus de Hademanshusen de tribus vinearum piciis ibidem iacentibus scilicet de Laggendale | iuxta renum, de laggendale in valle, et de Cinsenstucke reliquas vero duas marcas Herbordus predicti Henrici | frater suique heredes de duabus particulis vinearum ibidem iacentium de Oflansdistucke et de Elterstеyne | ac eciam de quadam curia que dicitur curia Gysonis sita in prefata villa de Hademanshusen nobis sub bono

Digitized by Google

et ſufficienti pignore vinee ſue ſcilicet ſite in Vrankendale infra quatuor dies Natiuitatis dominice annis ſingulis per|ſoluere conſueuerunt. Predicta autem Jutta anime ſue ſaluti conſulens pro se ſuisque progenitoribus et amicis | memoratas quatuor marchas nobis et nostro monaſterio pure et propter deum in elemoſinam contuli[t] in Natiuita|te b. Marie annis ſingulis per coquine cellerarium in vna marchata panis triticei et tribus mar|chatis piſcium nostro conuentui pro conſolatione irrefragabiliter conferendas condicione huiuscemodi interiecta | quod quocumque anno cellerarius predictus quicunque pro tempore fuerit in amminiſtracione pretacta defecerit quod abſit | eo anno predictarum quatuor marcharum cenſus ab ipso cellerario . . Magistre et conuentui in Vlenhuſen | pro pena dabitur monialibus dicti loci pro recreatione in pane et piſcibus in refectorio largiendas. Cum | autem ſecundum formam ſuperius expreſſam de ipsa pecunia conuentus noster reficitur Moniales memorate nichil iuris| ibi in dicta elemosina reclamabunt. In cuius rei teſtimonium sigillum nostrum una cum sigillo . . magiſtre de Vlenhuſen decreuimus preſentibus litteris apponendum. Datum Matthie apostoli anno dni M°. CC°. XC°. octavo.

Das Siegel des Abtes ist zerbrochen, das von Ulnhusen hängt ziemlich gut erhalten an.

---

549. Jacob zum Wetflere, Mainzer Bürger, vermacht dem Kl. Eberbach sein Haus und seine Güter.

1298, *Febr. 6.*

Orig. Urk. im Gr. G. Staatsarchiv zu Darmstadt.

Nouerint univerſi preſencium inſpectores ac eciam

auditores quod Jacobus dictus zûm Wet|flere ciuis Moguntinus coram Lûdewico seculari judice moguntino conſtitutus, in curia | dominorum Eberbacensium dum ire potuit atque ſtare, de univerſis bonis ſuis ubicunque locorum intra | vel extra Moguntiam habitis, vel locatis, ordinationem et legacionem faciens ſiue condens | predictam curiam ſuam zûme Wetflere, ac omnia bona mobilia ſeu mouentia, que in ipſa | curia reperta fuerint, necnon quadraginta marcas denariorum Colonienſium, tribus hallenſibus bonis | et legalibus pro unoquoque denario taxatis, poſt ſuum obitum Religioſis viris dominis. Abbati | Priori, et Conventui Monaſterii Eberbacenſis, legauit et contulit pre omnibus ſuis here|dibus cunctisque hominibus poſſidendas ſeu eadem optinendas. dictusque Jacobus borgavit | id eſt ſub cautione judiciaria que borgen vulgariter dicitur ſe aſtrinxit, quod predictam | legacionem et donationem ratam teneat et obſervet. Preterea idem Jacobus ſpecialiter | hoc borgavit quod premiſſam legationem donationem et teſtamentariam ordinacionem, ſingulis | annis innovet prefatis fratribus et conuentui, quemadmodum eſt premiſſum. Actum | preſentibus et atteſtantibus Jacobo de pomerio ſententiam proferente, Gerhardo dicto milde, | Thilmanno Piſcatore, Symone, Johanne dicto Duſinthertze, Friderico Piſcatore, Herbordo dicto Velkenere, Jacobo Oleario et Cûnrado . . manuſidelibus ſive teſtibus | civibus Moguntinis. Anno domini M°. CC°. XC°. VII. feria ſecunda poſt nativitatem beate Marie virginis | proxima, dictusque iudex atque cives premiſſa univerſa et ſingula coram ſe rite fuiſſe | peracta ſub profeſſione juramenti ſui prout honeſtus vir, heinricus sculthetus moguntinus | judicio in celebracione reipublice que uz-

geltdendink vulgariter dicitur feria quinta poſt | purificacionem beate Marie virginis preſidens, rite monuit et ab eiſdem conſuetudinarie | inquiſivit, poſtmodum in pleno conſiſtorio judiciario ubi cauſe tractantur in figura | judicii, publice recitavit, preſentibus et aſſiſtentibus Jacobo, Johanne et Craftone judi|cibus, E. de Mocla. C. de Cacuba, Karulo et Hoftone advocatis, necnon Budellis Civi|bus Moguntinis. Anno domini M°. CC°. XC°. VIII°. feria quinta poſt feſtum purificacionis beate Marie.

Ungeſiegelt.

---

550. König Albrecht erneuert die Privilegien des Kl. Eberbach.

1298, *Septemb. 13.*

Orig. Urk. im Landesarchiv zu Idstein.

Albertus dei gracia Romanorum Rex ſemper auguſtus. Univerſis sacri Romani Imperii fidelibus preſentes litteras inſpecturis Graciam ſuam et omne bonum. Accedentes preſenciam | noſtram honorabiles et Religioſi viri abbas et conventus monaſterii de Eberbach Cyſterc. ordinis devoti noſtri dilecti. Privilegium quondam sereniſſimi | domini Rudolfi Romanorum regis Genitoris noſtri kariſſimi diue recordacionis non abolitum, non cancellatum, nec in aliqua parte ſui viciatum, nobis oſtende|runt, petentes humiliter ut illud ipſis innovare et confirmare, de noſtra gratia dignaremur. Cuius quidem privilegii tenor incipit per omnia in hec verba . . Rudolfus Dei gracia &c. (wie oben p. 216). Regni vero noſtri anno primo. | Nos igitur deuotis precibus abbatis et conuentus predicti monaſterii fauorabiliter inclinati predictum pri-

Digitized by Google

uilegium et omnia in eo contenta innouamus | approbamus et preſentis ſcripti patrocinio confirmamus. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtre innouacionis, approbacionis et confirmacionis | infringere vel ei in aliquo auſu temerario contraire. Quod qui forſitan attentare preſumpſerit gravem noſtre indignationis offenſam ſe nouerit in|curſurum. In cuius rei teſtimonium et perpetui roboris firmamentum preſens ſcriptum exinde conſcribi et maieſtatis noſtre sigillo iuſſimus com|muniri. Datum apud Holtzchirchen. Idus Septembr. Indictione XIa. Anno domini Milleſimo. Ducenteſimo. Nonageſimo. octavo. Regni vero noſtri | Anno primo.

Das an roth seidenen Schnüren hängende Siegel ist in drei Stücke zerbrochen.

Ein im Uebrigen wörtlich gleichlautendes Duplicat gibt als Transsumpt den Brief Rudolfs d. d. Nurinberch XV. kal. Jan. 1274. — Datum apud Holtzchirchen Idus Septembr. &c. wie oben. — Das diesem Duplikat an roth seidener Schnur anhangende Siegel hat mehrere Sprünge und ist durch Schnurstreifen zusammengehalten.

551. Philipp von Bolanden entbindet die Güter Sybodos von Smideburch von ihrem bisherigen Lehnverhältniss.

1299, *April 20.*

Ocul. Mem. II. fol. LXXXI, b.

Nos Ph. dominus de bolandia. Tenore preſentium publice confitemur ac ad vniuerſorum noticiam preſens ſcriptum intuencium cupimus peruenire quod ad preces et instantiam Sybodonis militis de ſmideburch et amicorum ſuorum bona quaedam ſita in Guginheim que pater ipsius dns Lemmekinus et filii ſui de ſmideburch a nobis et nostris parentibus in

Digitized by Google

feodo tenuerunt pura et ſimplici donatione et in proprium vna cum conſenſu nostre collateralis et puerorum nostrorum libere conferimus et remittimus dicto ſibodoni omni arte mala et fraude exclusa. iure proprietario poſſidenda, literas preſentes ad ordinandum et diſponendum de eiſdem quod ſibi uiſum fuerit expedire. In cuius rei teſtimonium ſigillum nostrum preſentibus est appenſum. Actum et datum anno dni M°. CC°. XC°. IX°. XII°. kal. Maij.

---

552. Jacob zum Wetfelere in Mainz schenkt dem Kl. Eberbach seinen Hof in Mainz zur Abhaltung eines Jahrgedächtnisses.

1299, *Aug. 10.*

Orig. Urk. im Gr. G. Staatsarchiv zu Darmstadt.

Nos frater Johannes dictus abbas et Conuentus Monaſterii in Eberbach, ordinis Ciſtercienſis, Moguntine dyoceſis, tenore | preſencium recognoſcimus et ad vniuerſorum noticiam cupimus pervenire, quod cum Jacobus dictus zûme Wetfelere, | ciuis Moguntinus dilectus ac familiaris noſter amicus, predictam curiam zûme Wetfelere, pro ſue ac parentum ſuorum | animarum remedio, in vita et in morte optinendam noſtro monaſterio propter deum legauerit et donauerit in figura | ſecularis Judicii Moguntini ſub hac forma, quod ipſius Jacobi et Alheidis famule ſue. diem anniuerſarium in oc|taua paſchatis, de cenſu ſiue reditibus, qui de dicta Curia deriuari poterunt, refectionem ſeu pictantiam in re|fectorio noſtro generalem facere iugiter teneamur, cum miſſarum, vigiliarum ac oracionum ſollempniis, iuxta ordinis | noſtri conſuetudinem debitis et conſuetis. promittimus et promiſimus nos preſentibus firmiter obligantes,

Digitized by Google

quod ſi unquam | premiſſam refectionem ſeu pictanciam non dederimus termino prenotato, niſi infra Septimanam huiuſmodi ſoluerimus | ordinacionis teſtamentum, tuncque ad illum annum vel annos quo vel quibus predictam ſubtraxerimus refectionem, honorabiles | viri . . decanus et Capitulum Eccleſie ſancte Marie ad gradus Magunt. tollent et percipient, de predicte Curie cenſibus ſeu redditibus quatuor marcas, quarum duas ſibi ipſis ad preſenciam in die anniuerſarii predictorum faciendam, | cum miſſarum, vigiliarum ac oracionum ſollempniis reſeruabunt, reliquas duas marcas pro ſolacio faciendo, Conuentui noſtro predicto facient aſſignari. Inſuper in nos et noſtrum Monaſterium nomine pene eligimus ſpontanea | voluntate, quod ſi vnquam predictam Curiam a noſtri monaſterii poſſeſſione per vendicionem ſeu obligacionem alienauerimus | ex tunc ipſo facto, predicta Curia cum pertinenciis et juribus eius vniuerſis, ad . . decanum et Capitulum antedictos, | eo jure quo noſtro Cenobio legata fuerat et donata, ſine omni exceptione iuris canonici et ciuilis, libere deuoluetur. In quorum teſtimonium et memoriam firmiorem preſentes litteras, noſtro ac honorabilium dominorum . . decani et | Capituli preſcriptorum ſigillis, procurauimus roborari. Nos quoque antedicti . . decanus et Capitulum Eccleſie prenotate ſigillum noſtrum in teſtimonium premiſſorum duximus preſentibus apponendum. Datum anno M⁰. CC⁰. XC⁰. IX⁰. In | feſto beati Laurencii martyris.

Das Siegel enthält nur noch die Figur des Abtes, im Felde jederseits eine Lilie, und die Umschrift: Sigillum. Das Siegel der Kirche Mariengreden, eine auf dem Throne sitzende Muttergottes mit dem Jesukinde, enthält nur noch die Umschrift: . . . E MARIE AD GRADVS MOGVNT.

Nachtrag. *)

553. Ditmar von Luden macht dem Kl. Eberbach sein Gut in Ludin zum Geschenk.

1150.

Ocul. Mem. II, fol. XC, 1.

In nomine sce et ind. trinitatis. Heinricus diuina fauente clementia maguntine sedis archiepiscopus. Notum sit omnibus tam futuri quam presentis eui Christi fidelibus qualiter quidam Ditmarus de Luden pro eterne uisione pacis ad terrestrem ierusalem peregre proficiscens. quoddam predium suum in Ludin cum assensu heredum suorum. per manum Marquardi de Gamenburch beate Marie in Eberbach ad usum fratrum ibidem deo famulantium pro remedio anime sue ea tradidit condicione ut proles sua quam diuersam quidem sed coheredem de

*) Im Verlaufe des Drucks sind noch einzelne Urkunden zum Vorschein gekommen, die wir hier nachträglich anreihen. Gleichzeitig benutzen wir diesen Nachtrag, um diejenigen, nur im Archival-Auszuge annoch vorhandenen Klosterurkunden des 12. und 13. Jahrhunderts hier anzufügen, die für die Ortsgeschichte von irgend einer Erheblichkeit zu sein schienen, sodass hiermit das ganze urkundlich vorhandene Material für jenen Zeitraum dem Forscher vollständig vorliegt.

Digitized by Google

duabus uxoribus habuit predium illud equaliter diuiſum ad terminum uite ſue poſſideret. et ſingulis annis cenſum quatuor ſolidorum predicte ecclesie fratribus inde perſolueret. Si autem pars una prolis uniuerſe carniſ uiam ingrederetur, altera totum in predicta condicione illud poſſideret. Et ſi utraque pars prolis ab hac lacrimarum valle migraret predicti fratres in Eberbach in uſum ſuum integraliter illud redigerent. Vt igitur hec traditio rata et inconuulſa omnino permaneat hanc cartam fieri et impreſſione ſigilli mei precepi inſigniri illud incunctanter annectens quod ſiquis auſu temerario hoc pietatis opus caſſare aut infringere temptauerit anathematis uinculo ſe ſciat innodatum et niſi reſipuerit inexpiabili pena eternaliter cruciandum. Huius rei teſtes ſunt Hermannus maior prepositus. et Ar. prepoſitus ſci Petri et alii quamplures. Acta sunt hec anno dnce incarnationis. M°. C°. L°. Indictione XIII. Regnante gloriosiſſimo rege Cůnrado.

---

554. Das Kl. Eberbach befreit seinen Hof Haselach von der Vogtei Ruperts von Eschelbruchen.

1188.

Ocul. Mem. II, fol. XLI, a.

In dei nomine. Arnoldus humilis abbas fratrum in Eberbach. Vt per longeuitatem temporum non aboleatur memoria rerum geſtarum. per preſens ſcriptum noticie tranſmittimus vniuerſorum pro tempore conſtitutorum quod cum dominus Růpertus de Eſchelbruchen importune nimis ecclesiam nostram uexaret in aduocatia nostre curtis Haselach que ſibi pertinebat ad multam peticionem ſuam inducti pro reſtauro et pro perpetua li-

Digitized by Google

beratione memorate aduocatie comparauimuſ eidem quoddam predium a quodam Dipoldo quod ſitum eſt in Eſchelbrucken et uulgo dicitur dirchirwilre. Idem predium eo tempore habuit acceptum magiſ et gratum. quam omnem fructum de curte nostra Haſelach ſibi prouenturum. Hec compoſicio et bonorum tranſmutatio facta eſt coram honeſtis uiris et teſtibus quorum nomina habemus. Quod autem tam ſollempniter percelebratum eſt. aliquatenuſ in irritum ne reuocetur. ex conſenſu partiſ utriuſque ſigilli ecclesie nostre impreſſione communitur. Acta ſunt hec anno dnce incarnac. M°. C°. LXXXVIII°.

[43.] Eberhard Waro's Schenkung eines Waldes bei Haselach an das Kl. Eberbach.

1189.

Orig. Urk. im Landesarchiv zu Idstein.*)

C: IN NOMINE SCE ET INDIVIDVE TRINITATIS. C. DEI GR. MOGVNTINE SEDIS ARCHIEPS. SABINENSIS EPS. | Quoniam religioſorum omnium nostre uiridictioni ſubiacencium pacem et commoditatem debito fauore et feruore proſequimur. equum | eſt ante omnia et rationi conſentaneum ut eberbacenſium negociiſ. quos ſpeciali prerogatiua amoriſ amplectimur. accuracius | jnuigilare cogitemus. Nouerint igitur fideles uniuerſi tam preſenteſ quam futuri. quod eberhardus cognomento waro | Aſſenſu filii ſui eberhardi. et filie Adelhei-

*) Die oben B. I. p. 89 aus dem Archivalauszug entnommene Urkunde wird hier aus der zwischenzeitlich aufgefundenen Urschrift wiederholt.

Digitized by Google

dif. necnon fororif ſue agnetif et ceterorum heredum. intuitu mer|cedis eterne eberbacenſi cenobio huiusmodi donationem de proprio predio ſuo ſollempniter et legitime contulerit. ut fratres | grangie haſelach nemore ipſius quod fulenbruch dicitur. deincepſ in omne tempus libere ac licenter utantur. Quantum | uidelicet cottidiana uectura duorum plauſtrorum euntium et redeuntium educere poterunt pro exigentia neceſſitatiſ et com|moditatiſ in uſus ſuos redigere ac tranſferre non dubitent. Si uero quis ex heredibus ei ſuccedentibus inpoſterum do|nationi huic quod tamen nullatenus ſuſpicatur per infidioſam et jniurioſam calumpniam obuiare vel reclamare preſumpſerit mona ſterio eidem. L. marcaſ tradat. et fratres ab huius rei proprietate deſiſtent. — Teſtes huius negocii ſunt Cvno de Mincenberg | Rvbertus filius eius. Eberhardus de dorenburc. Arnoidus Rufus et eberhardus filius eius. Eberhardus et Cûnradus clerici fratreſ arnoldi rufi. Conradus | et eberhardus filii keſegini. | Ortwinus de Geraha. Thiemo de dornheim. Wolframus ſcultetus de frankeneford. Marcquardus de bvnecheſheim | Henricus de burneheim. Conradus de ruhenheim. Eberhardus de dornburc clericus. Nequiſ igitur per uiolationem huius facti anathema gehennamque mereatur | preſentem paginam ad cautelam et tutelam firmiorem auctoritatis nostre ſigillo conſignare curauimus. Acta ſunt hec anno dominice jncarnacionis | M⁰. C⁰. LXXXIX⁰. Indictione VIIa.

An grün und röthlicher seidener Schnur hängt unversehrt das Siegel des Ausstellers. Umschrift:

† CHVNRAD'DI GRA SABINENSIS EPC. MAGVNTINE SEDIS ARCHIEPC.

Digitized by Google

555. Das Kl. Altenmünster in Mainz wird in einem Gutsverkauf vom Kl. Eberbach schadlos gehalten.

1191, *Aug. 23.*

Ocul. Mem. II., fol. LXVIII.

In nom. ſce et indiu. trinitatis. Ego Sophia per diuinam misericordiam abbatiſſa ueteriſ monaſterii in Moguntia. Pagine preſentis atteſtacione conſtare uolumus tam futuris quam preſentibus vniuerſis Chriſti fidelibus quod cum noſ et ecclesia nostra uidelicet uetus monaſterium inter uineta uenerabilium fratrum eberbacenſis cenobii iuxta curtim ſuam hunreberg in medio montiſ illius decliuio in loco qui uulgariter helde nuncupatur. tria iugera uinearum titulo proprietatis poſſidemus quidam homines eadem iugera de manu nostra hereditario iure poſſederunt. et annuum inde nobis et ecclesie nostre cenſum ſoluerunt. Contigit autem uirum unum ad quem ipsa iugera hereditarie defluxerant. quoddam predium ſuum prefatis fratribus uendere. quibus et predicta nostra iugera nobis inſciis et inconſultis uendidit aſſerens illa ſuo attinere predio. Verum ubi taliſ uendicio et iactura quam in hac parte ſuſtinuimus nobis innotuit. Fratres super hoc conuenimus qui ſtatim utpote filii pacis quietem querentes et non ſolum ſue ſed et nostre ſaluti prouidere uolentes nobis et ecclesie nostre in reſtaurum treſ marcaſ argenti ſoluerunt et de bona uoluntate nostra et ex nostra conceſſione et eccleſie nostre memorata iugera sibi et ecclesie sue libera proprietate imperpetuum obtinuerunt. Vt autem inter eberbacenses fratres et nostram ecclesiam factum hoc rati habicione perhenniter gaudeat et inconuulſum permaneat paginam iſtam ſuper hoc conſcribi et teſtibus annotatis. ſigilli nostri im-

Digitized by Google

preſſione communiri fecimus. Acta sunt hec anno dnce incarnac. M⁰. C⁰. XC⁰. I⁰. Indict. VIIIa. X⁰. kal. Septembr.

---

556. Elysa, verwittwete Gräfin v. Schowenburg, macht dem Kl. Eberbach ihr Gut bei Ober-Hadamar zum Geschenk.

1197.

Ocul. Mem. II. fol. XCI.

Ego Elyſa comitiſſa dicta de ſchowenburg. Ad noticiam vniuerſorum deducere ſcripto preſenti cupio qualiter in remedium domini et mariti mei pie memorie comitiſ Růperti et anime mee parentumque meorum predium meum uidelicet pratum in ſuperiori hademar ſitum ecclesie beate virginis in Eberbach cum omni integritate qua ego poſſederam libere contradidi ita tamen quod ecclesiam predictam oportebat in redemptionem eiuſdem prati domino Heinrico de Derne cui fuit obligatum dare IX. marcas et alias duas et fertonem in decime redemptionem. In euidenciam igitur huius facti et habundantem in poſterum cautelam preſentem paginam conſcribi et ſigillo meo feci communiri. Actum anno dnce incarnacionis. M⁰. C⁰. XC⁰. VII⁰. apud portam eberbacensem Preſentibus multis honeſtis et autenticis perſonis.

---

557. Conrad, Propst zu S. Victor in Mainz, befreit die Eberbacher Klosterbrüder von dem Fahrgeld bei der Rhein-Fähre zu Wizenouwe.

1207.

Ocul. Mem. II. fol. XLI, b.

C. dei gratia ſci Victoris in Moguntia preposi

tus et E. de Wizenouwa germanus ſuus. Vt ea que ad caſte deuocionis ſinceritate de ſaniori conſilio et nostra conniuentia peracta sunt perpetua atque inuiolabili gaudeant firmitate subſequentia digna memorie ſcripto curauimus commendare. Quoniam ſuper innoteſcimus pro tempore conſtitutis omnibus quoniam pro remedio anime patris nostri Dudonis et fratris nostri Dudonis fratribus de Eberbach hoc beneficium contulimus quod uidelicet fratres ipsorum de haſelach in naulo ſi quid uidebantur debere dare in eundo et redeundo trauſ uadum Reni vbi tranſnauigatio est vicina wizenouwe quoadviuimus ſicut pater noster dimittimus liberrimos. Preterea eos abſolutoſ proteſtamur in dimidia marca illa quam ſingulis annis quasi pro iure aduocatie de curticula in Wizenouwe homines nostri ſolebant extorquere. Et non ſolum iſtam uerum etiam curtem ipsorum in Lubenheim liberam de cetero profitemur ab omni nostra exactione. Inſuper contulimus eiſ duoſ iurnales agri conſulcatos agro Wizzelini ita quod tantum dimidium interiacet iuger. Huius facti nostri ſunt teſtes et conſcii quam plures. Data eſt hec confirmatio anno dominice incarn. M°. CC°. VII°. ab omnibus approbata et ſigillo nostro communita.

---

558. Ditwin von Eberbach und Christina, Eheleute, sichern dem Kl. Eberbach die Schenkung ihres Hauses.

1214.

Ocul. Mem. II, fol. XCI, b.

Wernherus dapifer. H. et Wi. ſculteti, ſcabini et vniuerſi limpurgenses. Quoniam ueritatem diſſiteri nec

Digitized by Google

audemus ſalua conſciencia noſtra nec debemus ideirco ad vniuerſorum noticiam peruenire cupimus qualiter frater Ditwinus de Eberbach et uxor ſua Chriſtina collecta manu domum ſuam et cetera que apud nos habuerunt libere et ſine contradictione in remedium animarum ſuarum ecclesie Eberbacenſi contulerunt nunciis ecclesie coram nobis eadem ſuſcipientibus et nobis inde iura conſuetudinaria perſoluentibus nobiſque banno nostro confirmantibus. Ceterum procedente tempore filia fratris D. cum marito ſuo cepit ſuper eiſdem bonis prefatam impetere ecclesiam. Nobiſ itaque ſententiantibus prefati actores in ſua causa ceciderunt et ecclesie ſua adiudicata ſunt bona pacifice poſſidenda. Vniuerſis igitur malignatoribus deinceps viam huiusmodi machinationis precludere uolentes paginam preſentem conſcribi et ſigillo nostro fecimus communiri. Actum domin. incarn. anno M°. CC°. XIIII°.

---

359. Das Kl. Selegenstat überlässt seine Mühle in Ober-Hadamar an das Kl. Eberbach.

1215.

Ocul. Mem. II. fol. XCII, a.

In nom. ſce et indiv. trinit. Albertus dei gratia abbas G. prior et totus conuentus de lacu imperpetuum Nouerit tam preſens quam ſucceſſura poſteritas quod conuentus ſanctimonialium in loco qui dicitur ſelegenſtat qui ſub nostro est regimine poſſedit molendinum in ſuperiori Hademar quod propter remocionem et diſtanciam locorum frequentare non poterant et ſuis uſibus ad plenum mancipare. Placuit ergo eis quod de communi conſenſu et nostro conſilio fratribus in Eberbach prefatum

Digitized by Google

molendinum contradiderunt in hereditariam et perpetuam poſſeſſionem, ita ut annuatim ſibi a predictis fratribus in feſto ſci Remigii. XII. maldra ſiliginis limpurgensis menſure et in die. ſci Stephani. XII. denarii colon. ex hoc perſoluantur hoc memoriter appoſito quod prefata annona non de emolumento ſed de communi granario perſoluetur. Vt autem hec rata et inconuulſa permaneant preſentem ſcedulam inde conſcriptam tam nostri ſigilli quam ipsius ecclesie in Eberbach impreſſione muniuimus. Acta sunt hec anno verbi incarnati. M°. CC°. XV°. Teſtes huius rei sunt tam de lacu quam de Eberbach quam plures.

---

560. Ein auf dem Hof Steinheim ruhender Zins wird abgelöst.

1217.

Ocul. Mem. II. fol. LXXI, b.

Frater Theobaldus abbas et vniuerſum in Eberbach capitulum. Notum ſit omnibus hoc ſcriptum intellecturis quod curia nostra in Steinheim quandoque fuit obligata Hugoni militi de Loriche in annuo cenſu. XIIII. vnciarum. Mediante uero prudentia bonorum uirorum ab hoc cenſu liberata est eo tamen pretextu quod iam dictus miles in manuſ dni Sifridi Moguntini archiepiscopi a quo prefatum cenſum tenuit in feodo ius ſuum libere reſignauit et archiepiscopus grangiam libertate et huius cenſus donauit immunitate ſepedicto H. de ſuo predio iam dictum cenſum archiepiſcopatui reſtaurante in quod predium archiepiscopus de reliquo haberet respectum. Cum itaque ſecundum formam prenominatam cum milite ſubſcripto fuiſſet contractum. pactio. XII.

Digitized by Google

marcarum interuenit. Quas cum ipsi essemus assignaturi mutuo accepimus ab ecclesia quinque et a quodam familiare custodis Gerardi VII. marcas eo tamen mediante condicto. quod ad solutionem VII. marcarum primo et V. marcarum secundo pretaxate XIIII. uncie curtis in Steinheim sunt deputate usque ad integram. XII. marcarum solucionem et deinceps libera erit grangia et immvnis ab omni solucione census. Vt hoc igitur factum debitam apud successores et posteros nostros sorciatur firmitatem hanc paginam nostri sigilli communiuimus appensione. Actum anno dom. incarnac. M°. CC°. XVII°. quo et primi fructus sunt de curte percepte.

---

561. Das Kl. Eberbach erwirbt eine Wiese bei Ober-Hadamar.

1217.

Ocul. Mem. II. fol. XCI. a.

In nom. sce et indiu. trinit. Hermannus comes de uirneburg et uxor eius Luckardis. Rationis exigit debitum. ut eorum per omnia prouideatur indempnitati a quibus eterne felicitatis lucrum expectatur. Cuius rei gratia ad memoriam vniuersorum deducere studuimus. qualiter ecclesia eberbacensis pratum in superiori Hademar situm quod ei nomine elemosine et domina nostra Elysa comitissa de schowenburg et nos contulimus non simpliciter et sine dampno suo optinuit. Siquidem ecclesia a domino H. de Derne. IX. marcis et alias duabus, et fertone. It. alias VII. marcas in redemptionem et quietam possessionem suam liberauit. Vt igitur malignantibus omnis uia et occasio malignandi precludatur scriptum presens nostro sigillo communiuimus nullo super hoc causante quia alias eis literas super eodem facto de-

Digitized by Google

dimus. cum id de induſtria ſit actum et ſine ueritatis neglectu. Actum anno dominice incarnat. M⁰. CC⁰. XVII⁰. mediante et omnia in pace componente cognato nostro Rovzmanno de Yſenburg et fratribus ecclesie Anſelmo magistro de Hademar et fratre Francone.

---

562. Beilegung eines Streits zwischen dem Kl. Eberbach und Ruthger von Sleide, Ritter.

1217.

Ocul. mem. II, fol. XCII, a.

Gerhardus de Ditſe comes. Notum ſit omnibus hoc ſcriptum intellecturis qualiter dns Theobaldus abbas eberbacensis coram iudicio meo Rechenvorſt cauſam quam habuit aduersus Ruthgerum militem de Sleide ſuper bonis auunculi ſui Gumberti ita euicit quod nec ipsi R. nec alicui heredum ſuorum ſuper eiſdem bonis de cetero reſpondere tenebitur. ſed quiete et ſine omni grauamine ecclesia eberbacensis ea poſſidebit beneficio pacis quam ei in bonis iamdictis feci perpetuo gauiſuri. Vt hoc igitur ratum permaneat et inconuulſum ſigillo meo preſentem paginam coram nonnullis teſtibus communiui. Actum anno dominice incarnat. M⁰. CC⁰. XVII⁰. tempore quo ego Gerhardus comes tranſfretaturus meis valedixi.

---

563. Herm. Worstinc und Christina, Eheleute, vermachen ihr ganzes Vermögen an das Kl. Eberbach.

1217, *April 13.*

Ocul. Mem. II. fol. XCII, a.

Gerhardus comes de ditſe. Eiſ a quibus compo-

Digitized by Google

ſitionem pacis eterne expectamus temporalis pacis beneficio teneor prouidere. Ad memoriam igitur vniuerſorum deducere curaui qualiter Hermannus Worſtinc et uxor eius Chriſtina coram iudicio meo multis honeſtis uiris preſentibus vniuerſa bona que poſſederant eberbacenſi ecclesie manu collecta in remedium animarum ſuarum libere et ſine omni contradictione contulerunt. Ad deuitandam igitur omnem huius facti calumpniam preſentem paginam conſcribi et ſigilli mei impreſſione roborare decreui. Datum aput Ditſe anno incarn. dominice M°. CC°. XVII°. Idus April.

---

564. Das vorstehende Vermächtniss wird gerichtlich bestätigt.

Gerhardus comes de ditſe. Confiteor et in ueritate que deus est pro ecclesia eberbacensi teſtificor quod Hermannus Wrſtinc et vxor eius Christina collecta manu et ſemetipſos et vniuerſa bona ſua apud Rechinforſt in iudicio meo ecclesie eberbacensi contulerunt ſine omni contradictione ſeu excepcione et ecclesia eadem bona mediante mea manu recepit et in quieta poſſeſſione pluribus annis uſque ad obitum iam dicte matrone Chriſtine tenuit. Vt igitur indubitata fides meo adhibeatur teſtimonio preſens inde conſcriptum ſigillo meo communiui.

---

565. Hugo von Lorche, Ritter, gewährt dem Hof Steinheim Entschädigung.

***1217**, Mai 12.*

Ocul. Mem. II. fol. LXXI, a.

S. dei gratia ſce Maguntine ſedis archiepiscopus

Digitized by Google

vniuerſis Chriſti fidelibus hec ſcripta niſuris in ſalutis auctore ſalutem. Eiſ que pietati racionabili et pia deuocione contingunt ſcriptoris expedit euidentiam adhiberi. que res actas humane noticie repreſentant et a ſecutura in poſterum cauillatione tuentur. Eapropter vniuerſitas ueſtra norit quod cum Hugo miles de Lorche a venerabili predeceſſore nostro . C. felicis memorie quondam Archiepiscopo maguntino quatuordecim vncias ex grangia ſteinheim eberbacensi ecclesie in feodo tenuerit annuatim ipse recolens quod per eum leſa fuiſſet ecclesia variis detrimentis ad honorem domini et piiſſime eius (matris) quam ſic ſe nouerat offendiſſe eius famulos in predicta ecclesia moleſtando. feodum memoratum in manus nostras reſignans deuote petiit et optinuit libere conferri ecclesie ſepedicte. In recompenſacionem quoque huius feodi uineam quandam in Lorche que kegiriſtal dicitur ſibi proprietatis titulo pertinentem nec peticionem debentem nec cenſum ad totidem vncias cenſualem efficiens a nobis eſt infeodatus eadem. Ne igitur factum huiusmodi temeritate cuiusquam aut verſucia proceſſu temporis ualeat impediri per ſcriptum ſigilli nostri munimine roboratum illud firmauimus et perpetuam ei dedimus firmitatem ſub interminacione anathematis prohibentes ne quiſ eidem temere contraire preſumat. Quod ſiquis attemptauerit indignacionem omnipotentis dei et excommunicacionis nostre ſententiam ſe nouerit incurſurum. Teſtes huius facti quam plures fuerunt. Acta ſunt hec anno dominice incarnat. M⁰. CC⁰. XVII⁰. Datum Maguntie IIII. Idus Maij. Pontificatus nostri anno XVI⁰.

Digitized by Google

566. Sifrid, Erzbischof von Mainz, schenkt dem Kl. Eberbach einen Mühlenplatz bei Ketterke.

1218, März 8.

Ocul. Mem. II. fol. CII, a.

In nom. ſce et indiu. trinit. Sifridus dei gratia ſce maguntine ſedis Archiepiſcopus. Rerum gestarum ſeries ſi ſcripto fuerit et teſtibus roborata et obliuionem effugit et in ſe non patitur ſcrupulum cauillationis oriri. Tenore ergo preſentium cunctis fieri uolumus manifeſtum quod nos honeſtatem religionis quam modis omnibus propagare tenemur in eberbacensi ecclesia intuentes fratribus ibidem domino famulantibus pro anime nostre remedio iure hereditario donauimus quendam ſitum molendinarem curti nostre Eberbach attinentem in uia que uersus Ketherke ducit ab alta uilla et ut cenobium recognoſcat fundum molendinum ſe ab ecclesia Maguntina tenere, duos nobis ſingulis annis denarios ſtatuimus inde perſolui. Paginam hanc ſigilli nostri robore munientes. Sub interminatione igitur anathematis inhibemus ne ulla ecclesiastica ſecularisue perſona preſumat eidem auſu temerario contraire. Quod ſiquis attemptauerit indignacionem omnipotentis dei et beatorum Petri et Pauli apostolorum eius. beati Martini et excommunicacionis nostre ſententiam ſe nouerit incurſurum. Teſtes fuere nonnulli. Actum et datum Maguntie. VIII. Id. Marcii. anno incarnac. dni. M°. CC°. XVIII°. Pontific. nostri anno ſeptimodecimo.

Digitized by Google

567. Gregor, Abt von Laach, bestätigt den Vertrag über die Klostermühle zu Ober-Hadamar.

1218, *Sept. 14.*

Ocul. Mem. II. fol. XCII, a.

Gregorius permiſſione diuina humilis abbas de lacu. Quoniam nostri est officii anteceſſorum nostrorum rationabilibus et ſacroſanctis geſtis robur impendere contractum ſollempnem qui celebratus eſt inter filiam nostram ſeligenſtadensem et eberbacensem ecclesias ſuper molendino in ſuperiori Hademar. ſicut ab anteceſſore nostro dno A. pie memorie quondam abbate de lacu confirmatus est ratum inuiolabiliter habemus et pro XII. maldris et totidem denariis colon. inde ſeligenſtadenſi ecclesie ſingulis anniſ imperpetuum perſoluendis eberbacensi ecclesie ſcripto preſenti confirmamus et ſigilli nostri impreſſione. Datum apud Lacum anno dnce incarnac. M°. CC°. XVIII°. in exaltat. ſce crucis.

---

568. Conrad von Steinaha bestätigt die Schenkung Eberh. Waros an das Kl. Eberbach.

1219, *Nov. 26.*

Ocul. Mem. fol. XLIIII, a.

H. ſcultetus. R. aduocatus ceterique iudices et ciues in Frankenuort. Quoniam ueritati falſitas et uiuaci memorie ceca obliuio ſolent nouercari. literarum teſtimonio ſane committitur. quicquid rati habitione dignum fore cenſetur. Nos igitur preſentium teſtimonio literarum tam futuris quam preſentibus innoteſcere cupimus quod dns Cůnradus de Steinaha donacioni quam fecerat ſocer ſuus dns E. waro beate Marie in Eberbach in

Digitized by Google

Hasela ch sito, assensum pro se et uxore sua Adelheidi apposuit immo liberaliter manu sua in manum abbatis .. eberbacensis in claustro illo Frankenvort contradidit. Ad maiorem igitur huius facti euidenciam presentem cedulam conscribi et sigillo ciuitatis cum testium annotacione fecimus communiri. Acta sunt hec anno dnce incarnac. M°. CC°. XIX°. VI°. kal. Decembr.

---

569. Engelbert, Erzbischof von Köln, verzichtet zu Gunsten des Kl. Eberbach auf seine Ansprüche an die Rheinaue Varewert.

1221, *Mai 26.*

Ocul. Mem. II, fol. XXXV, a.

Egelhardns *) dei gratia coloniensis Archiepiscopus dilectis in Christo filiis abbati et conuentui in Eberbach salutem et omne bonum. Proposita coram prelatis nostris questione que inter nos et ecclesiam uestram uertebatur de insula in Gimmensheim nominata varewert ad eorum consilium et consensum concedimus uobis ut in possessione eiusdem insule sicut hactenus possedistis. liberi et sine omni contradictione a nobis et a nostris permaneatis. et nequis de cetero uos in ea grauare presumat in aliquo scripti nostri attestacione et sigilli impressione donationem ipsam uobis confirmamus. Datum apud Coloniam. Pontificatus nostri anno sexto VII°. kal. Junij.

*) Der Archivalauszug irrt im Namen, was übrigens auch an anderen Stellen vorkommt. So heisst z. B. Abt Sigehard v. Lorsch (B. I. p. 94) bei ihm Gerhardus. Ueber die bezüglichen Verhandlungen mit der Kölnischen Kirche vgl. Bär Dipl. Gesch. d. Abt. Eberb. B. I. (1855) S. 513.

Digitized by Google

570. Ditwins von Eberbach Schenkung an das Kl. Eberbach wird angefochten.

1224, *Juli 25.*

Ocul. Mem. fol. XCI, b.

Wigandus dapifer. Emecho. Egenolfus ſculteti. Scabini et vniuerſi limpurgenses. Notum ſit omnibus hoc ſcriptum intuentibus quod cum Gerdrudis filia fratris Ditwini de eberbach fratres eiuſdem ecclesie ſuper quadam domo aliisque poſſeſſionibus in Limpurg ſitis que predictus Ditwinus ecclesie contulerat traxiſſet in causam. pars utraque coram nobis comparuit Cumque ſecundum quod nobis iuſticia dictauit in causa proceſſiſſemus predicta Gerdrudis in cauſa ſua cecidit atque bona predicta ecclesie ſunt per ſententiam adiudicata pacifice poſſidenda. Ne igitur predicta Gertrudiſ vel aliquis heredum ipsius predictam ecclesiam in ipsis bonis poſſit grauare hanc paginam ſigillo ecclesie limpurgensis fecimus communiri quia proprio ſigillo caruimus. Actum anno dni M⁰. CC⁰. XX⁰. IIII⁰. VIII. kal. Augusti.

---

571. Weitere Verhandlungen in obigem Process.

Judices ſce maguntine ſedis delegati uniuerſis hoc ſcriptum inſpecturis. Notum esse cupimus quod Ditwinus conuersus eberbacensis cum quibusdam confratribus ſuis coram nobis in iudicio comparens ad memoriam nobis reuocauit quandam causam filie ſue Gertrudis que ſe intromiſerat de quibusdam poſſeſſionibus ſuis requirendis. quas ipse D. ecclesie eberbacensi contulerat. Confeſſus itaque eſt coram nobis idem Ditw. sicut in iudicio Limpurg. quod predicta G. non esset filia ſua legittima.

Digitized by Google

vnde ſententia requiſita dictauit quod eadem mulier nichil iuris haberet in poſſeſſionibus ſepedicti . D. requirendis quia eius heres non esset. Super hoc preſentem paginulam conſcribi et ſigillo nostro fecimus corroborari.

---

572. Rechtsspruch in obiger Sache.

***1225**, Febr. 18.*

Ocul. Mem. II. fol. XCI, b.

Jvdices ſce maguntine ſedis Simplici veritati nostrum conuenit adeſſe teſtimonium. Vnde notum facimus omnibus hoc ſcriptum intuentibus quod cum Gertrudis filia Ditwini conuerſi de Eberbach fratres eiuſdem ecclesie traxiſſet in cauſam ſuper quibusdam poſſeſſionibus in Limpurg ſitis. quas idem Ditwinus predicte ecclesie contulerat. Super quaſ etiam limpurgenses ſententia dederant confirmationem. Cumque fratres prenominate ecclesie cum aduerſa parte coram nobiſ comparuiſſent et de iusticia quam in ipsis bonis habebant plene confiderent. tamen de conſilio bonorum uirorum prefate Gertrudi XVIII. ſolidos colon. contulerunt ut ipsa et filius eius qui tunc preſens aderat tam pro ſe quam pro uiro ſuo et omnibus heredibus ſuis omni querimonie imperpetuum renuntiarent. Nequis igitur in ipsis bonis ecclesiam de cetero poſſit grauare hanc paginam ſigillo nostro et teſtibus ſubſcriptis communimus. Actum anno dni M°. CC°. XX°. V°. XII°. kal. Marcii.

Ocul. Mem. II, fol. XCII, a.

Notum ſit omnibus hanc cedulam inſpecturis Quod Gerdrudis filia Ditwini conuerſi in Eberbach effeſtucauit cum uiro ſuo Johanne domum quandam

Digitized by Google

cum tribus macellis ſitam apud Limpurg coram Anſelmo plebano ſce Brigide et coram aliis fidedignis.

[244.] Conrad, Cardinal-Legat, beſtätigt dem Kl. Eberbach das Märkerrecht in den rheingauiſchen Waldungen.

1225, *Decemb. 17.*

Orig. Urk. im Landesarchiv zu Idstein.*)

C. miſeratione diuina. Portuensis et ſce Ruffine episcopus. Apostolice sedis legatus. Dilectis in Chriſto.. Abbati et Conventui. | Everbacensi salutem in Christo Jhesv. Juſtis petentium deſideriis dignum eſt nos facilem prebere conſensum et | ea que a rationis tramite non diſcordant effectu proſequente complere. Eapropter dilecti in Chriſto vestris iuſtis | precibus inclinati donationem ſuper vſu ſiluarum monaſterio vestro circumquaque paſſim adiacentium vobis a | venerabili patre. Sifrido. Archiepiscopo Maguntino factam ſicut iuſte et rationabiliter est facta eam auctoritate legationis | qua fungimur confirmamus et preſentis ſcripti patrocinio communimus. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc | paginam nostre confirmationis infringere vel ei auſu temerario contraire. Siquis autem hoc attemptare pre|ſumpſerit indignationem omnipotentis dei et beatorum Petri et Pauli apostolorum eius ſe nouerit incurſurum. | Datum Maguntie XVI. kal. Januarij.

An röthlich und grün seidener Schnur hängt unversehrt das Siegel des Ausstellers in rothem Wachs. Umschrift:

† SIGILL'. CONRADI POR .... ET SCE RVFINE EPI.

---

*) Die oben B. I. p. 390 mitgetheilte Urkunde wird hier aus der Urschrift wiederholt.

Digitized by Google

[245.] Das klösterliche Märkerrecht wird von dem rheingauischen Haingericht anerkannt.

1226, Juli 13.

Orig. Urk. im Landesarchiv zu Idstein. *)

Frater Erkenbertus dictus Abbas in Euerbach Ad auferendam obliuionis caliginem cautum eſt uigorem | litterarum et uocem teſtium in cauſis rerum adhiberi. Sciant igitur uniuerſi Chriſti fideles quod milites et comprouincialeſ | de rinecouwe et de uillis circa monteſ ſitis iuxta grangiam nostram Mappen conuenientes de terminis ſiluarum | conferebant. Vbi per ſententiam est diffinitum quod nulli ville ſuper ligna nemoris confouenda bannum id est werholtz | liceat preter unum et hoc in terminis ſuis et que forte voluerit Adiacentes vero ville hoc de conſenſu et cooperacione | nostra et fratrum nostrorum hoc tenentur ſicut in autentico domini Archiepiſcopi Maguntini ſuper hoc dato manifeſte continetur. Nobis | eciam longe lateque per omnes ſiluas plenam recognouerunt communionem ſicud [1]) fuit ab antiquo Preterea de com|muni conſilio ſtatuerunt quod nulli penitus deinceps nouale liceat facere ſed que facta ſunt tali modo manere | permittantur. In euidenciam igitur huius rei teſtes qui facto huic interfuerunt ſubſecuntur. Conradus de rinberch | dapifer Archiepiscopi Bertholdus glime Engelfridus mancus et Fridericus de Hatternheim. Heinricus gallus | Conradus filius ſymonis Heinricus pittit Amilius de winkelo. Embrico grifenclouwe Miniſteriales. Si|boldus

*) Die oben B. 1. p. 391 mitgetheilte Urkunde wird hier aus der zwischenzeitlich entdeckten Urschrift wiederholt. [1]) sic!

Digitized by Google

ſculthetus de winkelo Hartungus de hatternheym. Wigandus de Euerbach Sifridus de altauilla ſcul|theti. Heinricus walpodo. De fratribus nostris Conradus grangiarius Gerardus et Embrico cellerarij. Franco Albertus | Heſſe. Giſelbertus Elfricus faber. Heinricus carbonarius. Acta ſunt hec Anno dni. M⁰. CC⁰. XX⁰. ſexto. In die ſancte | Margarethe.

Das Siegel des Abtes, ſitzendes Bild, in der Rechten den Stab, hängt ziemlich wohlerhalten an.

---

573. Der Klosterhof Breidenvas gewinnt einen Zuwachs.

1227.

Ocul. Mem. II. fol. LXXVI, a.

Wolframus de Lapide. Sicut uita hominis breuis eſt ſuper terra ita rerum geſtarum memoria nisi literis et uoci testium commendetur. Tenore ergo preſencium ad noticiam Chriſti fidelium uolumus peruenire quod nos pro recompenſatione debiti ſcilicet pro XIIII. marcis preter duos ſolidos et nouem maldris auene et quinque carratis hvnici uini quas grangie de Breidenuas ſoluere tenebamur contulimus ecclesie de Eberbach viginti octo iugera inculte terre. preterea duo pro remedio anime nostre. de quibus duodecim iugera ſita ſunt iuxta uiam de Weiterſheim. Item duo iugera et dimidium predictis conſulcata. Item quinque iugera iuxta agros ſci Ruberti. Item duo et dimidium illis contigua. Item duo et dimidium iuxta illa. Item duo ibidem ſita. It. quatuor iugera iuxta molendinum. Que omnia proprietaria eſſe dinoſcuntur nulli ſubiecta iuri uel cenſui preter ſolius decime ſolucionem. Cum igitur

Digitized by Google

ea essent agris fratrum de Breidenuas consulcata decreuimus fratri nostro et sororibus facto concambio alia pro eis assignare conferentes domino Everhardo de Trisse. et Petro de Elze X. iugera iuxta holewegen eque facta particione per eorum dispensatores. Cůnradum Rodelach sculthetum. Gerlacum de Weitersheim et matri Adelheidi et sorori eius Lucardi quinque iugera iuxta Hagene. It. X. iugera iuxta uiam de Windesse. It. tria iugera in Hannebach iuxta Wiczeburnefosse per dispensatorem eorum Cůnradum Rodelach sculthetum. Et domine Gůde de cella .XII. iugera iuxta Lapidem. It. duo iugera iuxta Sehe per suum dispensatorem Arnoldum sculthetum. Bona uero prenotata fratres de Eberbach repetant. et sine omni contradictione libere recipiant. si processu temporis in bonis sibi collatis contigerit eos impediri. Resignauimus itaque una cum fratre nostro et uxore .XXX. iugera suprascripta in manus dni Cůnradi cellerarii maioris. G. quondam cellerarii Wilhelmi scriptoris. fratris Meinardi Heinrici carpentarii et ipsi uice et nomine ecclesie sue susceperunt. Protestamur etiam uendicionem quam fecerunt quidam qui nobis hominio sunt astricti. ex nostra uoluntate et per manum nostram accidisse. In euidenciam igitur huius rei presentem paginam inde conscriptam sigilli nostri appensione roborauimus testes apponentes. Acta sunt hec anno uerbi incarnati M°. CC°. XX°. VII°. In procinctu peregrinationis nostre ad transfretandum assumende.

Digitized by Google

[192] Rechtsspruch über das klösterliche Eigenthumsrecht am Leheimer Meer.

—

1238, *Juni 26.*

Ocul. Mem. II., fol. XXXVI, a. *)

Bertholdus — — de dornheim [uicem gerens maioriſ prepositi maguntini.] In causa que uertitur — — ſuper alueo [in leheim] — — eberbacenſi ecclesie adiudicamus. Facta in taxacione — — in expenſis. [Actum anno dni M°.CC°.XXXVIII. ſexto Kal. Julii.]

574. Bertold Scue und Rupert von Struenburg versöhnen sich mit dem Kl. Eberbach.

—

1242, *im Jan.*

Orig. Urk. im Landesarchiv zu Idstein.

Berlewinus dictus zorno. Marſcalcus palatini comitiſ vniuerſis Chriſti fidelibus | preſenſ ſcriptum audituriſ in perpetuum, Conſtare vobiſ facimus quod dns Bertolduſ ſcue et filii eius vdo et rupertus de ſtruenburg renunciauerunt coram nobiſ omni actioni et omni querimonie que contra euerbacenſem ecclesiam habe|bant uel habere poterant racione cuiusdam gumpelmanni ſui hominis et ratione | poledri quem eidem Bertoldo quandoque promiſerat cellerarius eccleſie antedicte. | Promiſerunt etiam pariter in manus noſtraſ fide data quod nunquam deincepſ ſuper premiſſis | mouebunt

*) Der Archivalauszug enthält einige Vervollständigungen der oben B. I. p. 328 mitgetheilten Originalurkunde, die wir hier, in Klammern, nachtragen.

Digitized by Google

ecclesie queſtionem nec aliquam inferrent ei moleſtiam uel grauamen. Huius igitur rei teſtes Heinricus maior cellerarius. Cunradus monachus. Johannes aurifaber de euerbach. Ex militibus. Arnoldus de Luttre. Wernerus colſpenning de Limene. Burcardus de ſtruenburg. Herdegenus de Mannendal. Marquardus ruffus. Heinricus colſpenning et Arnoldus de Dibach et alii quam plures. Ad confirmationem itaque geſte rei ſigillum nostrum preſenti ſcripto | duximus apponendum. Actum Anno incarnationis dominice M°. CC°. XLII°. Menſe Januario. In caſtro ſtruenburg.

Das wohlerhalten anhängende Reitersiegel trägt die Umschrift:
† S. . DVC . . . . ONIS. DI GRATIA COMITIS . . . RHENI.

---

575. Der Hof Haselach wird von einer Jahrgült befreit.

1244, *Octob. 1.*

Ocul. Mem. II. fol. XLIII, a.

Eberhardus ſcultetus de Frankenvort. Cum relatione maiorum ueraciter intellexerimus fratres de Haselach quatuor maldra ſiliginis per aliquos annos de ſilua qui uulgo dicitur ſluctere minus iuſte dediſſe et ideo a domino Ruperto burcgrauio de Frideberg et Eberwino ſculteto anteceſſore meo de Frankenvort abſolutos et eos abſoluimus exactoribus predicte annone perpetuum ſilentium imponentes. Datum anno dni M°. CC°. XLIIII°. in feſto Remigii.

Digitized by Google

[223.] Giselbert von Wolveskelen, Ritter, verkauft dem Kl. Eberbach seine Güter bei Walheim.

1246, *März 28.*

Ocul. Mem. II. fol. LIII, b. *)

— exequetur. Teſtes autem sunt quam plures. In euidentiam igitur rerum gestarum una cum meo fratrisque mei gerhardi et alberti patrui mei nec non et patruelium meorum uidelicet heinrici et burchardi ſigillis preſentem feci paginam roborari. Ceterum ad habundantiorem cautelam speciale ſculteti de oppenheim nec non et eiuſdem ciuitatis ſigilla apponi procuraui. Ego Burchardus &c. Actum a. d. M°. CC°. XL°. VI°. Quinto Kal. April.

---

576. Frevelthaten gegen den Klosterhof Haselach werden in Frankfurt gebüsst.

1247.

Ocul. Mem. II, fol. XLIII.

Ditherus comes de kazzenelnbogen vniuerſis preſens ſcriptum inſpecturis ſalutem in omnium ſaluatore. Tenore preſentium proteſtamur quod cum Cůnradus. G. Ar. Gayſo. homines nostri propter quaſdam inſolencias aput Haselach curiam monaſterii Eberbacensis factas in Frankenvort captiui tenerentur ad petitionem conuentus eiuſdem monaſterii abſoluti coram ſculteto et vniuerſitate burgenſium de Frankenvort fide et preſtito iuramento omni actioni quam dicte inſolentie uel

---

*) Der Archivalauszug vervollständigt durch obigen Zusatz die oben B. I. p. 367 mitgetheilte Urkunde.

Digitized by Google

etiam qualibet occaſione contra monaſterium memoratum habere uidebantur plane per omnia renunciauerunt. Hoc nichilominus ſuper addito quod Ludewicus Hagelſtein. Wifridus. Gerhardus de Můda. et Cůnradus Neſegaſt. milites et caſtellani nostri de Vrberg nec non et Heinricus fide data promiſerunt quod predicti nostri homines curias prefati conuentus Haſelach videlicet, Leheim et Gebenborne nec in nostra preſencia de cetero non intrabunt nec aliquis ei per ſe uel per ſuos uerbo vel facto occulte vel manifeſte inferant moleſtiam nec grauamen. Alioquin ſi nota alicuius indignacionis contra eosdem fuerit comprobata dicti nostri caſtellani ciuitatem Frankenvort intrabunt donec eiuſdem ciuitatis burgenſibus centum marcas ſoluant inde nullatenus exituri. Ceterum ut tam amicabilis compoſitio firmius obtineat robur et mvnimen noſ contra prefate pacis uiolatores diſtrictius procedemus nec aliquam in nobis inuenient graciam ſatiſfactionis. In cuius rei euidentiam preſentem cedulam tam nostro quam ciuitatiſ Frankenfordensis ſigillis duximus roborandam. Teſtes quam plures. Actum anno dni M°. CC°. XL°. VII°.

---

577. Der Eheleute Wolfram und Agnes von Gundenburg Schadloshaltung für das Kl. Eberbach.

1248.

Ocul. Mem. II. fol. LXXVI, b.

Agnes de Gundenburg univerſis preſens ſcriptum inſpecturis ſalutem in omnium ſaluatore. Tenore preſentium proteſtor et recognoſco quod ego et Wolframus maritus meus decem jurnales agri ſeminalis ſitos

Digitized by Google

iuxta uiam que ducit Weiterſheim et quinque an der bundin ſitos monaſterio Eberbacensi tam in nostrarum remedium animarum quam in recompenſationem dampni ſibi per nos illati ſuper ablatione uidelicet porcorum ſuorum apud Breidenuas manu contulimus communicata iure perpetuo poſſidendos. Ne igitur monaſterium memoratum ſuper donatione premiſſa a quoquam hominum in poſterum ualeat moleſtari ſigillo meo feci preſentem cedulam roborari. Datum apud vallem ſce Marie anno dni M°. CC°. XLVIII°.

---

578. Wegen Frevelthaten gegen das Kl. Eberbach wird den Bewohnern von Münster eine Busse auferlegt.

1253, *Decemb. 13.*

Ocul. Mem. II, fol. LXXXI, a.

Judices ſce magunt. ſedis Tenore preſentium proteſtamur quod uniuerſitas uille in Munſtere iuxta pinguiam coram nobis tracta in causam ſuper exactione facta in poſſeſſiones fratrum eberbacensium ſitas in uilla eadem dictis fratribus intuliſſe iniuriam est confeſſa. Ad cuius emendam duas vncias in ſignum iniurie ipsis illate ſoluerunt promittentes nichilominus quod de cetero in prefatos fratres nullam exactionem faciant nisi commoniti de ipsorum voluntate procedat et nisi eorum bona a bonis vniuerſitatis uille ſi exactio euenerit facienda nequeant ſeparari. Datum anno dni M°. CC°. LIII°. Idus Decembr.

Digitized by Google

579. Das Kl. Arnestein verkauft sein Gut in Vrenkenvelt an das Kl. Eberbach.

1255, *im Juli.*

Ocul. Mem. II, fol. XXXIIII, a.

In nom. dni. Vniuerſis ad quorum noticiam litere iſte peruenerint. Ortwinus dei gratia abbas et conuentus monaſterii de Arneſtein ordinis premonſtratensis Treuerensis dyoces. ſalutem et orationes in Chriſto. Tenore preſentium publice proteſtamur et noſſe uolumus vniuerſos quod noſ de concordi conſenſu et unanimi uoluntate maxima neceſſitate compulſi predium nostrum in Vrenkenvelt prope Gerneſheim mogunt. dyoc. et vniuerſas poſſeſſiones ſiluas aquas prata et omnia iura eidem attinentia que nostra sunt propria et ad nostrum monaſterium pertinent pleno iure venerabilibus uiris Wal. abbati et conuentui monaſterii eberbacensis Cysterc. ord. Magunt. dyocesis vendidimus pro XL. marciſ denar. colon. quas nobiſ plene et integre perſoluerunt quaſ etiam noſ in vtilitatem monaſterii nostri duximus conuertendas. Promittimus etiam quod in boniſ predictiſ omnibus preſtabimus eiſ plenam warandiam per triennium quod nunc inſtat ita quod ſi aliquis in boniſ ipsiſ ius uel ſeruitutem aliquam aſſerat ſe habere nos eis hoc infra predictum terminum deponemus nostris laboribus et expenſis. Confitemur etiam quod de quodam manſo ſito in predicto predio ſolui debent quinque vncie wormaciensis monete nomine census annuatim monaſterio Lauriſſensi. In euidentiam huius contractus preſentem paginam inde conſcriptam ſigillis nostris uidelicet abbatis et ecclesie in arneſtein duximus roborandam. Actum anno dni M°. C°. LV°. Menſe Julio. Indict. XIIIa.

Digitized by Google

[333.] Gerhard, Pfarrer zu Hohenstat, setzt das Kl. Eberbach zu seinem Erben ein.

1258, *April 28.*

Orig. Urk. im Landesarchiv zu Idstein. *)

[— Kal. Maij.] preſentibus viris probi set idoneis vi|delicet Heinrico paſtore ſci Petri et Heinrico plebano de Flache et Mathia plebano de Neſene | clericis et Hermanno fratre meo et Angnete uxore eius et Hermanno et Gerdrudi pueris eius laicis | conſentientibus et dictam legationem conſulentibus et Ottone et Winando militibus et aliis quampluribus | audientibus et uidentibus. ſi poſſum et uixero aucmentabo elemoſinam.

An Pergamentstreifen hängen die Siegel der beiden Grafen von Dies:

1. S . . . . RARDI COMI . . DIT . . .
2. — INRICI COMITIS DE W . . NOWE, *und des Testators*
3. S. GERHARDI . . . . .

580. Philipp von Valkenstein verkauft dem Kl. Eberbach seine Vogtei über den Hof Dienheim.

1260, *Jan. 5.*

Oeul. Mem. fol. XLVI, a.

Nos Wernherus dei gratia ſce maguntine ſedis electus. Recognoſcimus et proteſtamur, quod cum Philippus de Valkenſtein conſanguineus noster vendidit dilectis in Chriſto . . abbati et conuentui de eberbach pro .LXXX. marcis colon. denariorum aduocatiam quam habuit ſuper grangiam eorum Dienenheim aput Op-

*) Durch ein Versehen war oben p. 97 der ganze Schluss der Urkunde im Druck weggeblieben. Wir lassen ihn hier nachfolgen.

Digitized by Google

penheim. et ſuper omnia bona que propriis laboribus excolunt de ipsa grangia et in eam. ita quod nec hoſpitia nec aliqua prorſus ſeruitia quibuscunque uocabulis exprimantur deinceps vllo vmquam tempore in futurum petat aut extorqueat ab eadem grangia vel ab ipsis nec etiam illaſ octo amas vini quas pro iure aduocatie ſoluere antiquitus conſueuerunt expoſçat noſ pro ipso preſtitimus fideiussoriam cautionem quod vniuerſos filios et heredes ſuos. Gerardum comitem de Dietse et ſingulos dominos a quibus eadem aduocatia deſcendit habebit tales infra feſtum ſce Walpurgis proximo nunc venturum. quod omnes et ſinguli ſuper predictis omnibus iuribus et ſeruitiis cedant iura ſibi olim debita . . abbati et conuentui ſupradictis. Alioquin ipse Ph. vel heredes ſui reſtituant eis ſtatim pecuniam antedictam. Datum apud Erenuels. Anno dni M°. CC°. LX°. Nonas Januarij.

---

381. Vorstehendem Verkauf ertheilt Gerhard, Graf von Ditse, seine Zustimmung.

1260, [*Jan. 5.*]

Ocul. Mem. II, fol. XLVI, a.

Nos Gerhardus comeſ de Ditſe omnibus preſens ſcriptum inſpecturis ſalutem in omnium ſaluatore. Ab humana facilius labitur memoria quod nec ſcriptum nec uoce teſtium roboratur. Nouerint igitur tam preſentes quam futuri quod noſ ob reuerentiam et honorem glorioſe virginis Marie et ob dilectionem quam habemus ſpecialiter ad ecclesiam eberbacensem ordiniſ Cyſterc. donationem per nobilem virum Philippum de Valkenſtein factam videlicet iuriſdictionem et aduocatiam in curia

prefate ecclesie que ſita est in villa Dinenheim et in bonis ad ipsam curiam pertinentibus quas a nobis iure feodi tenere dinoſcitur ratam habemus et ſigilli nostri mvnimine roboramus. Acta sunt hec anno dni M°. CC°. LX°. aput Maguntiam coram dno nostro Wern. archiepiscopo Maguntino et Ph. de Valkenſtein et aliis quam pluribus.

---

582. Streitigkeiten der Bürger von Cruzennachen mit dem Kl. Eberbach über den Hof Breidenvas werden beigelegt.

***1261**, im Jauuar.*

Ocul. Mem. II, fol. LXXVII.

In nomine dni ego Johannes ſcultetus ſcabini et vniuerſitas ciuium in Crůzennachen. Quoniam res geſte memoriam fugiunt nisi literis commendentur Conſtare cupimus vniuerſis hanc paginam inſpecturis quod nos ob honorem glorioſe virginis Marie propter bonum pacis et occaſionem omnis diſcordie quandoque habite inter nos et fratres eberbacenses de curia Breidenvas et que adhuc ſuboriri poſſet de medio tollendam cum ipsis fratribus conuenimus in hunc modum quod nobis dederant dimidiam marcam et domum que fuerat Bauwari confratris eorum ſitam in foro nostro ut a ſeruitute ciuitatis crůcennachen qualibet ſint penitus excepti et inperpetuum abſoluti. De ſingulis vero jurnalibus ſiue iugeris ſuis in nostris terminis ſitis dabunt annis ſingulis leuem denarium nec hoc ſtatutum aliquatenus mutabimus etiam ſi denarios de nostriſ iugeris dandos in vinum noluerimus commutare. Preterea pecora dicte curie deinceps quamdiu curia ſteterit quaerent paſcua in omnibus termi-

Digitized by Google

nis nostris in quibus illa quaerere hactenus consueuerunt. Ceterum si qua fortassis bona eos de cetero siue per emptionem siue per elemosinam in nostris terminis habere contigerit ipsa non tenebuntur nisi sub eodem iure quo eadem priores tenuerant possessores. Acta sunt hec anno dni M°. CC°. LXI°. Mense Januario. Coram Johanne sculteto et testibus aliis nonnullis. Ad certam euidentiam premissorum presentem paginam inde conscriptam sigillis scilicet dni nostri comitis et ciuitatis huius crûcennachen decreuimus roborare. Geminum quoque huius continentie scriptum fieri voluimus quorum vnum apud nos et apud prefatos fratres alterum habeatur.

---

583. Vermächtniss einer Jahrgülte Winands von Waldecken, Ritters, an das Kl. Eberbach.

[*1262.*]

Ocul. Mem. II, fol. LXXXI, b.

Noueriut vniuersi presentes literas inspecturi quod ego Winandus miles de Waldecken ad peticionem Agnetis quondam uxoris mee pro remedio animarum nostrarum una cum ipsa legauimus illi ecclesie ubi ipsam contingeret sepeliri. ad anniuersarium dicte A. tres solidos colon. annuatim in censu de vinea cellerarii in Pinguia quos uidelicet denarios ecclesie sce Marie apud Bopardiam assignari uolo ubi ipsa est sepulta. Item ad peticionem ipsius legauimus ecclesie in Eberbach III. solidos colon. de domo Demudis textricis et duos solidos ibidem de clopschilt ut dicti fratres etiam singulis annis anniuersarium nostrum agant. Ut igitur presentibus adhibeatur plena fides sigillum nostrum apponi fecimus huic scripto.

Digitized by Google

584. Rheingraf Wernher verkauft an das Kl. Eberbach eine Korngülte vom Sandhof.

1262.

Orig. Urk. im Gr. G. Staatsarchiv zu Darmstadt.

Nos Wernherus Ringravius Elyſabet collateraliſ noſtra preſentiſ ſcripti tenore recognoſcimus | publice proteſtando quod cum conſciencia et conſenſu fratriſ mei Syfridi domino Abbati et | conventui de Eberbach decem maldra ſiliginis Maguntine menſure quae de curia | ſande annuatim habuimus, mediante fratre Johanne magiſtro dicte curie, non obſtante | cuiuſquam contradictione, pro XV. marciſ vendidimus, libere et abſolute perpetuo poſſidenda. Ne que vero calumpnia vel queſtio a nobis aut a poſteriſ noſtriſ predicto Abbati et | conventui ſuper eo poſſit inpoſterum ſuboriri, renunciamus omni actioni et omni iuri canoni|co et civili que nobis vel ſuccedentibus nobis ſuper eo poſſent competere contra ipsos. In | cuius rei firmitatem noſ ſepedictiſ litteraſ preſenteſ tradidimus ſigillis noſtriſ roborataſ. Huius rei | teſteſ ſunt militeſ Enſfridus de Baſenheim, Henricus ſcelia de Ockenheim, Wildericus, Ph. officia|tus, Heinricus prepoſitus ſci petri in Crucenaca. Acta ſunt hec anno domini M⁰. CC⁰. | LX. ſecundo.

Beide Siegel hingen an linnenen Schnüren. Da das erste (wohlerhaltenes Reitersiegel: SIGILLVM WERN . . RI CO. ITIS RENI*) durch einen Riss im Pergament herausgefallen war, so ist es an die Schnur des zweiten, bis auf das Wappenschild der Rheingräfin sehr beschädigten Siegels, angeknüpft worden.*

Digitized by Google

585 **Das Kl. Eberbach wahrt seine Zehntansprüche an den Hof Walheim.**

—

1262, *Juni 15.*

Ocul. Mem. II, fol. LIV, b.

Nos Rûdolfus dei gratia abbas totusque conventus sci Albani extra muros maguntie. verba apostoli dicentis. Operamini bonum ad omnes maxime autem ad domesticos fidei cupientes prout possumus obseruare. Omnibus uolumus esse notum qualiter venerabilis dns Heinricus abbas eberbacensis cum quibusdam sui conuentus personis honestis ad nos accedens nobis exponere curauit quod ad eorum noticiam peruenerat quod Jacobus miles dictus de Appenheim partem decime cum suis attinentiis quam in grangia sua Walheim et in terminis eiusdem a nobis in feodo tenebat uenalem exponeret publice quibuscunque ex quo iidem abbas et conuentus per accessionem noui et inopinati emptoris sibi imminere periculum formidabant. Vnde deuote nobis supplicarunt quatinus propter deum super futuro malo sue ecclesie consulere dignaremur et quod huiusmodi iura feodalia sine nostro consensu et uoluntate non poterant comparare humiliter postulabant ut ipsis super emptione predictorum bonorum preberemus licenciam et assensum. Nos igitur deliberacione habita taliter annuere decreuimus postulatis ut sic sue ecclesie periculis subueniremus ut iura nostra minime lederentur, videlicet ut idem miles aliqua bona sua in restaurum venditorum nostre ecclesie assignaret que in ius et locum succederent eorundem. Postea sepedictus miles vna cum filio suo Heinrico quibusdam bonis suis in Lorzewile vndecim maldra siliginis annuatim soluentibus in proprietatem nostre ecclesie assignans et ipsa de-

Digitized by Google

nuo a nobis iure feodali recipiens de nostra permiſſione et indulgentia predictam partem decime iure patronatus quicquid iuriſ vel utilitatis ſibi in predicta grangia competebat vel aliquo modo competere poterat nichil penitus in ea vel in terminis eius reſeruato vendidit eberbacensi ecclesie ſupradicte et ea omnia una cum filio ſuo. H. ſupradicto et Petro milite fratre ſuo expreſſe conſentientibus in manibus nostriſ libere reſignauit et noſ ea predicte ecclesie contulimus titulo proprietatis perpetuo poſſidenda. In cuius rei firmitatem et euidentiam preſentem paginam nostris ſigillis fecimus roborari. Huius teſtes ſunt quam plures. Acta autem sunt anno dni M⁰. CC⁰. LXII⁰. In die Viti et Modesti.

---

586. Beurkundung eines Hauszinses in Wesel.

***1263**, Juni 12.*

Ocul. Mem. II, fol. LXXXVI, b.

Petrus ſcultetus. Sifridus nec non Winardus milites. Sifridus dictus Garlant. Heinricus frater Nanthochi Thilmannus in kirhcgaſcen ſcabini ceterique ciues Weſalienſes vniuerſis ad quos preſens ſcriptum peruenerit quicquid poſſunt obſequii et honoris. Tenore preſencium profitemur et conſtare cupimus ſingulis et vniuerſis preſentium inſpectoribus pariter et futuris quod Volgmaruſ et uxor eius Moſela ac heredes eorum vniuerſi venerabili conuentui eberbacensi de domo extra muros Weſalienses in Holcgaſcen ex oppoſito domus dne burgrauie ſita. VI. ſolidos denar. colon. in die beati Martini perpetuo ſingulis annis ſoluent. In cuius rei teſtimonium euidens et robur legittimum preſens ſcrip-

Digitized by Google

tum exiſtit ſigillo ciuitatis Weſaliensis firmiter et fideliter communitum. Datum Weſalie anno dni M°. CC°. LXIII°. Craſtino Barnabe apostoli.

---

587. In einem Rechtsstreit mit dem Kl. Eberbach wird die Gemeinde Gimmesheim in die Kosten verfällt.

1271, *Decemb. 17.*

Ocul. Mem. II, fol. XXVIII, b.

In nom. dni amen. H. decanus ſci Johannis Maguntie. Judex a ſede apoſtolica delegatus. Cum abbas et conuentus monaſterii in Eberbach ordinis Cyſterc. vniuerſitatem hominum ville Gimmeſheim Wormac. dyoces. ſuper eo quod ipsa vniuerſitas prefatum monaſterium prato quodam ſito iuxta kelnersouwe temere ſpoliauit auferendo eciam familie eiuſdem monaſterii ibidem vinum panem caſeos et aliaſ res in libello expreſſas ad ualorem quatuor marcarum denariorum colon. ab ipsa familia eſtimatas coram nobis traxiſſent in causam et eandem vniuerſitatem compelli ad reſtitutionem ipsius prati et ad ſolutionem quatuor marcarum colon. petiuiſſent, lite legittime conteſtata iuramento calumpnie preſtito a partibus hinc et inde perductis testibus ac eorundem depoſitionibus publicatis nec non iuriſ ordine per omnia obſeruato quod abbatem et conuentum prefatos ſuam intentionem ſufficienter inuenimus probaſſe freti iuriſperitorum conſilio dictam vniuerſitatem ad reſtitucionem prati et ſolutionem quatuor marcarum predictarum. Igitur ad ſolucionem vnius marce denariorum colon. nomine expenſarum factarum in lite taxatione premiſſa et iuramento a ſindico prefati monaſterii preſtito memorate vniuerſitatis

Digitized by Google

abſenciam diuina replentes preſentia ſepedicto monaſterio per diffinitiuam ſententiam condempnamus. Actum Maguntie feria V. proxima post festum beate Lucie virg. anno dni M°. CC°. LXXI°.

---

588. Das Kl. Eberbach erwirbt eine Mühle in Sneppenheim.

1275, *April 24.*

Ocul. Mem. II, fol. XXXVIII. b.

Nos Ludewicus et Fridericus et mater nostra de Frankenſtein preſentibus literis recognoſcimus et teſtamur quod noſ congregata manu molendinum quoddam nostrum proprium ſitum in Sneppenheim cum attinentiis fratri Hermanno magiſto hoſpitum in Gebenbrunen et conuentui in Eberbach uendidimus neceſſitate cogente. Teſtes ſunt quam pluref. Super predicta bona hanc literam in teſtimonium etiam ſigillo nostro dedimus communitam. Actum anno dni M°. CC°. LXXV°. Craſtino beati Georgii martiris.

---

589. Ein Weingeschäft des Kl. Eberbach mit Gerhard von Moffendorf, Bürger in Köln.

1280, *April 25.*

Orig. Urk. im Landesarchiv zu Idstein. *)

Nos fr. R. dictus abbas et conuentus in Eberbach tenore preſencium recognoſcimus quod tenemur — — |

---

*) Ein Stück der Urkunde, von der oberen Ecke, ist abgerissen, daher in den 7 ersten Zeilen die Lücken von 5—6 Wörtern in jeder Zeile.

Digitized by Google

Gerhardo dicto de Moffendorf ciui Coloniensi et eius vxori Sophie vice ipsorum decem march — — | didimus vina nostra Colonie post augtumpnum pro qua videlicet pensione contulerunt nobis pari consensu — — | dicte monete quas ab eis integraliter recepisse confitemur hac condicione interposita quod si dictus — — | ante eum decesserit ex hac luce, eidem Sophie superstiti non nisi quinque marcas prefate monete dare teneamur term — — | promittimus nos quinque marcas denariorum Aquensium singulis annis pro eadem pensione daturos conuentui nostro ad emen — — | mannus prouisoris domus nostre in Colonia infra festum beati Martini et Natiuitatem dni. Hoc eciam addito quod si vina nostra tam tempes|tiue ad forum non uenerint quod dicta allectia processu temporis carius venderentur prouisor domus nostre de consilio Liberadis filie dicti G. | quinque marcas acquiret de quibus alectia conparabit quas quinque marcas recipiet a Cellerario nostro vendito vino nostro. Et nos pro|mittimus bona fide pro nobis et posteris nostris quod iam dictas quinque marcas deputabimus et soluemus inperpetuum ad pittanciam vt est | dictum et ipsa pittancia dabitur conuentui nostro in illis diebus in quibus nulla pittancia ei est deputata nec occasione huiusmodi | pittancie aliquid de alia qualicumque pittancia subtrahetur. In cuius rei euidenciam sigillum nostrum presentibus est appensum. Datum in Eberbach anno dni M⁰.CC⁰.LXXX⁰. in die beati Marci ewangeliste.

Digitized by Google

590. Feststellung des Weidegangs für die Klosterhöfe Haselach und Gebenbrunnen.

—

1280. *im Juli.*

Ocul. Mem. II, fol. XXVIII, b.

Nos Reinhardus dns de Hannauwe uniuerſis preſens ſcriptum uiſuris ſalutem in dno ſempiternam. Accedentes ad nos uiri religioſi.. abbaſ et conuentus in Eberbach conqueſti sunt nobis quod cum de gratia nostrorum dominorum predeceſſorum de Mincenberg oueſ et cetera pecora eorum de Haſelach et de Gebenbrunnen hactenus uſa ſint paſcuis in nemoribus nostris dictis grangiis contiguis nunc a nostra familia ab ipsis paſcuis repelluntur et indebite moleſtantur ſupplicantes nobis ut ſuper hoc eiſ uellemus prouidere. Nos igitur dictos abbatem et conuentum exemplo predeceſſorum nostrorum conſilii gratia proſequi uolentes concedimus eiſ ut oueſ et peccora dictarum grangiarum ſine cuiuſquam prohibitione ſeu pignorum ablatione paſcentur in hiis locis Videlicet a porta Gebenbrunnen uſque Greuenhuſen. Item a Greuenhuſen ante locum dictum Schachen vf uſque ad uiam que versus Arheilegen de Darmiſtat ducit. Item ab eadem uia versus Berstratiam quantum uolunt. Item ex altera parte a porta dicte curie uſque ad locum dictum Gerharstech et de eodem loco uſque ad locum dictum Rappen můlen et de Rappen můlen ante duaſ uillas Budelburnen et paruum Gerahe et circa ipsaſ uillaſ uſque ad paludem verſus Wolfiſkelen et locum dictum breidenloch totaliter. Oues uero de Haſelach eodem modo libere ſine cuiusquam prohibitione ſeu pignorum ablatione paſcentur in hiis locis a porta videlicet curie uſque ad uiam dictam

Digitized by Google

huſirwech. Item ab eadem uia uſque ad pontem huſirbrůke et de ipso ponte uſque ad uiam dictam ſteder wech et ab hac uſque ad uiam dictam afholdere et ab hinc uſque ad locum dictum ſteder ſpiez de quo ad locum dictum Godefrides forſt ſecundum poſitionem ſignorum. Verum quia ſepedicti abbas et conuentus omnia premiſſa a nobis ſibi facta reputant de gratia non de iure, nobis promiſerunt quod illa ſeruicia que hactenus domiuis de Mincenberg et nobis pro eiſdem paſcuis impenderunt, de cetero benevole impendent et quod nobis ſuper omnia gratiſſimum est pro nobis et nostriſ diuinam misericordiam implorabunt. Et nos frater R. dictus abbas et conuentus in Eberbach promittimus hec nos fideliter obſeruatorus. In cuius rei euidentiam ſigillum nostrum vna cum ſigillo venerabilis patris dni . . abbatis de Eberbach preſentibus duximus apponendum duraturis pro ut nobis uiſum fuerit expedire. Datum anno dni M°. CC°. LXXX°. Menſe Julio.

Digitized by Google

Berichtigungen.

In Band I.:

S. 222. Z. 6. v. o. lies: Nro. 119.
S. 246. „ 1. v. u. streiche: „ſuper“.
S. 247. „ 8. v. o. lies: iure.
S. „ „ 18. v. o. „ inquietaverit.
S. „ „ 4. v. u. „ autem hoc.
S. 308. „ 6. v. u. „ finnum.
S. 309. „ 3. v. o. „ Damus statt Dom.
S. 366. „ 8. v. u. „ exfestuc.

In Band II., 1.:

S. 30. Z. 7. v. u. lies: frankenwerde.
S. 61. Z. 5. v. o. lies: aunt.
S. 62. „ 6. „ „ „ CRAFTONIS.
S. 63. „ 9. „ u. „ Elberbac.
S. 67. „ 4. „ o. „ aputt.
S. 89. Z. 3. v. u. lies: Bangelo.
S. 94. Z. 4. v. o. lies: Wildegowi.
S. 95. Z. 5. v. u. lies: Burkardus.
S. 98. Z. 5 u. 6. v. u. lies: alveum.
S. 114. Z. 6. v. o. Nro. 344 statt 348.
S. 121. „ 15. v. u. lies: Renum
S. „ „ 6. „ „ „ rebus.
S. 124. „ 4. „ o. statt secundo dec. schreibt der Arch. Auszug richtiger: sexto dec.
S. 127. „ 1. „ „ lies: Wernecheri.
S. 133. „ 10. „ o. „ in Rudinsh.; iugerum.
S. 152. Nro. 387. Nerstheim.
S. 153. Z. 5. v. u. lies: Burcardus.
S. 170. Z. 2. v. u. lies: futurum.
S. 171. „ 6. v. o. „ nostrum.
S. 176. „ 10 u. 11. v. u. lies: ita statt ta, censum statt icens.
S. 181. „ 7. v. o. lies: Gisela.
S. 230. „ 16. v. u. „ ante.
S. 239. „ 14. v. o. „ et.
S. 258. Z. 10. v. o. lies: ordinationem.
S. „ „ 15. „ „ „ dyoces.
S. 270. „ 13. „ „ „ Nemore.
S. 287. „ 12. „ „ „ Nonni.
S 318. „ 13. „ „ „ examinatis.
S. 336. „ 7. „ u. „ audit.
S. 344. „ 6. „ u. „ Greuninhusin.
S. 348. „ 6. „ o. „ refectionem.
S. 359. 361. bei Nro. 529 u. 531 lies: 1292.
S. 366. Z. 9. v. u. lies: mere.
S. 394. Z. 9. v. o. lies: consens.

Wiesbaden. Druck von A. Stein.

Digitized by Google

Urkundenbuch

der

Abtei Eberbach

im Rheingau.

Im Auftrag
des historischen Vereins für Nassau
herausgegeben
von

Dr. K. Rossel.

Zweiter Band.
II. Abtheilung.

Wiesbaden.
In Commission bei W. Roth.
1870.

Digitized by Google

Vorwort.

Seit zu Ende des Jahres 1865 die erste Abtheilung dieses II. Bandes unseres Urkunden-Buchs in die Oeffentlichkeit getreten ist, der nunmehr, zum Beschlusse des Bandes, die zweite Abtheilung, mit dem Register über beide Abtheilungen, nachfolgt, sind die bedeutsamsten Ereignisse über unser Land dahin gegangen, deren Nachwirkung auch an unserer Herausgabe sich nicht ganz unbezeugt gelassen hat. Der Uebergang unseres Landes in den Verband des preussischen Staates hat zunächst in der Verwaltung der Archive, in denen unsere Urkunden vorzugsweise beruhen, die günstige Wendung herbeigeführt, dass die im Staats-Archiv zu Coblenz bis dahin verwahrt gewesenen Eberbacher Dokumente, gegen entsprechende überrheinische Aequivalente, unterm 4. März 1868 an das Nassauische Staatsarchiv überlassen wurden, so dass sämmtliches überrheinische Material — auch die in den ersten Bänden als in Coblenz befindlich bezeichneten Urkunden — seitdem unserm Lande gewonnen und mit dem diesseitigen Eberbacher Urkunden-Archiv vereinigt sind.

Der verehrliche Leser wolle von dieser vorgefallenen Aenderung bei den Urkunden in
Band I. Nr. 55. 107. 109. 111. 112. 114. 115. 120. 122. 141. 142. 150. 162. 182 184. 205. 206. 207. 221. 233. 237. 243. und in
Band II. Nr. 251. 255. 277. 279. 286. 287. 315. 326. 347. 348. 358. 372. 376. 384. 407. 414. 417. 420. 422. 446. 451. 456. 464. 482. 484. 499. 515. 519. 527. 538. — dahin geneigtest Notiz nehmen, dass die gedachten 52 Urkunden nicht mehr in Coblenz, sondern fortan sämmtlich in dem hiesigen Staatsarchiv beruhen.

In dem Plane unseres Urkunden-Buchs hat irgend eine Aenderung nicht stattgefunden; als die Herausgabe begünstigende Momente aber dürfen weiter hervorgehoben werden, dass nicht allein die Direction der Staatsarchive in Berlin sich bewogen gefunden, dieser unserer Publication eine ermunternde Unterstützung zuzuwenden, sondern auch der Herausgeber sich seit Frühjahr 1867 an die Spitze der provinciellen Archivverwaltung gestellt und dadurch in die Lage versetzt sah, der Vergleichung der Originalien mit dem Abdruck eine erhöhete Aufmerksamkeit angedeihen zu lassen.

Somit wäre denn der nächste und engere Plan des historischen Vereins, das gesammte urkundliche Material zur Geschichte unseres Klosters während der ersten beiden Jahrhunderte seines Bestandes der Oeffentlichkeit zu übergeben, hiermit vollzogen und die ausgiebigen Register, womit die Sorgfalt des Herrn Seminardirector Kehrein in Montabaur auch diesen II. Band ausgestattet hat, werden die Benutzung des Werkes nach allen Seiten der Specialforschung hin erleichtern. Allerdings würde die Vollständigkeit des für den gedachten Zeitraum vorhandenen Materials erst dann ganz erreicht sein, wenn die im Oculus Memoriae pars I. enthaltenen im Jahre 1211 niedergeschriebenen Gutsverzeichnisse und die sonstigen diesem Manuscript inhärirenden historischen Notizen — etwa in einem III. Bande dieses Urkunden-Buchs, der dannzumal zugleich die in der Zwischenzeit allfällig bekannt gewordenen Nachträge und Ergänzungen aufzunehmen hätte, — ebenwohl ihre Veröffentlichung, aus Kräften und Mitteln des Vereins, sollten finden können. Die schon vor langen Jahren Seitens des Vereins erkannte Wichtigkeit dieses Materials und der unablässige Forschungseifer seiner Mitglieder bürgen dafür, dass auch dieses Desiderat, zu günstiger Zeit, seine Erledigung finden werde.

Idstein, 30. September 1869.

Dr. Rossel.

Digitized by Google

591. König Albrecht befreit das Kl. Eberbach von den Wucherzinsen seiner jüdischen Gläubiger.

1299, *Decemb. 10.*

Orig. Urk. im K. Staatsarchiv zu Idstein.

Albertus dei gratia etc. Vniuerſis iudeis ſub romano imperio conſtitutis | camere ſue ſeruis ad quos preſens ſcriptum peruenerit gratiam ſuam. Vobis univerſaliter ſingulis et ſingulariter univerſis ſub optentu noſtre gratie precipimus ſerioſe volentes quatinus | a devotis in Chriſto nobis dilectis . . abbate et conuentu monaſterii Erbacenſis ordinis | Cyſterc. quorum cauſas venerabili Gerhardo archiepiſcopo Maguntino principi et compatri | noſtro kariſſimo noſcimur in temporalibus uniuerſaliter commiſiſſe propter iuſticiam et hanc | noſtram regiam indulgenciam ſuper debitis quibus ipſos vobis dicitis ex quacumque cauſa | ligatos, principali ſorte contenti, nullam prorſus uſuram petatis. Quod ſi for|te facere preſumpſeritis vobis coram cunctis regni noſtri iudicibus ſuper eo noueri|tis audienciam denegandam quam et nos vobis preſentibus denegamus. — Datum | apud portam Sancti Nicholai. anno domini. millesimo ducentesimo Nonageſ. Nono. IIII°. Idus | Decembris. Regni noſtri anno ſecundo.

An Pergamentstreif hängt von dem Majestäts-Siegel nur noch die untere Hälfte.

---

592. König Albrecht nimmt das Kl. Eberbach gegen jüdische Wucherer in seinen Schutz.

1300, *März 10.*

Ocul. Mem. II, fol. XII, a.

Albertus dei gratia etc. Pontifici iudeorum, Judeis ac ananie necnon Judeis aliis regni ſui ad quos hoc

Digitized by Google

ſcriptum peruenerit gratiam ſuam et omne bonum. Volentes deuotos in Christo uiros . . abbatem et conuentum Monaſterii eberbacenſis ordinis Cyſterc. beneficio nostre gratie quam eiſdem ſuper non ſoluendis vſuris eorum creditoribus ultra ſortem ſpecialiter de liberalitate regia propter equitatem et iustitiam feciſſe dinoſcimur non decipi ſed iuuari pocius cum effectu Vobis uniuerſaliter ſingulis et ſingulariter vniuerſis et tibi precipimus et mandamus ut cum nullam fideiuſſoriam litteratoriam cautionem ſeu aliquam aliam pactionem contra hanc nostram gratiam tam rationabilem et tam piam quomodolibet ſuſtinere velimus in aliqua firmitate. Nullos fideiuſſores ipſorum ſuper vſuris ſoluto debito principali ad preſtandum fideiuſſionis debitum moneatis in fraudem nostre gratie ſupradicte quam utique aput ipſoſ inuiolabiliter uolumus perdurare. Omnes fideiussores aut literas uel pactiones quas in contrarium producere uel monſtrare poteritis decernimus penitus non tenere aliquod ligamentum. Datum aput haylicprunnen anno dni. M. CCC; VI° idus marcii. Regni nostri anno ſecundo.

---

593. König Albrechts Schutzbrief für das Kl. Eberbach gegen verschiedene seiner Gläubiger.

1300, *Juni 29.*

Ocul. Mem. II, f. XII, a.

Albertus dei gratia etc. Vidue dicte puren relicte ſchonemanni de duren. nec non Meigere filio ipsius ſchonemanni, Symoni de bercheim ac aliis iudeis regni ſui ſeruis camere ſue ad quos preſens ſcriptum peruenerit gratiam ſuam et omne bonum. Volentes

Digitized by Google

deuotos in Christo uiros [*Etc omnia ut in precedenti litera continetur, usque ad illum locum*]. Omnes eius fideiussores aut literas vel pactiones quas in contrarium producere uel monstare poteritis decernimus penitus non tenere aliquod ligamentum. immo nobis nostrisque heredibus ex nostra liberalitate regia super usuris petendis a prefatis abbate et conuentu silentium inponimus per presentes. Ceterum omnes fideles christiano nomine comprehensos monemus rogamus et precipiendo uolumus ne aliquis eorum pro usura repetenda uos recipiat aut uobis consilium auxilium vel fauorem aut defensionem impendat seu bona mobilia vel immobilia ipsius monasterii rapere occupare arrestare seu iudicio detinere presumat. quod siquis forte presumpserit ipso facto postquam monitus non resipuerit ipsi monasterio ad omne dampnum periculum expendere et interesse quod propter hoc sustinuerit tenebitur. et nichilominus nostram indignationem se nouerit incurrisse. Datum maguntie Anno dni. M°. CCC°. tercio kal. iulii. Regni nostri anno secundo.

---

594. Volrad von Edernsheim, Edelknecht, und Odilia, seine Frau, verkaufen ihre bei Flersheim belegenen Güter.

***1300**, Juli 7.*

Orig. Urk. im K. Staatsarchiv zu Idstein.

Judices sce Maguntine sedis Recognoscimus et notum facimus universis presentes litteras inspecturis quod Volradus filius Arnoldi | armigeri de Edernsheim et Odilia uxor eius legittima in nostra presencia constituti, confessi sunt et publice recognoscunt | se iuste vendicionis titulo vendidisse Ide begine Cyrurgice Maguntine commu-

Digitized by Google

nicata manu pariter et assensu annuam et perpetuam | pensionem sex maldrorum bone siliginis et legalis Maguntine mensure pro duodecim marcis denariorum Colonienſium legalium et bonorum dictis coniugibus ab ipsa Ida numeratis traditis et solutis nec non in ipsorum utilitatem conuersis prout iidem coniuges eciam sunt confessi promittentes eidem Ide ut illi persone sive illis personis cui vel quibus ipsa Ida sana corpore vel infirma, decreuerit pro remedio anime sue legare prescriptam pensionem singulis annis infra assumptionis et Natiuitatis beate virginis duo festa, assignare solvere et presen|tare in omnem eventum ad litus Reni prope portam piscium civitatis Maguntine ipsorum laboribus vecturis periculis et expensis. In cuius assignacionis solucionis et presentacionis pensionis huiusmodi certitudinem ampliorem prefate Ide et iam dictis personis subscripta bona quorum situs talis est, videlicet in terminis ville flersheim unum et dimidium jugera terre arabilis sita anme Ryede prope | Crumelinge. Item unum et dimidium jugera ander Heldene prope Budilhube. Item unum et dimidium jugera apud Clingenfloz prope longas nuces. Item unum jugerum retro villam supra fossatum prope kungernheim. Item unum jugerum prope Rukerum in Crewenkele. Item unum et dimidium jugera super Rode prope hornaffen. Item unum duale versus Seilenvort prope moniales ordinis sce Clare prefati coniuges pro subpignore obligarunt et obligant presentibus in hunc modum quod si ipsi in assignatione solucione et presentacione huius pensionis ut predicitur infra dicta duo festa negligentes fuerint vel remissi sepedicti Ida vel persone quibus legata fuerit pensio antedicta debeant prescripta bona titulo subpignoris obligata leuare ut est moris in iudicio ville flersheim,

Digitized by Google

ea ſic levata iure proprietario poſſeſſure et facture cum eis quidquid ſibi pro ſua utilitate videbitur expedire, preterea renunciaverunt et renunciant ipsi coniuges voluntarie in hiis ſcriptis excepcioni doli mali, fori, decepcionis ultra dimidium, iuſti precii novis conſtitutionibus et omni juris auxilio canonici et civilis ac omnibus aliis defenſionibus et allegacionibus quibus predicte vendicionis contractus inpoſterum in toto uel in parte reſcindi valeat ſeu aliqualiter infirmari. In quorum omnium et ſingulorum euidenciam et debiti roboris firmitatem ſigillum ſedis Maguntine ad inſtanciam et rogatum coniugum prefatorum appendimus huic ſcripto. Actum et datum anno dni. M°, CCC°. Nonis Julii.

Das Siegel des ausstellenden Gerichts hängt wohlerhalten an.

---

595. Berwelf, Bürger von Mainz, verfügt letztwillig über seine Güter bei Wisebaden und Nordinstad.

1300, *Decb. 21.*

Orig. Urk. im K. Staatsarchiv zu Idstein.

Univerſi preſentium litterarum inſpectores cognoſcant et ſentiant hoc tenore quod Ber|welfus ciuis Moguntinus in bona et libera poteſtate de bonis ſuis tam mobilibus quam immo|bilibus ordinandi conſtitutus Borgavit id eſt ſub cautione judiciaria quod borgen | volgariter dicitur ſe aſtrinxit. quod quam primum prae debilitate corporis ſui poterit Wiſeba|den accedet et duarum marcarum denariorum Colon. annuos redditus, quos in bonis Thile|manni ibidem habere dinoſcitur nec non ab inde Nordinſtad villam accedere et sex | maldrorum siliginis moguntinenſium annuos redditus menſure quos ibidem in

Digitized by Google

bonis Gerli|bi vllici habet, Johanni filio ſuo conuerſo monaſterii Erbacenſis ad vite ſue terminum | ubicunque locorum conſtitutus fuerit, vel ipſo Johanne defuncto predicti monaſterii conuentui coram . . scultheto | et scabinis in figura judicii predictarum villarum dabit et reſignabit perpetuis optinenda tem|poribus in hunc modum quod poſt ipſius Johannis obitum predictorum sex maldrorum et duarum mar|carum reditus ſimul et ſemel ad refectionem conuentus Erbacenſis annuatim cedant | pro antedicti B. et Metze coniugis ſue anniuerſario jugiter peragendo. Hoc ſane | prouiſo quod ſi ipſe B. in vita ſua predictorum bonorum donationem et reſignationem facere neglexerit ut eſt dictum, ipſius pueri et heredes ad predictas villas ibunt et predictos redditus prefato . Jo. vel monaſterio in dictarum villarum judiciis reſignabunt quemadmodum eſt premiſſum. Et quicunque ipſorum heredum hoc facere neglexerit illius heredis portionem que ſibi in bonis predicti B. Moguntie ſitis competit. predictis Jo. vel monaſterio ipſo defuncto pro tanto quantum sibi in dictis redditibus deperiit et deperit tam diu poſſidebit quouſque sibi de hiis defectum ſit plenarie ſatiſfactum. predictum eciam monaſterium prefatos redditus a ſe nunquam alicuius alienationis ſpem alienabit. Actum coram Jo. judice preſentibus Anzone. Herboldo. O. de cacuba. Pe. spigel. Hart. de Moro. et N. fridelen civibus Moguntinis anno dni. M°. CCC°. feria quarta ante Natiuitatem dni. proxima.

Das Siegel ist bis auf ein Stückchen abgerissen.

Digitized by Google

596. Hiltwin von Elkirhusen, Ritter, und Alheidis, seine Frau, verkaufen ihre Güter in Meynisvelt an Rulmann von Limburg.

—

***1301**, um Pfingsten.*

Orig. Urk. im K. Staatsarchiv zu Idstein.

Ego Hiltwinus ſenior de Elkirhuſen miles et Alheidis uxor mea | legitima vniuerſis et ſingulis tam preſentibus quam futuris preſentem lit|teram inſpecturis cupimus eſſe notum Quod nos unanimi conſenſu et pa|rili voluntate triginta ſex iugera terre arabilis in campo ville Meyniſuelt | ſita que jugera Bertdradis relicta quondam Conradi dicti Stricola excolit et poſſidet, necnon vnam curiam ſitam iuxta cimiterium eiuſdem ville vendidimus | honeſto viro Rulmanno reſidenti inter teguria ciui Lympurgensi et ſuis | heredibus ad habendum et perpetuo poſſidendum pro ſexaginta marcis pecunie legalis | nobis numerate et tradite, tribus hallenſibus pro denario computatis Renunciantes quoque | in hiis omnibus et ſingulis omni iuri legis auxilio conſuetudini et ſtatuto ac omni | exceptioni pecunie non numerate non tradite nec ſolute omnibusque literis et graciis impetratis vel impetrandis ac omni ſubtilitati vtriusque iuris ciuilis et canonici, per quam dicta vendicio de iure vel de facto poſſet deſtrui ſeu aliqualiter impediri in toto vel in parte. Promittimus eciam quod per nos vel per aliquas perſonas interpoſitas nullo ingenio nullaque laborabimus captione ſeu aliis quibuscunque ſuffragiis non innitemur quibus bona premiſſa a dicto Rulmanno vel ſuis heredibus auellamus . . . . tamen huic venditioni noſtre cum fieret affuerunt honorabiles viri Hiltwinus iunior de Elkirhuſen, Vdo de Vilmere milites, Thomas de Derne caſtrenses in Lympurg, Wildericus clericus filius

Digitized by Google

fratris predicti Hiltwini ſenioris et Heinricus frater iam dicti Wilderici et quam plures viri alii fide digni. In teſtimonium autem premiſſorum ut ipsa vendicio a nobis inuiolabiliter obſeruetur ego Hiltwinus ſenior et Alheidis uxor mea predicti, Rulmanno prehabito et ſuis heredibus preſentem literam ſigillo mei Hiltwini ſenioris iam dicti et ſigillis nobilium virorum domini Gerhardi comitis de Dithze et Siffridi domicelli de Weſtirborch tradidimus roboratam. Et nos Gerhardus comes de Dithze. et Syfridus domicellus de Weſterborch prelibati ad peticionem ambarum parcium predictarum noſtra ſigilla una cum ſigillo hiltwini ſenioris predicti in teſtimonium omnium predictorum duximus preſentibus apponenda. Actum et datum anno dni M°. CCC°. primo infra octavas Penthecoſtes.

An Pergamentstreif hängt:

1. † S'HILTWINI . SEN[I] . . . . . ELKIRH. *(Im Schild die 3 Belle.)*
2. } *abgerissen.*
3. }

---

597. Nicolaus von Witzenouwe verkauft an das Kl. Eberbach eine Leibrente.

1302, *Febr. 10.*

Orig. Urk. im K. Staatsarchiv zu Idstein.

Decanus Ecclesie ſce Marie ad Gradus Magunt. judex a reuerendo patre | et domino . G. Archiepiscopo Maguntino conſtitutus recognoſcimus per preſentes quod . . abbas | et conuentus monaſterii Eberbacensis quatuor maldra ſiliginis Magunt. menſure que | ſingulis annis Nicolao militi filio quondam Erneſti militis de Witzenouwe

nomine | penſionis ſibi preſentarunt et que ad dies vite ſue preſentare debebant eidem, ipsum | Nicolaum predicta quatuor maldra ſiliginis prefatis .. abbati et .. conuentui pro | tribus Marcis colon. denariorum legalium et bonorum iuſte vendicionis titulo vendidiſſe Renun|cians idem Nicolaus in hiis ſcriptis omni juri quod habebat vel in poſterum habere poſſet | ſuper predicta quatuor maldra ſiliginis ſeu aliis quibuscunque voluntarie ſimpliciter et | preciſe. Actum anno dni. M°. CCC°. secundo. IIII. Idus Februar.

Das Siegel ist abgerissen.

---

598. Hiltwin von Elkirhusen, Ritter, u. Alheydis, seine Frau, verkaufen eine Jahresrente in Meynsveldin.

1302, *März 11.*

Orig. Urk. im K. Staatsarchiv zu Idstein.

Nouerint vniuerſi has literas viſuri vel etiam audituri Quod ego Hiltwinus Miles | ſenior de Elkirhuſen et Alheydis uxor mea legittima manu communicata et voluntate | concordi vendidimus Rulmanno .. ciui Lympurgensi ſedenti inter Teguria et ſuis heredibus quatuor maldra ſiliginis ſtatute et annue penſionis continue Bartolomei cadentia, ſupra | cuncta nostra bona que habemus in Meynſueldin tam in campo quam in villa et | ſex denarios annui cenſus ſemper in natiuitate domini cadentes qui dabuntur eidem .. R. | vel ſuis heredibus in ſignum et teſtimonium quod ... Colonus predicta bona pro tempore | excolens habet feudaliter ab .. R. vel a ſuis heredibus antedictis pro vigintiquinque marcis | pro tempore vſualibus pecunie prompte nobisque numerate

Digitized by Google

jure proprietatis perpetuo poſſidenda quam penſionem quatuor maldrorum annis ſingulis .. R. predicto vel ſuis heredibus ſuper domum in Lympurg quamcumque ad hoc ſtatuerint ſub periculo, laboribus et vectura coloni eadem bona pro tempore colentis, ipse colonus debet et tenetur preſentare. Statuimus eciam ut colonus iam excolens bona prehabita ac reliqui coloni ſibi ſuccedentes eciam eadem bona laborantes ſuſcipere debent ipsam curiam cum bonis prefatis ab .. R. et a ſuis heredibus prelibatis. Promittimus etiam ſi colonus iam bona et curiam inhabitans. vel alter ipsi colono in bonis premiſſis ſuccedens penſionem antedictam .. Bartolomei eidem .. R. vel ſuis heredibus non dederit ſeu preſentauerit ſicut eſt premiſſum quod extunc . colonus iam bona laborans vel alter ſibi ſuccedens non debet bona pretacta excolere nec de cetero laborare ſed .. R. vel ſui heredes poſſunt et debent talem deſtituere colonum et ſupra ipsa bona loco deſtituti alium collocare. Renunciamus itaque in hiis omnibus et ſingulis omni juri, legis auxilio conſuetudini et ſtatuto ac excepcioni pecunie non numerate non tradite nec ſolute ac omni ſubtilitati que de jure vel de facto nobis vel heredibus nostris contra dictam vendicionem per nos factam quoquomodo conpetere videretur. Promittimus eciam pro nobis et nostris heredibus quod nullo ingenio nullaque laborabimus capcione nulliusque juris canonici vel civilis ſubtilitatibus ſeu aliis quibuſcumque ſuffragiis per nos vel per aliquas perſonas interpoſitas innitemur quibus prefato .. R. vel ſuis heredibus predictam penſionem aliqualiter avellamus. Affuerunt autem huic vendicioni honeſti viri .. Hiltwinus miles junior de Elkirhuſen, Fridericus Slaffir frater eius, Thomas de Derne, Wildericus clericus filius domine

Digitized by Google

Giſlein Elkirhuſen, Henricus frater ſuus et plures alii fidedigni. In teſtimonium autem omnium predictorum et perpetuam firmitatem preſentem literam sigillis nobilium virorum Dni G. comitis de Ditſe Johannis Dni de Lympurg et . . S. domicelli de Weſterburch vna cum sigillo meo eidem R. et ſuis heredibus tradidimus roboratam. Et nos domini predicti recognoſcimus nos sigilla nostra pariter cum sigillo predicti hiltwini senioris appendiſſe hiis literis in euidenciam perpetuitatis et firmitatis omnium premiſſorum. Datum anno dni M°. CCC°. ſecundo in dominica Inuocauit.

An Pergamentstreif hängen:

1. S'HILTWINI . SENIOR . . . .
2. . . . ITSE .
3. SIGILLVM . DOMINI . IOH . . . . . RG.

} *beschädigt.*

4. *Abgeriſſen.*

---

599. Philipp von Valkenstein erneuert dem Kl. Eberbach den bisherigen Pacht für das Ris bei Steden.

1302, *Mai 1.*

Orig. Urk. im K. Staatsarchiv zu Idstein.

In nomine dni amen. Vniuerſis preſentem literam inſpecturis vel audituris. Ego Philippus | de Valkenſteyn natus quondam Wernheri nobilis de Valkenſteyn cupio eſſe notum et eoſ ſubſcriptam | noſcere veritatem quod cum bone memorie quondam pater meus Wernherus predictus imperpetuum locauerit | religiosis uiris . . abbati et conuentui monaſterii in Eberbach cyſt. ord. magunt. dyoc. conducentibus | fundum quendam ſitum in terminiſ ville Steden trans renum infra confines ſubſcriptos. qui fundus wulgariter daz Ris | nominatur

Digitized by Google

continentem duos manſos pro tribus maldris ſiliginis menſure Maguntine annis ſingulis ſoluendis de curia que | uocatur Haſelach pertinente ad monaſterium Eberbacense predictum que tria maldra ſiliginis preſentabuntur ad caſtrum dictum zů deme Hagene annis ſingulis infra duo feſta aſſumptionis et natiuitatis beate Marie virg. hoc adiecto quod ſi plus quam duo manſi | in dicto fundo inueniantur quod proportionaliter predicti monachi plus ſoluant de penſione quam locacionem per quondam dictum . . patrem meum ſic factam ut predictum est, ratam gratam et firmam habeo. et eodem modo ipsis loco in omnem modum et formam | preſcriptam. ita quod . . scultetus et vniuerſitas predicte ville Steden qui nichil iuris habent in dicto fundo nullum jus in | antea ſibi vſurpent in fundo predicto nec predictoſ monachos in eodem fundo perturbent vel moleſtent aliquo modo. Et remitto bona fide pro me et meis ſucceſſoribus ſiue heredibus quod predictis religioſis ſuper locatione predicta litem | non mouebo nec conſentiam ipſis litem mouere volentibus, nec non renuncio pro me et meis ſucceſſoribus in hiis ſcriptis | voluntarie et expreſſe omni exceptioni doli fori jvriſ et facti reſtitucioni in integrum literis impetratiſ et impetrandiſ et actioni nec non omni iuriſ auxilio et omnibus aliis quibus in poſterum predicta locatio impediri poſſet aliqualiter vel recindi. In quorum omnium ; premiſſorum memoriam et perpetuam firmitatem preſentem literam ipsiſ tradidi et trado ſigilli mei munimine | firmiter commvnitam. Teſtes autem qui huic predicte locationi interfuerunt ſunt hii videlicet . . plebanus in kunnegeſteyn. Ditwinus scultetus in langen. Conradus de hargeſheym. Wigandus de arheylgen et hiltericus fratres | monaſterii. — Supradicti autem fundi qui

Digitized by Google

Ris dicitur hee sunt confines. Ex vna parte attingit campum predicte ville ſteden. ex alia parte attingit viam que dicitur der ober Ris wech. ex tertia parte attingit locum qui dicitur an der azelnhorſt. ex quarta parte attingit locum qui dicitur an deme dame.

Actum et datum a. dni. M° CCC°. II°. in die b. Walpurgis virg.

An roth seidenen Schnüren hängt vortrefflich erhalten das Reitersiegel des Ausstellers. Umschrift:

† S. PHILIPPI. DOMINI. IN. MINCENBERG.

---

600. Wynand von Waldecke, Ritter, u. Jutta, Eheleute, schenken ihrem Schwiegersohn, dem Ritter Joh. Kämerer v. Worms, u. ihrer Tochter Iliana eine jährliche Rente zur Aussteuer.

1302, *Juni 29.*

Orig. Urk. im K. Staatsarchiv zu Idstein.

Uniuerſis preſentes literas uiſuris et audituris Nos .. scultetus milites et scabini opidi Bopardiensis notum eſſe volumus et tenore | preſentium publice proteſtamur Quod conſtituti in nostra preſencia videlicet in facie ljudicii secularis strenuus vir dictus Winandus miles | de Waldecke et dna Jutta ipsius collateralis legitima pari voluntate vnanimi conſenſu et manu communicata donauerunt et | dederunt ſeu contulerunt in donationem propter nupcias Strenuo viro dno Johanni Camerario militi Wormaciensi genero suo | cum filia ſua Iliana uxore sua legitima redditus undecim marcarum et sex ſolidorum denariorum monete in Bopardia pro tempore vſualis ſoluendis eidem dno Jo. et uxori sue predicte annis ſingulis dominica qua cantatur Inuocauit de bonis ſubnotatis

Digitized by Google

ſitis in pertinenciis ſeu Territorio opidi bopardiensis condicionibus que inferius exprimentur videlicet decem marcas reddituum predictorum de vineis infraſcriptis ſcilicet de vinea ſita apud Speie in loco qui dicitur Lutzingireldich. Item de vinea apud curiam sanctimonialium montis ſce Marie apud Bopardiam. It. de vinea contigua vinee Conradi de Keſtere. It. de vinea apud albam petram. It. de vinea sita apud Kerlisgrûbe. It. de vinea sita infra Pedernacum. It. de vinea apud angulum Pedernachi. It. de vinea sita apud Reyne. It. de duabus longis vineis in veſſe. It. de una vinea ſita in proffin. Reliqui vero decem et octo solidi denar. ſoluentur de bonis infrascriptis videlicet de domo dni Wilhelmi canonici ecclesie sci Seueri bopardiensis quatuor ſolidi et ſex denar. It. de orto eiusdem contiguo domui predicte decem et octo denar. It. Anſelmus dictus ſpiz tres ſolidos denar. de domo ſita iuxta macellum bopardiense. It. Albertus de Speie duos ſolidos denar. de domo que quondam fuit Jacobi dicti Schiltwin. It. Johannes lapicida duos ſolidos de domo ſua. It. Henricus de Mirmiche decem et octo denarii de vinea ſita In deme ydene. It. Minca in britzella duodecim denar. de domo quam inhabitat. It. Heinricus filius Ertmudis triginta et duos denarios de domo quam inhabitat ſoluendos termino prenotato Tali condicione interpoſita quod ſi idem dns Wynandus in solutione reddituum predictorum termino memorato negligens fuerit vel remiſſus prefatus dns Johannes Camerarius ſe de vſufructu dictorum bonorum et de ipſis vineis ſeu ipſarum poſſeſſione intromittet ſeu ipſarum poſſeſſionem intrabit. predicti dni Wynandi ſeu ipſius heredum reclamatione qualibet non obſtante. Hoc etiam

Digitized by Google

adiecto quod ſi memoratus dns Wynandus vel ipsius uxor predicta bona prelibata luere ſeu redimere voluerint aut ipsorum alter decem marcas denar. reddituum predictorum cum centum marcis denariorum monete predicte redimere poterunt et debebunt in feſto ſci Georgii martiris vna cum redditibus ſiquos idem dns Winandus ſoluere neglexerit termino antedicto quos cum ipsis centum marcis ſoluere tenebitur et debebit. et ſi bona prenotata a ſolutione dictorum reddituum erunt libera et exempta, predictis vero coniugibus videlicet dno Wy. et dna Jutta viam vniuerſe carnis ingreſſis ipsorum liberi ſeu heredes dicta bona redimere non poterunt nec idem dns Jo. ipsa bona predictis heredibus dare tenebitur ad luendum. Quibus de medio ſublatis vt predictum eſt ſi memoratus dns Johannes cum aliis pueris et heredibus in aliis bonis predictis ſortiri diuiſionem voluerit coequalem predicta bona ſeu ipsorum valorem ſi redempta fuerint in communem diuiſionem tenebitur reſtaurare et ſic diuiſionem equalem aliis ſortietur. Si vero bona ſupradicta sibi voluerit reſeruare nullam cum aliis bonis diuiſionem ſortiri poterit nec debebit. In robur itaque omnium premiſſorum preſentium literarum duo paria vnius et eiuſdem tenoris conſcribi vtrique parti vnum et vtrumque sigillo nostro commvni ad proces ambarum partium duximus firmiter muniendum. Actum et datum anno dni. Mill. Trecenteſimo secundo. In octaua petri et pauli apostolorum.

An Pergamentstreif hängt, wenig beschädigt, das Prachtsiegel der Stadt Bopard. Abgebild. in: Rossel Die Pfarrkirche S. Severus in Bop. 1861. Taf. 1.

Digitized by Google

601. Des Deutschmeisters Marquard von Brunningisheim Quittung für den Eberbacher Verwalter Ludwig.

1302, *Juli 14.*

Orig. Urk. im K. Staatsarchiv zu Idstein.

Ego frater Marquardus de Brunningiſheim Commentator domus in Moguntia notum facio vniuerſis | preſens ſcriptum viſuris quod frater ludewicus monachus camerarius in Ebirbach dedit michi pro | dno . . plebano de Bleſeberg viginti nouem marcas colon. denariorum tribus hallenſibus pro quolibet denario | computatis super receptione huius pecunie michi tradite et integraliter numerate dictum fratrem Ludewicum | ſi neceſſe fuerit reddam liberum et indempnem. In cuius rei teſtimonium ſigillum meum duxi | preſentibus appendendum. Datum anno dni M°. CCC°. II°. in craſtino Margarete.

Das Siegel des Comthurs hängt wenig beschädigt an:
† S'C . . . . . IS IN . MOGVNCIA.

---

602. Eberhard von Werstat verzichtet, gegenüber dem Kl. Eberbach, auf seine Ansprüche an gewisse Gefälle in Bunsheim.

1302, *Juli 25.*

Orig. Urk. im Gr. G. Staatsarchiv zu Darmstadt.

Quia cauſe et earum effectus per lapſum temporis in obliuionem ſeu poſteritatis calumpniam vergere ſolent | vtile eſt eas ſcripture patrocinio ac ydoneorum uirorum teſtimonio ad futurorum noticiam conſeruare | Nos itaque Johannes comes de Spainheim, Syfridus et Wolframus de Lewenſtein milites | tenore preſencium

recognoſcimus et ad vniuerſorum noticiam cupimus pervenire Quod cum inter religioſos viros . . Abbatem et Conuentum de Eberbach ordinis Ciſterc. Moguntine dyoc. ex vna | parte. et Eberhardum filium quondam Jacobi de Werſtat ex altera ſuper quibusdam bonis | et redditibus in villa Bünſheim ac in territorio ſeu terminis dicte ville ſitis, Monaſterio Eberbacenſi pleno iure attinentibus diſſenſio ſeu queſtio aliquamdiu verteretur, tandem idem Eber|hardus in nostra preſencia conſtitutus confeſſus fuit et publice recognouit informatus per inquiſicionem proborum uirorum ſe nichil iuris habere vel facti nec umquam habuiſſe in bonis ac redditibus prenotatis. Propterea memoratus Eberhardus renunciauit exnunc et in futurum pro ſe et ſuis heredibus ſi qui de ſuis lumbis procederent omni iuris beneficio canonici vel ciuilis omnibus excepcionibus et defenſionibus literis et priuilegiis quibus et quarum pretextu poſſent vel deberent . . abbatem et conuentum predictos in bonis predictis ad preſens vel in futurum quomodolibet impedire. Qui eciam Eberhardus pro ſe et ſuis ſucceſſoribus promiſit coram nobis fide preſtita manuali quod ipse vel ſui ſucceſſores | nulla arte ingenio ſeu impedimento confeſſionem recognicionem et renunciacionem predictas | in antea deberent impedire vel eiſdem contra factam promiſionem quauis ſubtilitate contraire | ſed . . Abbatem et Conuentum predictos in pacifica poſſeſſione dictorum bonorum fideliter et efficaciter | promouere. In cuius rei teſtimonium preſentibus literis sigilla nostra ad preces et inſtancias ſepedicti | Eberhardi duximus apponenda. Actum et datum Anno dni. M°. CCC°. II°. In feſto beati Jacobi apoſtoli.

An Pergamentstreifen hängen wohlbehalten:

Digitized by Google

1. † S'. IOHANNIS. COMITIS. DE. SPANHEIM, *(prachtvolles Reitersiegel).*
2. † S' SIFRIDI. MILITIS. DE. LEWINSTEIN.
3. † S. WOLFRAM. MI . . . . . (le)WENST(ein), *an den Ecken etwas beschädigt.*

---

603. Papst Bonifacius VIII. befreit (das Kl. Eberbach) von Entrichtung gewisser Zehntgefälle.

1302, *Decemb. 18.*

Ocul. Mem. II, fol. VII, a.

Gerhardus dei gratia ſancte Maguntine ſedis archiepiscopus ſacri imperii per Germaniam archicancellarius. Noverint univerſi preſentium inſpectores quod nos privilegium ſanctiſſimi patris domini Bonefacii octavi cum filo ſerico non raſum non cancellatum non abolitum nec in parte aliqua viciatum vidimus et legimus in hec verba . . Bonefacius epiſcopus ſervus ſervorum dei. Dilectis filiis uniuerſis abbatibus, abbatiſſis et conventibus ordinis cyſterc. tam preſentibus quam futuris ſalutem et apoſtolicam benedictionem. In ecclesie firmamento veſter ordo nitore claro choruſcanſ univerſalem gregis dominici aulam illuminat. et currentibus in ſtadio rectum iter inſinuat quo ad ſalutis bravium facilius pervenitur. Nos quidem ob hoc et propter magne devocionis affectum quem ad noſ et apoſtolicam ſedem habetis, ordinem ipſum ac voſ et alioſ eiuſdem ordinis profeſſores intima caritate proſequimur ac ſinceris affectibus excitamur ad veſtra et illorum commoda, in quibus honeſte poſſimus, promovenda. Ideoque premiſſorum intuitu et obtentu Dilecti filii noſtri Roperti tituli ſancte pudentiane preſbyteri cardinalis qui tamquam prefati ordinis quem profeſſus exiſtit pro-

Digitized by Google

motor aſſiduus neceſſitates veſtras et dicti ordinis nobis reverenter expoſuit et ſuper illis noſtre proviſionis auxilium imploravit, vobis auctoritate preſentium indulgemus ut de terris veſtris cultiſ et incultiſ ad ordinem veſtrum ſpectantibus quaſ aliis conceſſiſtis vel conceditis in poſterum excolendas, de quibus tamen aliquis decimas ſeu primitias non percepit, nullus a vobis ſeu cultoribus terrarum ipſarum, aut quibuscunque aliis decimas ſeu primitias exigere vel extorquere preſumat. Nos enim nichilominus irritum decernimus et inane quicquid contra tenorem huiusmodi indulgentie fuerit attemptatum. Nvlli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtre conceſſionis et conſtitutionis infringere vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare praeſumpſerit indignationem omnipotentis dei et beatorum petri et pauli apoſtolorum eius ſe noverit incurſurum. Datum Laterani. XV. kal. Januarii. Pontificatus noſtri anno octauo.

---

604. Ein von dem Kl. Eberbach eingegangener Tausch von Weinbergen zu Nieder-Heimbach wird genehmigt.

1303, *Jan. 13.*

Ocul. Mem. II, fol. LXXVIII, a.

Nos Fridericus dictus ſilueſter domorum milicie templi per almaniam et ſclauiam preceptor humilis Tenore preſentium recognoſcimus et publice profitemur. quod nos concambium quod frater Heinricus de blabliſtein commendator de briſichin fecit cum honorabilibus relig. uiris . : dno abbati et conuentu monaſterii de Eberbach Cyſterc. ordinis. dando eis uincas nostras dictas. daz paffenſtucke. Willichinſtucke. daz

Digitized by Google

Gerenſtucke an deme pincile ſitas in terminis ſuperioris Heimbach pro vinea eorum dicta der Menecheſtucke ſita in der Heirſbach in terminis inferioris Heimbach gratum et ratum habemus et ratificamus literas per preſentes quaſ ſigillo nostro ſigillauimus in teſtimonium ſuper eo. Datum a. dni M°. CCC°. III°. In octaua Epiphanie dni.

---

605. Des Kl. Eberbach Pachtbrief für die Eheleute Ludwig u. Guda von Hyrzenau, Bürger zu Bopard.

***1303**, Jan. 14.*

Orig. Urk. im K. Staatsarchiv zu Idstein.

Nos frater Johannes dictus abbas totusque conuentus in Eberbach ord. Cyſterc. Mogun|tine dyoceſis tenore preſencium recognoſcimus et ad vniuerſorum noticiam cupimus peruenire quod con|ceſſimus et locauimus juſto et sollempni locationis contractu dilectis in Chriſto familiaribus nostris Ludewico | de Hyrzenaugia et Gude vxori sue legitime oppidanis Bopardiensibus domum nostram ſitam | infra muros opidi Bopardiensis contiguam curie dominorum de Waldecken que olim dicebatnr Pa|wen hůs vna cum curia et area adiacente utramque plateam contingente de vicu ad vicum pro duodecim ſolidis denariorum bonorum et legalium monete in Bopardia pro tempore vſualis ac ortum ſitum in loco qui volgariter dicitur Smelzekute pro quatuor ſolidis denar. monete predicte in feſto natiuitatis dni nostro monaſterio seu syndicis et procuratoribus nostris annis ſingulis aſſignandis ad tempora vite sue poſſidendos ita quod poſt obitum predictorum coniugum omnia edificia si qua in

Digitized by Google

dictis domo et curia L. et G. prenotati fecerint ad nos nostrumque monaſterium nomine teſtamenti libere et integraliter reuertantur omnium heredum ſuorum ſeu quorumcunque aliorum obſtaculo et impedimento ceſſantibus pariter et excluſis ut ipsorum memoria in nostro monaſterio predicto tam in miſſis vigiliis et orationibus perpetim peragatur. Inſuper conceſſimus et locavimus. L. et G. coniugibus prenotatis quinque vineas ſitas in pertinenciis opidi memorati quarum vna ſita eſt in Prophen, secunda in loco qui dicitur Kůndeme, Tercia vero ſita eſt iuxta Campe inferius in loco qui dicitur in foſſato cuius vinee iam dicti coniuges habent medietatem, quarta autem dicitur vinea Oſcheri que sita eſt ex oppoſito molendinorum, quinta vero et vltima eſt vna particula que contigua eſt vinee dni Emerchonis ſchornechin canonici ecclesie sci Victoris extra muros moguntinos diebus duntaxat quibus aduixerint poſſidendas duabus vineis de prenominatis exceptis in quibus filia predictorum coniugum Gerdrudis nomine post obitum eorum ſuccedet eiſdem ſecundum conditiones que inferius exprimentur videlicet vinea Oſcheri et quinta particula iam expreſſis pro medietate vini predicto monaſterio nostro vel procuratoribus nostris annis ſingulis aſſignanda tali conditione adiecta quod tempore vindemiarum omne vinum ſeu crementum quod de predictis vineis omnibus et ſingulis obueniet ſeu poterit euenire colligent ſeu colligi facient ac in duas equales partes diuident nostro syndico ſeu procuratore preſente pro ſua optione et libitu earundem parcium alteram que sibi magis placuerit eligente quam etiam partem predicti crementi a nostris procuratoribus ſeu nunciis electam in torcular monaſterii nostri Bopardie vel Oſterſpeie ſitum quorum torcularium

Digitized by Google

procurator noster duxerit eligendum preſentabunt et preſentare ſuis laboribus sumptibus et expenſis nichilhominus eciam predictas vineas mature et tempore debito putabunt fulcient fodient et fimari facient dum fuerit oportunum nouellis eciam vitibus que volgariter Reifelinge dicuntur plantabunt lapides conterendo ac alia cultura debita et conſueta qua boni et idonei cultores ſuas vineas hactenus conſueuerunt colere excolent prout fide preſtita promiſerunt. Dictis autem coniugibus viam vniuerſe carnis ingreſſis dicte tres vinee ad nos nostrumque monaſterium libere reuertentur, relique vero due vinee que ſuperius ſunt excepte et expreſſe ad Gerdrudem filiam predictorum coniugum deuoluentur diebus quibus adiuixerit tantummodo poſſidende. Si vero predicti coniuges aut Gerdrudis filia eorum prenotata in dictis vineis deſides extiterint vel remiſſi a jure suo quod eiſdem in vineis prenarratis competere poſſet vel deberet extunc cadere volumus reclamatione qualibet non obſtante Eiſdem eciam ad decimas de predictis vineis incumbentia firmiter obligatis. In quorum omnium teſtimonium et memoriam pleniorem Ludowico, Gude et Gerdrudi ſepedictis preſentes litteras sigilli nostri munimine dedimus roboratas. Actum et datum a. dni Milleſimo CCC⁰. Tercio. In craſtino Octauarum Epiphanie eiuſdem.

Das Siegel des Abtes (abgebild. bei Bär Diplom. Gesch. d. Abtei Eberb. 1858. B. II. Taf. I, 4) hängt wohlerhalten an.

Digitized by Google

606. Des Kl. Eberbach Pachtbrief für Engelbert, Johann im Thal u. Gernod von Pedernach über einen Weinberg im Hamm bei Bopard.

—

***1303**, Jan. 14.*

Orig. Urk. im K. Staatsarchiv zu Idstein.

Uniuerſis preſentes literas viſuris et audituris Nos Engelbertus filius Engelberti, Johannes in valle. et Gernodus | natus Friderici, de Pedernacha notum eſſe volumus et preſentibus publice recognoſcimus et fatemur quod nos recepimus | a religioſis viris abbate et conuentu monaſterii Eberbacensis ord. Cyſterc. Mogunt. dyoc. ipsis lo|cantibus seu contendentibus iuſto et conſueto locacionis contractu vineam vnam sitam in Territorio seu pertinen|ciis opidi Bopardiensis videlicet in Hammone que vinea volgariter zu den locherin nuncupatur cum suis attinentiis cultis et incultis iure hereditario, pro medietate vini siue crementi condicionibus infrascriptis perpetuo poſſidendam. Ita videlicet quod predicta vinea a nobis tribus in tres partes congruas diuidi debet nec umquam a nostris heredibus in plures partes ſubdiuidi debet ne predicto monaſterio propter diuiſionis multiplicationem in poſterum preiudicium aliquod generetur. Vt autem iſta ordinacio rata permaneat de voluntate predicti monaſterii et noſtra eſt taliter ordinatum quod excluſis ceteris heredibus senior tantum heres cuiuscunque sexus fuerit in vtraque linea nobis ſuccedens partem sui progenitoris et sic deinceps nostris heredibus succedentes duntaxat poſſidebit. Nos eciam et nostri heredes annis ſingulis tempore vindemiarum omne vinum seu crementum quod de predicta vinea obuenerit colligemus et colligi faciemus ac in duas partes colligemus

Digitized by Google

equales ſeu diuidemus, syndico seu procuratore dicti monaſterii preſente, pro sua optione et libitu, earundem parcium alteram que sibi magis placuerit eligente quam eciam partem sic a dictis procuratoribus seu nunciis electam in torculare monaſterii memorati Bopardie vel Oyſtirspeie situm quorum torcularium alterum procurator eiuſdem monaſterii duxerit eligendum preſentabimus et preſentare tenebimur nostris laboribus sumptibus et expenſis. Nichilominus eciam predictam vineam singulis octo annis ſimabimus vel octauam partem predicte vinee anno quolibet ſimari faciemus integraliter et ad plenum ita quod quelibet vitis plene habeat suum pondus. Nos eciam mature et tempore debito dictam vineam putabimus, fulciemus, fodiemus, nouellis vitibus que vulgariter Reyfelinge dicuntur plantabimus seu plantari faciemus, dum fuerit oportunum lapides conteremus ac alia cultura debita et conſueta eandem vineam colemus qua boni et ydonei cultores suas vineas hactenus colere conſueuerunt. Preterea syndicus ſeu procurator monaſterii prefati qui pro tempore fuerit annis ſingulis in feſto Natiuitatis ſci Johannis Bapt. vel circa idem feſtum aſſumptis a duabus vel tribus perſonis ydoneis culturam predicte vinee reſpiciet et examinabit examine diligenti et si aliquem vel aliquos nostrum aut heredum nostrorum in cultura predicte vinee deſidem vel deſides compererit niſi infra quindenam immediate abſequentem suum defectum compleuerint syndicus ſeu procurator dicti monaſterii illum vel illos a poſſeſſione hereditaria reiciet et partem vinee cum vſufructu illum vel illos contingente colliget et tollet in toto reclamatione seu contradictione qualibet non obſtante. Nos eciam et nostri heredes prenotati ad decimas de eadem vinea obuenientes quaſcunque perſonas contingen-

Digitized by Google

tes ac ad alia iura et honera dicte vinee incumbentia erimus firmiter obligati Nec eciam sub pena preſcripta eandem vineam in toto vel in parte per alicuius alienationis ſeu permutationis aut vendicionis ſpeciem sine predicti conuentus permiſſione seu licentia ad manum transferemus alienam nec alienare poterimus quoquo modo. In cuius rei teſtimonium receptis ſuper hiis condicionibus literis sigillo prefati conuentus ſigillatis sepedicto conuentui hanc literam tradidimus venerab. viri dni Hermanni de Wylinawe archidiaconi in ecclesia Treuirensi ac decani Christianitatis Bopardiensis sigillis firmiter roboratam. Et nos . . decanus Christianitatis predictus, viſis literis predicti conuentus super hiis confectis, palpatis et perlectis ad preces ambarum parcium secretum sigillum predicti dni nostri archidiaconi cuius vices gerimus vna cum sigillo decanatus nostri predicti duximus preſentibus apponendum. Actum et datum anno dni Mill. Trecenteſimo tercio. in craſtino octauarum Epiphanie eiuſdem.

Beide Siegel sind abgerissen

---

607. Berward von Godelah vermacht dem Kl. Eberbach seine Güter in Witirstat.

***1303**, Jan. 20.*

Orig. Urk. im Gr. G. Staatsarchiv zu Darmstadt.

Nos Petrus scultetus et . . . conſules Oppenheimenſes univerſi recognoſcimus tenore preſentium publice profitentes nobis innoteſcere et | ad nostram memoriam fore luculentius reuocatum quod Berwardus quondam fratruelis domine Rilindis de Godelahe conciuis noſtre

Digitized by Google

cum adhuc | incolumis eſſet corpore ac eciam mente ſanus rerum ſuarum diſponendarum et cui vellet conferendarum habita facultate, contulit | monaſterio Eberbacenſi donacione inter viuos irrevocabili ad remedium anime ſue et animarum progenitorum ſuorum viro ſtrenuo Johanne | milite de Bertholsheim ſeniore atque viris diſcretis Cunrado dicto Matheſcheinde, Jacobo Bruningi, Sibodone dicto Werkmeiſter | et quibuſdam aliis mediantibus ſuam dimidiam partem domus lapidee quam prefata Rilindis inhabitat cuius quidem domus partem alteram Reinherus quondam de Godelahe viuus exiſtens ac ſanus communicata manu ſimul et aſſenſu prefate Rilindis uxoris ſue legitime una cum duabus domibus arboreis ultra viam ex obpoſito eiusdem domus ſitis, ipſi monaſterio contulerat poſt utriuſque ipſorum obitum poſſidendam. Ipse quoque Berwardus contulit eadem vice donacione conſimili monaſterio Eberbacenſi predicto preſentibus Johanne dc Bertholſheim et aliis ſupradictis univerſa bona ſua immobilia atque omnes redditus ſuos in villa Witirſtat et eius | terminis ſita et cedentia ſic quod honorabiles viri . . dominus . . abbas et conuentus ſupradicti monaſterii Eberbacenſis eccleſie in Witirſtat | unum maltrum ſiliginis omni anno in perpetuum, et Gude cognate domine Rilindis ſepedicte atque Hedwigi filie Reinonis carnifi|cis de Oppenheim, ſanctimonialibus in Gumerſheim exiſtentibus nec non ſuperſtiti ex eis altera defuncta, quinque maltra ſiliginis | Wormac. menſure atque poſt obitum ambarum Gude et Hedewigis predictarum eadem quinque maltra perpetuis temporibus omni anno inter duo feſta Aſſumptionis et Nativitatis ſce Marie virginis dabunt preſentando ea intra ciuitatem Oppenheim de domibus et

Digitized by Google

bonis atque redditibus ſuperius nominatis conventui ſanctimonialium antedicto in Gumerſheim, ita quod reddi|tus predicti, monaſterio et ſanctimonialibus eiſdem poſt mortem Gude et Hedewigis preſcriptarum cedant in contradictione annuatim eventu quolibet non obſtante. Ad cuius collacionis rite | ac ſollempniter celebrate robur ac teſtimonium duratiuum sigillo noſtre civitatis propter inſtancias abbatis et conuentus atque | Rilindis nostrorum concivium preſcriptorum effecimus has litteras ſtabiliri. Actum et datum anno dni Milleſimo Trecenteſimo. | Tercio feſto ſcorum Fabiani et Sebaſtiani martirum.

Das Siegel ist abgerissen.

---

608. Der Priester Gernod verpachtet seine in Ober-Waldaffen gelegenen Güter.

1303, *Decemb. 11.*

Orig. Urk. im K. Staatsarchiv zu Idstein.

Nos Eberhardus decanus totumque capitulum ecclesie ſci Victoris extra mu|ros Maguntie Recognoſcimus tenore preſentium litterarum nostrarum publice proteſtan|do quod cum Gernodus sacerdos altaris beati Mychahelis archangeli in nostra | ecclesia vicarius unum iugerum et dimidium agrorum inter dominorum beate Clare | in Maguntia, et Hartmudi agros in villa et terminis ville ſuperioris | Waldaffen ſita pro decem et octo ſolidis denariorum Colon. bonorum et legalium | Hartmudo genero . . dicti Gritzheimer villico de Waldaffen ad cenſum unius | denarii hollandiensis parochie ſci Martini | episcopi annuatim ſolvendum vendiderit et reſignaverit perpetuo poſſidendos. Nos preſate venditioni et

Digitized by Google

reſignationi, memorato Hartmudo per antedictum Gernodum rite factis, nostrum conſenſum et aſſenſum voluntarium et benivolum adhibuimus et tenore preſentium adhibemus. Dantes preſentes litteras sigillo nostro sigillatas in teſtimonium ſuper eo. Datum. Anno dni M⁰. CCC⁰. | Tercio. feria quarta proxima poſt feſtum beati Nicolai Episcopi.

Das anhängende Siegel des Stifts ist am Rande stark beschädigt. † SIGI . . . . . SA . . . . MOGUNTIN'.

---

609. Die Gemeinde Heymbach ertheilt dem Kl. Eberbach die Zusicherung über die Vertretung seiner Interessen gegen alle Anfechtungen.

1304, *April 14.*

Ocul. Mem. II. fol. LXXXII, a.

Item nos . . vniuerſitas Heimbacensis iuramento preſtito confirmauimus contra quoſlibet iniuriatores exceptis propriis dnis esse inuicem adiutores. hoc adiecto quod ſi aliquis ipsos infeſtauerit minus iuſte nos pro ipsis iusticiam exhibebimus. quam ſi impetitores recuſauerint iſtas aſtabimus fideliter contra illos. Harum autem promiſſionum in quibus ſe nobis obligauerunt ſi aliquam infregerint scultetus eiuſdem ville cum ſex ſcabinis Pingwiam intrabunt postquam nostra fuerint commoniti ex parte donec nobis emendatum fuerit minime receſſuri. Si autem cauſa legitima cogente horum aliquis intrare non potuerit loco ſui alter ydoneus tranſmittetur. Poſt monitionem autem nostram ſi infra tres dies non intrauerint iuxta promiſſionem manſuri. hereditas predicta ad manus nostras ſine contradictione qualibet reuoluetur. Hii autem huic conſtitucioni cum fieret affuerunt videlicet Hert-

Digitized by Google

wicus dictus Crûle. Hermannus de beggelnheim. Conradus filius quondam Heinrici sculteti. Conradus dictus Gypſhorn. Henniginus filius quondam Meyeri. Hanemannus scultetus et Paulus scabini necnon Dytmannus in vico leporum. Richwinus. Volmarus. Conradus gener dicti Enggelſchuch. Thilo Kern dictus Vogel. et Conradus de arena. jurati et quamplures alii fidedigni. In cuius rei perpetuam firmitatem preſens scriptum sigillo ciuitatis nostre Pingwensis fecimus roborari. Datum et actum a. dni. Mill. Trecenteſimo quarto. XVIII. Kal. Maij.

Actum presentibus viris diſcretis et religioſis videlicet dno Johanne paſtore ecclesie ſuperioris Heymbach predicto fratre Johanne Syndico monaſterii de Otterburg in curte eiuſdem monaſterii ſita in ſuperiore Heymbach. fratre Sifrido ſindico . . abbatis et conuentus monaſterii in Eberbach in curia superioris Heymbach conuerſis et pluribus aliis fidedignis ad hoc vocatis pro teſtibus et rogatis. Anno. Indict. menſe die. hora et loco ſupradictis.

Et ego Conradus Longr de Dinkilſpuhel clericus Auguſtensis dyoc. Imperiali auctoritate notarius publicus quia premiſſis omnibus et ſingulis prout preſcripta ſunt una cum dictis teſtibus preſens fui dictamque literam mihi exhibitam legi de verbo ad verbum ut premittitur et copiaui. Ideoque copiam huiusmodi in hanc formam publicam redegi meoque ſigno ſolito et conſueto ſignaui rogatus.

Digitized by Google

610. Eberhard von Geysposheim, Ritter, von Ober-Ingelheim, verkauft seinen Hof Walheim an das Kl. Eberbach.

—

***1304**, Mai 24.*

Ocul. Mem. II. fol. LVI, a.

In nom. dni amen. Quoniam ea que in tempore fiunt cum tempore euanescunt et labuntur. nisi literis autenticis memorie commendentur. Hinc est quod ego Eberhardus miles dictus de Geyspoſheim de superiori ingelnheim presentem literam inspecturis vel audituris cupio esse notum. quod ego una cum consensu filiorum meorum Petri et Rûdolfi. dono donacione inter viuos irreuocabiliter iuspatronatus. quod ad me pertinet in ecclesia blidenſheim sita in terminis prepositure ecclesie sci Victoris extra muros maguntie. in cuius iuris possessione sum et hactenus fui pacifice et quiete. Religiosis uiris dno .. abbati et conuentui monasterii eberbacensis magunt. dyoc. ordinis cysterc. et in iam dictum monasterium predictum ius patronatus cum suis attinentiis et pertinenciis vniuersis pro salute anime mee transfero per presentes pure et simpliciter propter deum. Item notum cupio esse vniuersis quod ego Eberhardus miles predictus omnia bona mea. fructus. redditus siue prouentus. quos habeo in curte Walheim et ipsius terminis racione decime predicte ecclesie in blideſheim cum omnibus attinentiis. pertinenciis suis et iuribus uniuersis quos hactenus possedi et habui iure feodali ab honorabili dno meo abbate monasterii sci albani extra muros Moguntie de scitu. licencia. consensu et bona uoluntate eiusdem dni mei abbatis et conuentus monasterii sci albani predicti vendidi et vendo pro me et meis heredibus de consensu filiorum meorum predictorum iure pro-

Digitized by Google

prietatiſ predictis dnis . . abbati et conuentui monaſterii eberbacensis ementibus pro ſe et ſuo monaſterio predicto imperpetuum habendoſ et poſſidendos, ac trado et aſſigno eiſdem dniſ eberbacensibus bona. fructus. redditus et prouentus et quicquid habeo racione decime predicte in predicta curte Walheim uacuoſ liberos et ab omni homine expeditoſ pro precio nonaginta. V. marcarum colon. denariorum. tribus hallensibus pro denario quolibet computatis. quod precium recognoſco mihi eſſe traditum. numeratum et ſolutum et renuncio in hiis ſcriptis exceptioni pecunie non tradite. non numerate. non ſolute. et immo effeſtucando vna cum filiis meiſ predictis renuncio pure et ſimpliciter in hiis ſcriptis et ſine ſcriptis bonis. fructibus. et omnibus ſupradictiſ per me uenditiſ traditiſ et reſignatis . . abbati et conuentui eberbacenſi antedictiſ. Item predictis emptoribus ſtipulantibus promitto bona fide predictam uendicionem per me factam ratam et gratam imperpetuum habere et contra non uenire arte dolo ſiue cauſa et predictoſ emptores in prefata emptione auctorizare et diſprigare nec non renuncio in hiis ſcriptis omni exceptioni doli. fori. iuriſ et facti. conſuetudinibus quibuscunque et omnibus et ſingulis aliis exceptionibus quibuſ reſcindi poſſet vendicionis contractus predictus. Item renuncio ceteriſ impetrandiſ vel impetratiſ et promitto ſepedictis emptoribus ſtipulantibus ſuper premiſſis omnibus et ſingulis donatione videlicet et vendicione nunquam litem mouere vel mouere volentibus conſentire. Huius uendicionis teſtes ſunt quam plures fide digni. In cuius rei memoriam et omnium premiſſorum firmitatem preſentem literam ſepedictiſ emptoribus in ſignum conſenſus dni mei . . abbatiſ et conuentus monaſterii ſci albani et filiorum meorum predictorum nec non dona-

Digitized by Google

tioniſ et uenditionis predictis tradidi et trado ſub ſigillis quia proprium non habeo iam dictorum dnorum meorum .. abbatis et conuentus monaſterii ſci albani firmiter roboratum. Datum anno dni M⁰. CCC⁰. IIII⁰. feria VIa. ante trinitatiſ.

Et noſ petruſ et rûdolfus nati Eberhardi militis predicti notum facimus vniuerſis quod noſ recognoſcimus noſ viginti quinque annorum esse. ideo donationi et vendicioni factis per patrem nostrum predictum .. abbati et conuentui monaſterii Eberbacensis predictis pure, voluntarie, et ſimpliciter conſentimus et promittimus bona fide prefatis donatariis et emptoribus ſtipulantibus predictaſ donationem et vendicionem factas noſ rataſ et grataſ habere et noſ contra non velle uenire atque ad omnia et ſingula ad que pater noster predictus ſe predictis emptoribus in predicto contractu uendicionis ex preſſis obligauit. nos eiſdem emptoribus noſ preſentibus obligamus. Renunciantеſ omni exceptioni doli fori iuris et facti, beneficio reſtitucionis in integrum et omnibus aliis quibus pater noster predictus renunciauit que in contractu predicto vendicioniſ ſunt expreſſa. Et quia propria ſigilla non habemus sigillis dnorum nostrorum abbatis et conuentus monaſterii ſci albani utimur in hac parte que ad preceſ noſtras preſentibus ſunt appenſa. Datum a. dni et die predictis.

Nos uero Cûnradus abbas et conuentus ſci albani recognoſcimus per preſentes quod Eberhardus miles et filii ſui predicti in nostra conſtituti preſencia recognouit predictus Eberhardus miles ſe predictam vendicionem et donacionem feciſſe dnis eberbacensis monaſterii in omne modum et formam ſe obligaſſe et renunciaſſe, et ipsi filii recognouerunt coram nobis ſe donationem et

zed by Google

venditionem predictaſ rataſ et gratas habere et ſe obligaſſe et ad etatem legittimam veniſſe ſecundum modum et formam ſicut in predictis litteris est expreſſum, et quod Eberhardus miles et filii ſui predicti cum aliis bonis ſuis videlicet agriſ infra nominatim poſitis in littera expreſſis recompenſauerunt nobis feodum ecclesie nostre quod predictus Eberhardus mileſ vendidit abbati et conuentui monasterii eberbac. predictis ſupplicauerunt humiliter et deuote. quod nostrum dignaremur adhibere conſenſum donationi et venditioni. et ſigillis nostriſ preſens ſigillare inſtrumentum contractuum predictorum. Nos uero ipsorum ſupplicationi et peticioni annuentes conſenſimus donationi et uenditioni predictis. Et in ſignum nostri conſenſus et omnium premiſſorum sigilla nostri abbatis et nostri conuentus duximus preſentibus appendenda.

Bona uero ſiue agri quibus prefatus Eberhardus miles et filii sui ſupradicti nobis feodum ecclesie nostre recompenſauerunt ſunt hii. In primo campo. II. iugera an menzerwege prope dnos ſci petri. It. VII. quartalia in eadem prope ſtoren. It. alterum dimidium iugerum extendentia ſe in. VII. quartalia predicta vndir der oſterwiſen. It. alterum dimidium iugerum conſulcanea. VII. quartalibus predictis. It. alterum dimidium iugerum zv wilre. It. vnum iugerum an ſhorneſheymer wege in valle. It. IIII. iugera an der bunden. It. tria iugera in deme dalpade. It. IX. quartalia zu hohenreine conſulcanea pueris dni Hermanni de duna. It. II. iugera an ſpiezheimer ſhorneſheymer wege. It. dimidium duale zu Gimmiſborne n. It. V. quartalia conſulcanea der zarten pueris. It. IX. iugera preter dimidium zv puzze. It.

alterum dimidium iugerum iuxta arborem Herſtrazen. It. duo iugera in marka ſiue in campo Werſtad. It. vnum iugerum iuxta iacobum militem de Bertholdeſheim. — In alio campo. Primo IIII. iugera zu lauzenreyne. It. duo iugera parum ſuperius in eodem campo. It. tria iugera iterum in der ſelben gewanden ex quibus unum extendit ſe an bertholdeſheimer marken. It. duale ibidem. It. VII. quartalia an der oſterwiſen. It. alterum dimidium iugerum an deme ſtec dale extendentia ſe in den holzwec. It. duale extendit ſe ultra uiam que dicitur holzwec. It. duale prope Rûdolfum ex altera parte deſ ſtec dales. It. quintum dimidium iugerum in vno ſulco an deme odernheimer wege. It. nouem quartalia que extendunt ſe of den holzwec. conſulcanea XIV. iugeribus dnorum ſci petri. It. alterum dimidium iugerum an bibelnheymer marke conſulcanea marquardo. It. VIII. iugera in via illorum de abbechin. It. alterum dimidium iugerum zv winkele. It. dimidium iugerum iuxta heynonem dictum kornkoufere. It. alterum dimidium iugerum in via piſarum. It. duo iugera cum dimidio zv ſewe. — Actum et dat. anno dni et die prefatis.

---

611. Wilhelm, Graf von Kazzenelenbogen, befreit das Kl. Eberbach vom Rheinzoll bei Rinvels.

***1304**, Novemb. 16.*

Orig. Urk. im K. Staatsarchiv zu Idstein.*)
Ocul. Mem. II, fol. XV, 2.

Nos Wilhelmus comes de Kazzenelenbogen

*) Die Urk. ist von Mäusen durchfressen, das Siegel von seiner blauseidenen Schnur abgerissen.

zed by Google

et dominus in rinuels tenore preſentium recognoſcimus etc. [*Ista litera eciam eundem tenorem habet ut predicte litere,*) sed suo proprio sigillo communita.*] Actum et datum anno dni M⁰. CCC⁰. IIII⁰. dominica proxima poſt feſtum Martini hyemalis.

---

612. Hiltwin von Elkirhusen, Ritter, und Alheyd, seine Frau, verkaufen an Rulemann von Limpurg ihre Güter in Meynisvelden.

1304, *Decemb. 7.*

Orig. Urk. im K. Staatsarchiv zu Idstein.

Nouerint uniuerſi has literas viſuri vel eciam audituri quod ego Hiltwinus miles ſenior de Elkirhuſen ac Alheydis uxor | mea legittima manu communicata et voluntate concordi vendidimus et vendimus per preſentes Rulemanno ciui lympurgensi ſedenti | inter teguria et ſuis heredibus pro quadraginta et ſex marcis tribus hallenſibus pro denario computatis nobis numeratis et ſolutis titulo | proprietatis in perpetuum ſeptem maldra siliginis cum dimidio annue et ſtatute penſionis in feſto Bartolomei annis ſingulis cadencia de cunctis nostris bonis que habemus in Meyniſuelden tam in campo quam in villa et unum ſolidum denariorum annui cenſus ſemper in natiuitate domini cadentis et tres pullos in feſto beati Martini hyemalis cedentes qui inquam solidus et tres pulli dabuntur eidem Rulemanno et ſuis heredibus in ſignum et teſtimonium quod.. Colonus predicta bona pro tempore excolens ſuſcepit et habet a dicto R. et ſuis heredibus et quod ſibi ab eiſdem dicta bona

---

*) Es ist die Urk. des Grafen Eberhard von Kazzenelnb. gemeint s. oben B. II. No. 378.

ſint conceſſa. et hauc penſionem ſeptem maldrorum siliginis et dimidii . . Colonus dicta bona pro tempore excolens debet et tenetur annis ſingulis dicto termino preſentare ſuper domum in Lympurg quamcunque dictus. R. et ſui heredes ad hoc ſtatuerint ſub ſuis laboribus et expenſis. Statuimus etiam ut . . Colonus iam excolens bona prehabita ac reliqui coloni ſibi ſuccedentes ac eciam eadem bona laborantes ſuſcipere debent ipsam curiam cum bonis predictis a prefato R. et ſuis heredibus prelibatis. Promittimus eciam ſi . . Colonus iam curiam et bona predicta inhabitans vel alii in bonis premiſſis ſibi ſuccedentes penſionem antedictam Bartolomei eidem R. et ſuis heredibus non dederit ſeu preſentauerint ſicut premiſſum eſt quod extunc colonus iam bona laborans vel alii ſibi ſuccedentes non debent bona pretacta excolere nec de cetero laborare ſed dictus R. et ſui heredes poſſunt et debent talem deſtituere colonum et ſuper ipsa bona loco deſtituti pro ſua voluntate alium collocare. Renunciamus itaque in hiis omnibus et ſingulis omni juri, legis auxilio, conſuetudini et ſtatuto ac excepcioni pecunie non numerate non tradite nec ſolute ac omni ſubtilitati que de jure vel de facto nobis vel heredibus nostris contra dictam vendicionem per nos factam quoquomodo competere videretur. Promittimus eciam pro nobis et noſtris heredibus quod nullo ingenio nullaque laborabimus cappcione nulliuſque juris canonici vel ciuilis ſubtilitatibus ſeu aliis quibuſcumque ſuffragiis per nos vel per aliquas perſonas interpoſitas innitemur quibus prefato R. vel ſuis heredibus predictam penſionem aliqualiter auellamus. Affuerunt autem huic vendicioni honeſti viri videlicet Vlricus Richwinus dictus picus et Hiltwinus iunior de Elkirhuſen Milites et Caſtrenſes in Lym-

zed by Google

purg, Fridericus Slaffir frater eiuſdem Hiltwini, Thomas de Derne Caſtrenſes in Lympurg, Wildericus filius domine Gyſſe in Elkirhuſen, Heynricus frater ſuus armigeri et quamplures alii fidedigni. In teſtimonium autem omnium premiſſorum et perpetuam firmitatem preſentem literam sigillis nobilium virorum domini Gerhardi comitis de Dytſe, Johannis dni de Lympurg et Sifridi domicelli de Weſterburch vna cum sigillo meo eidem R. et ſuis heredibus tradidimus roboratam. Et nos domini predicti recognoſcimus nos ad peticionem dicti Hiltwini et ſue coniugis sigilla nostra vna cum sigillo eiusdem Hiltwini ſenioris appendiſſe hiis literis in teſtimonium veritatis. Actum et datum anno domini M°. CCC°. quarto in craſtino Nycolai episcopi.

An Schnüren hängen die Siegel:

1. S'HILTWINI . SENIORIS D. ELKIRH.
2. † S. — GERHARDI COM — DITSE.
3. † SIGILLUM DOMINI IOHANNIS DE LIMPURG.
4. *Ein Bruchstück.*

---

613. Thilmann von Katzenelenbogen, Ritter, und seine Frau Agnes verkaufen ihre bei Lympurg gelegenen Güter.

***1304**, Decemb. 22.*

Orig. Urk. im K. Staatsarchiv zu Idstein.

Nouerint vniuerſi has literas viſuri vel eciam audituri Quod ego Thilmannus miles de Katzenelenbogen | gener Ebirhardi de Bruniſberch militis Caſtrenſis in Lympurg ac Agnes uxor mea legitima manu | communicata et parili voluntate atque de conſenſu et aſſenſu dicti Ebirhardi soceri et Gude uxoris

ſue legit|time socrus mei Thilmanni predicti, et parentum mei agnetis predicte vendidimus et vendimus proprietatis titulo | Rulemanno inter teguria reſidenti ciui lympurgensi et ipsius heredibus in perpetuum pro viginti marcis | tribus hallensibus pro quolibet denario computatis, nobis traditis et ſolutis tria maldra siliginis et alterum dimidium | octale siliginis menſure Lympurgenſis annue et ſtatute penſionis quam penſionem dictus Ebirhardus de Bruniſberg et Guda sua uxor legittima michi Thilmanno predicto, genero ſuo et Agneti filie ſue uxori mee predicte viua donacione concorditer donauerunt et aſſignauerunt ſuper bona ſua propria apud Lympurg que Metza relicta quondam Thilmanni dicti Winkelſeſzirs et ſui heredes jure hereditario habere dinoſcuntur ſiue ſita ſint in ortis vel in campis que eciam Metza predicta et ſui heredes dictam penſionem videlicet tria maldra ſiliginis et alterum dimidium octale siliginis menſure Lympurgensis preſentabunt et ſoluent annis ſingulis de dictis bonis prefato Rulemanno et ſuis heredibus ſuper domum in Lympurg quam idem R. et ſui heredes ad hoc ſtatuerint inter aſſumpcionis et natiuitatis beate Marie virginis duo feſta et hoc dicta Metza et ſui heredes facient ſuis laboribus et expenſis. Renunciamus quoque ore et calamo dictis bonis omnique subtilitati, suffragio ac excepcioni juris canonici vel ciuilis quibus dicta vendicio poſſet in poſterum concuti aliqualiter vel infringi. poſuimus quoque dicto R. et ſuis heredibus fideiuſſores infraſcriptos videlicet Ebirhardum de Bruniſberg predictum, Wigandum de Creuche, scabinum Lympurgenſem et Roricum famulum dicti Ebirhardi quemlibet in solidum pro debita et conſueta warandia facienda. Huius rei

zed by Google

teſtes ſunt fideiuſſores predicti Johannes dictus Laner, Johannes albus scabini Lympurgenſes et fridericus heymburgo et complures alii fidedigni. In cuius rei teſtimonium et perpetuam firmitatem sigillum opidi Lympurg ad nostram peticionem huic litere eſt appenſum. Et nos magiſtri ciuium et scabini opidi predicti recognoſcimus nos ad peticionem dictarum parcium sigillum nostrum huic litere firmiter appendiſſe. Actum et datum Anno dni M°. CCC°. quarto craſtino ſci Thome apoſtoli.

Das Siegel der Stadt Limburg hängt an grünseidener Schnur wohlerhalten an. Umschrift:

† SIGILLVM CIVIVM IN LIMPVRCH . IVSTE . IVDICATE.

---

614. Sophya von Lurenburg, Wittwe, vermacht dem Kl. Eberbach eine Korngült bei Attinhusen.

1305, *April 4.*

Orig. Urk. im K. Staatsarchiv zu Idstein.

Nouerint uniuerſi literarum preſencium inſpectores Quod Ego Sophya relicta felicis memorie quondam Theoderici militis de Lurenburg una | cum conſenſu filii mei unici Theoderici contuli ſeu legaui Religiosis fratribus conuentui videlicet monaſterii in Everbach Ciſter. ordinis maldrum ſiliginis | Lympurgenſis menſure ſuper bonis meis in villa Attinhuſen annis ſingulis in perpetuum percipiendum. pro eo ut animam dilecti mei Th. defuncti et me|am. domino qui omnium miſeretur et nichil odit eorum que fecit in miſſarum et aliorum omnium benefactorum ſuorum ſuffragiis iugiter recommendent. In cuius rei monimentum Ego Sophia preſentem cartulam ſigillo venerabilis viri domini .. abbatis ecclesie in Arinſtein tradidi prefatis fratribus robo-

ratam. Et ego Th. iam predictus huiusmodi teſtamentum de mea bona voluntate et conſenſu profiteor eſſe factum. Nos eciam Gerhardus dei paciencia abbas Arinſteinensis ad preces et inſtanciam utriuſque ſigillum nostrum appoſuimus huic carte. Datum anno dni Milleſimo Trecenteſimo. quinto. In dominica qua cantatur Judica me deus.

Von dem S. des Abtes hängt noch ein Stückchen an.

---

615. Bertradis von Bock, Witwe, verkauft dem Kl. Eberbach ihre Güter bei dem Hof Rile.

1305, *April 7.*

Orig. Urk. im K. Staatsarchiv zu Idstein.

Uniuerſis preſentes literas inſpecturis Nos Fridericus dictus de Medeme ſcultetus curtis in Rile cognoſcere veritatem. Noueritis quod propter | hoc in noſtra conſtituta preſencia Bertradis vidua relicta quondam franco | nis dicti de irco ciuis coloniensis in preſencia Wilhelmi dicti Schilling. Gerardi dicti | de Schatallone, Johannis filii dicti ber, hyemannorum dicte curtis sex jurnales | terre arabilis ſitos in campo dicte ville deſcendentes ſeu manentes a curte | predicta quorum jurnalium quinque iacent quasi ſuper littus reni infra unum ſulcum de quibus ſoluuntur ſingulis annis die dominica post feſtum Servacii quindecim ſolidi colon. pagamenti uſualis et decem pulli. et sextus iacet iuxta aream Johannis dicti Hardeuuſt militis et ſoluit in penſione non tamen hereditaria octo ſol. eorundem denariorum et duos pullos termino predicto. Dedit et remiſit titulo emptionis et vendicionis dilecto in Chriſto

zed by Google

frederico monacho monaſterii Eberbacensis ordinis ciſterc. Moguntino preſenti et ſuſcipienti nomine . . abbatis et conuentus, liberis heredibus dicte Ber. preſentibus et renunciantibus liberaliter ſuper ipſis. Qui quidem fredericus in eodem inſtanti coram nobis hyemannis predictis prenſentibus eoſdem jurnales cum ipſorum penſione predicta et cum omni ſuo iure onere et honore prout ad ipsum pertinent nomine abbatis et conuentus ſui tradidit et remiſit Liueradi legitime filie quondam Gerardi dicti proſkirſe ad dies vite ſue ſolummodo habendos et poſſidendos, et ipſa viam univerſe carnis ingreſſa extunc prefati iurnales cum omni iure predicto ad prefatos abbatem et conuentum libere et ſine contradictione reuertentur. Saluo cenſu et iure curtis predicte. In cuius rei teſtimonium et firmitatem ſigillum nostrum preſentibus duximus apponendum. Datum Anno dni M°. CCC^mo. quinto. feria quarta proxima poſt dominicam qua cantatur Judica.

An Pergamentstreifen hängt das kleine runde Siegel des Ausstellers (Lamm mit Fahne).

† S. FRIDERICI . CL'ICI D' ROCHEIN.

---

616. Jacob Engelman von Worms u. Lyba, Eheleute, verzichten auf ihre Ansprüche bezüglich der Güter des Kl. Eberbach bei Dynheim.

1305, *April 25.*

Orig. Urk. im Gr. G. Staatsarchiv zu Darmstadt.

Nouerint vniuerſi preſencium inſpectores quod Nos Jacobus Engelman et Lyba coniuges legitimi ci|ues Wormacienſes pari conſenſu et unanimi voluntate permiſimus et conſenſimus ac teſtimonio lit|terarum noſtrarum

preſencium expreſſe et voluntarie conſentimus quod viri religioſi .. abbas et conuentus | monaſterii in Eberbach ordinis Cyſt. qui curiam ſuam in Dynheim ſitam prope Oppenheym | cum omnibus boniſ attinentibus nobis pro cenſu annuo quinquaginta librarum hallensium ſolummodo ad tempora vi|te nostre pro ſuppignore obligarunt lta quod post nostrum obitum utriuſque noſtris heredibus ſeu cuiquam alteri nostro nomine in dicta curia et omnibus bonis attinentibus omnino conpetit nichil juris. de dictis bonis ſeptuaginta jugera agri campeſtris ſita ſupra montem, strennuo militi domino Heinrico de Kunegernheim et ſuis heredibus ratione cuiuſdam concambii facti cum eodem pro aliis boniſ ſitis in terminis ville flersheim ſupra Mogum, permutare poſſint liberaliter atque dare ad habendum et proprietatis titulo perpetualiter poſſidendum, vendendum permutandum ſeu in quoſcunque uſus voluerit conuertendum, Renunciantes omni juri quod nobis in dictis ſeptuaginta iugeribus conpetebat omnique inpeticioni et actioni juris cuiuſcunque canonici vel ciuilis, exceptionem quoque deceptionis ſiue doli atque aliis exceptionibus quibuſcunque, quibuſ nobis actio et impeticio queuis contra predictum militem, eius heredes ſiue illum vel illos cui vel quibus dederit vendiderit vel permutauerit ſeptuaginta jugera ſupradicta poſſet conpetere quoquo modo. In quorum omnium teſtimonium ac debitam firmitatem ſigillum noſtrum litteris preſentibus eſt appenſum. Datum anno dni M⁰. CCC⁰. quinto. Marci Ewangeliſte.

Das Siegel ist abgerissen.

---

zed by Google

617. Konrad Speith, Ritter von Spanheim, u. seine Angehörigen schenken dem Kloster Aulenhausen eine Fruchtrente von Gütern in Waldertheim.

—

***1305**, April 30.*

Orig. Urk. im Grossh. G. St.-Archiv zu Darmstadt.

Nos Cvnradus dictus Spheyth miles de Spanheym et Kvnegundis coniuges nec non Demudis soror dicti Conradi, | presentibus recognoscimus et ad vniuersorum noticiam cupimus peruenire publice protestando, quod nos Cvnradus et Cvnegundis predicti | prouida animi deliberatione et bona voluntate, dum alter nostrum viam vniuerse carnis ingressus fuerit, Ecclesie sancte Marie | in Vlenhusen decem maldra siliginis pinguensis mensure, nomine annue pensionis. Et ego Demudis predicta quinque maldra siliginis | et quinque maldra tritici pinguensis mensure scilicet nomine annue pensionis ecclesie Vlenhvsen prefate post obitum meum, tradidimus | contulimus et legauimus, ob nostrarum, nostrorumque parentum animarum remedium et salutem, dictam vero pensionem annone videlicet | quindecim maldra siliginis et quinque tritici secundum conditiones prehabitas nostri heredes seu successores ad quoscunque bona in Waldirtheym | sita infrascripta plenius et expresse fuerint deuoluta, sine laboribus periculis et expensis, infra Assumptionis et Natiuitatis beate | Marie virginis duo festa, infra muros pinguie singulis annis ecclesie predicte Vlenhusen presentabunt et assignabunt, supradictam | etiam pensionem annone Magistra infirmarie ecclesie Vlenhusen prefate, dum tamen eidem ecclesie cedet vt est dictum, in parte | vel in toto, recipiet, ac quatuor sextis feriis quatuor temporum principaliter et aliis congruis temporibus vt sibi videtur in animam suam expedire

Conuentui ſuo conſolationes ſeu refectiones procurabit, vt iugis noſtri memoria in eccleſia ſepedicta | ſincerius habeatur, perpetuis temporibus duratura, si vero dicta legata videlicet quindecim maldra siliginis et quinque maldra tri|tici, dum tamen dicte eccleſie fuerint aſſignata, in ipſa eccleſia Vlenhuſen vt eſt dictum, non fuerint obſeruata extunc enim Con|uentus eiuſdem Eccleſie ſpontaneo motu elegit et preſentibus ſe ad hoc obligauit, quod Conuentus Eccleſie ordinis ſancti Benedicti | in Spanheym, anno quidem neglecto, supradictam annone penſionem, ab eccleſia Vlenhvſen, et ſic deinceps quolibet anno neglecto | recipiet et requiret. Sunt autem hec bona pro ſubpignore memorate penſionis dicte eccleſie aſſignata, videlicet | primo ſeptem iugera ſita in via verſus beckelinheym. Item octo iugera in bonnedal, Item quatuor iugera in via ſulzheym. | Item octo iugera in Afterberge, ſumma horum viginti ſeptem iugera. Eadem enim bona coram .. Judicibus et .. Scabinis | in villa Waldirtheym prout iuris eſt et moris ſunt dicte Eccleſie Vlenhuſen pro ſubpignore reſignata, videlicet Heinrico | Sculteto dicto Eichlere, Thilmanno dicto kalc, Th. dicto rode, petro fratre ſuo dicto Mor, Helwico, Henrico dicto Dymo, Godel|manno, Johanne dicto Heckerich, Vlrico et Henrico dicto Fuderſack milite et aliis quam plùribus fide dignis. Si vero quod abſit | penſio annone supradicta anno aliquo in poſterum neglecta fuerit in parte vel in toto, nec dicte eccleſie Vlenhuſen vt eſt dictum | aſſignata, extunc enim cuncta bona ſupradicta, omni ſtrepitu iuris quieſcente, ad eccleſiam Vlenhuſen ſupradictam deuoluentur. | In huius rei teſtimonium et memoriam firmiorem preſentes litteras ſigillo honorandi

zed by Google

Domini .. abbatis in Spanheim, et .. ſigillo meo | Conradi dicti Speiht antedicti duximus roborandas. Et nos Wilhelmus dei gratia abbas in Spanheym . ad preces Cvnradi. | kunegundis et Demudis predictorum ſigillum noſtrum preſentibus duximus appendendum. Datum anno domini M°. CCC. quinto jn vigilia beatorum philippi et Jacobi apoſtolorum.

Das Siegel Konrads trägt die Umschrift: S. CORADI SPEIHT MILITIS DE SPANHEI.

Das Siegel des Abtes ist nicht mehr vorhanden.

---

618. Gyso, Herr von Molsberch, und Sophie, Eheleute, verkaufen ihre Güter bei Berge u. bei Werse an Rulemann von Lympurg.

1305, *Juni 23.*

Orig. Urk. im K. Staatsarchiv zu Idstein.

Uniuerſis tenorem preſencium inſpecturis nos Gyſo dominus de Molſberch atque Sophia collateralis noſtra | notum facimus publice profitendo Quod nos manu communicata et parili voluntate honeſto | viro Rulemanno opidano Lympurgenſi inter teguria reſidenti atque ipſius heredibus vendidimus | et vendimus in hiis ſcriptis titulo proprietatis in perpetuum pro triginta et tribus marcis pecunie | vſualis nobis ab ipſo traditis et ſolutis quinque jugera terre arabilis ſita prope villam Berge in confinio | eiuſdem ville quod dicitur Auwe et in confinio quod dicitur vulgariter Helde. Item omnes agros et terram | arabilem quos vel quam habemus in villa Werſe et in eius confinio quocumque locorum ſita et qualitercumque | nominentur quos agros et terram arabilem Richwinus filius Hermanni ſub agricultura

igitized by Google

tenet et | tenuit vſque modo. Et nos dominus Gyſo predictus et Sophia collateralis nostra atque omnes heredes nostri quos | preſentibus ad hoc aſtringimus tenemur et debemus dictum R. et ipſius heredes aſſecurare ſiue | warandare quos eciam preſentibus aſſecuramus et warandamus de bonis prefatis quod propria bona ſint et titulo proprietatis ipſis a nobis vendita quo eciam titulo ipſa debent pacifice in perpetuum poſſidere Renunciamus | quoque dictis bonis ore et calamo ac omni juris auxilio canonici vel ciuilis, omnique excepcioni atque | ſubtilitati que nobis aut alicui nostrum contra dictam vendicionem competere viderentur quibus dictam vendicionem | poſſemus in toto vel in parte infringere vel debilitare et que contra preſens inſtrumentum poſſent a quocunque | obici vel adduci.

Huius rei teſtes ſunt. Dytherus laner, Hartmudus de Smachtinberch, Cûnradus | de Ottinſteyn, Didericus beckere Caſtrenſes in Molſberch. Item Wigandus de Creuche, Johannes albus | Enzelo, Otto mulichi opidani Lympurgenses. Item in Werſe Richwinus filius Hermanni, Heynricus grebe, | Berwicus et Malbode. Item in Berge teſtes Wernherus filius Shaneyz, Heynricus et Hertwinus filii | fratris Heynrici de Ruzegiſhan. et quamplures alii fidedigni. In cuius rei teſtimonium et perpetuam firmitatem | nos dominus de Molſberg et... Collateralis nostra predicti sigilla nostra vna cum sigillo nobilis viri domini G. | comitis de Dytſe duximus preſentibus apponenda et nos... comes iam dictus recognoſcimus nos | sigillum nostrum ad peticionem dictorum coniugum vna cum sigillis ipſorum preſentibus appendiſſe. et nos teſtes | predicti profitemur premiſſa

omnia eſſe vera. Actum et datum Anno dni M°. CCC°. Quinto in | vigilia natiuitatis ſancti Johannis Baptiſte.

An grün (1) u. rother (2. 3) Schnur hängen:

1. ..... SEDER H . R . VA . MOLSBERCHE.
2. .... OPHI .. *(verdrückt).*
3. † SIGILLUM GERHARDI COMITIS DE DITSN.

Rückſiegel: † S' GERARDI COMITIS DE DITSE.

---

619. Rupert, Graf von Virninburch, u. Cunegund, ſeine Frau, verkaufen ihre Güter bei Lyntere an Rulemann von Limburg.

***1305**, Sept. 24.*

Orig. Urk. im K. Staatsarchiv zu Idstein.

Nos Rûpertus comes de Virninburch ac Cûnegundis nostra collateralis tenore preſencium recognoſcimus | et ad vniuerſorum noticiam cupimus peruenire Quod nos vnanimi conſenſu et manu communicata ac de conſenſu | Ruperti filii nostri et omnium liberorum nostrorum vendidimus et vendimus per preſentes Rulemanno opidano Lympur|genſi commoranti inter teguria et ipſius heredibus ſeu hiis quos idem R. ſuos heredes ſtatuere et deputare | decreuerit pro triginta marcis pecunie vſualis nobis a dicto R. traditis integraliter et ſolutis omnia et ſingula | bona nostra in Lyntere in villa vel campis ſita cum omni ſuo jure et attinenciis proprietatis titulo pacifice in perpetuum poſſidenda que quidem bona ſoluunt annuatim quinque maldra siliginis menſure Lympurgensis cedentia inter aſſumpcionis et natiuitatis beate Marie virginis duo feſta et tres pullos in carniſpriuio cedentes cum ſuo jure videlicet capite electo. Et quia ad preſens commode in loco vbi hec bona ſita ſunt ipſis bonis renunciare perſonaliter non potuimus Thilmannus

dominus de Rûnker (sic!) noſter conſangwineus pleno mandato a nobis ad hoc deputatus ipſis bonis nostro nomine et pro nobis in loco vbi ſita ſunt renunciauit et dicto R. et ſuis heredibus ſeu hiis quos idem ſuos heredes deputauerit dictorum bonorum poſſeſſionem et proprietatem ore et calamo tradidit quibus et nos proprietatem ac poſſeſſionem eorundem bonorum conferimus per preſentes. Renunciantes omni accioni defenſioni exceptioni atque ſubtilitati juris canonici vel ciuilis quibus dicta vendicio poſſet in poſterum in toto vel in parte reſcindi ſeu quomodolibet inpediri. Huius rei teſtes ſunt nobiles viri Gy. dominus de Molſberg et Th. de Rûnckel predictus. Wygandus de Creuche. Hartlibus de neſtebach. Heynricus fulda et H. de Ruzegiſhan, scabini Lympurgenses. Item Ludewicus ritſhalc, Gernodus de hulzheym, Heynricus Shurre et Waltherus de menſueldin, ylios et Engilbertus cum multis aliis fidedignis. In cuius rei teſtimonium et perpetuam firmitatem sigilla nostra atque sigillum dicti R. nostri filii vna cum sigillo nobilis viri domini G. comitis de Dytſe preſentibus ſunt appenſa. Et nos Comes de Dytſe predictus ad peticionem dictarum parcium sigillum nostrum duximus apponendum. Actum et datum Anno dni M°. CCC°. quinto, feria ſexta poſt Mathei apostoli et Ewangeliſte.

An roth (1. 2.) u. grün (3. 4.) seidenen Schnüren hängen:

1. SIGILLVM ROPERTI COMITIS DE VIRNINBURC.
2. SIGILLVM KUNEGUNDIS . . . ITISE D' VIRNENBURCH.
3. S' ROBERTI DE WIRNENBURC.
4. SIGILLVM . . . . . RDI COMITIS DE DITSN.

Rückstegel: SIGILLVM G' COMITIS DE DITSE.

Digitized by Google

620. Die Gebrüder Jacob u. Emercho von Werstat u. Genossen entsagen ihren Ansprüchen auf Güter des Kl. Eberbach bei Bunsheim.

—

***1305**, Oct. 16.*

Orig. Urk. im Gr. G. Staatsarchiv zu Darmstadt.

Nos Jacobus et Emercho fratres filii quondam Jacobi de Werſtat, Emercho et | Hertwicus fratres, filii quondam Emerchonis dicti Gruber atque Cunradus de | Frittenheim gener Enffridi recognoſcimus publice ſcripti preſentis ſerie confiten|tes nos bonis honorabilium virorum domini ... abbatis et conventus monaſterii Eber|bacenſis apud villam Bunesheim ſitis, ſuper quibus putantes nobis iuris quoddam | competere, ipsos aliquando impetiuimus et affabamur dominos renunciaſſe ſimpliciter et expreſſe pro eo quod edocti ſumus et lucide informati nichil in eadem bona iuris | aut actionis nobis competere aut ullis umquam competiſſe temporibus quemadmodum nobis competere putabamus. Pro hiis itaque bonis ipsos dominos aut ullos ipsorum ſequaces nunquam debemus inantea impetere aut vexare ope aliqua iuris canonici vel ciuilis, publici ſeu priuati, conſuetudinis aut ſtatuti in iudicio vel exra iudicium ullis modis renunciantes uniuerſi et ſinguli omnibus exceptionibus quibus contra premiſſa venire poſſemus aut iuvari ullo ingenio ſive arte ac rogantes has litteras ſigillo civitatis Oppinheimenſis roborari ob teſtimonium premiſſorum. Nos itaque P. scultetus. et.. conſules Oppinheimenſes rogati per dominos Eberbacenſes nostros concives atque Ja. Emerch. Emerch. Hertw. et Cunradum predictos nostre ſigillo civitatis communiri effecimus iſtud

ſcriptum. Actum ac datum anno dni Milleſimo. trecenteſimo. quinto. feſto ſci Galli abbatis.

An Pergamentstreifen hängt das zur Hälfte noch vorhandene grosse Siegel von Oppenheim.

---

621. Papst Clemens V. verordnet, dass das Kl. Eberbach in den Besitz abhanden gekommener Güter wieder eingesetzt werde.

1305, *Oct. 17.*

Orig. Bulle im K. Staatsarchiv zu Idstein.

Clemens episcopus ſeruus ſeruorum dei dilecto filio ... decano ecclesie | beate Marie ad Gradus Maguntine Salutem et apostolicam benedictionem. Dilectorum filiorum ... Abbatis et Conuentus Monaſterii Herbacensis Ciſterc. ordinis Maguntine diocesis | precibus inclinati preſentium tibi autoritate mandamus quatinus ea que de bonis | ipsius Monaſterij alienata inueneris illicite uel diſtracta ad ius et proprietatem | eiuſdem Monaſterij legitimo reuocare procures Contradictores per cenſuram ecclesia|sticam appellatione poſtpoſita compeſcendo. Teſtes autem qui fuerint nominati ſi | ſe gracia odio vel timore ſubtrâxerint cenſura ſimili appellatione ceſſante com | pellas ueritati teſtimonium perhibere. Datum Burdegalis XVI. kal. Novemb. Pontif. n. a. primo.

An Kordel hängt wohlerhalten das Blei:

CLE
MENS
PP. V.

---

zed by Google

622. Heynrich Beyer von Nesene und Godefrid von Rifinberg, Ritter, verkaufen ihre Güter in Hultzhusin u. in Vele an Rulemann von Lympurg.

1305, *Dec. 16.*

Orig. Urk. im K. Staatsarchiv zu Idstein.

Ego heynricus dictus bawarus de Neſene miles et Cecilia vxor mea legittima et ego Godefridus de rifinberch | miles et Elizabeth vxor mea legittima tenore preſencium recognoſcimus et ad vniuerſorum noticiam cupimus peruenire | Quod manu communicata et parili voluntate vendidimus et vendimus per preſentes Rulemanno opidano Lympurgensi | inter teguria commoranti atque heredibus eiuſdem ſiue hiis quos ſuos heredes ſtatuerit bona noſtra in Hultſhuſin prope Ribe|ſangin et in Vele in villis vel campis ſiue locis quibuſcunque in confinio dictarum villarum ſita cum omni ſuo jure et attinenciis ad ipsa pertinentibus pro centum marcis tribus hallenſibus bonis et legalibus nobis pro denario quolibet | traditis et ſolutis proprietatis titulo quiete et pacifice in perpetuum poſſidenda. Quorum eciam bonorum proprietatem | et poſſeſſionem dicto Rulemanno et ſuis heredibus ſiue hiis quos ſuos heredes ſtatuerit ore et calamo contulimus et conferimus | per preſentes. Nos eciam dictorum bonorum eiſdem proprietatis titulo a nobis venditorum debitam firmam et legittimam | promittimus facere warandiam. Preterea renunciamus dictis bonis et omni beneficio juris canonici vel ciuilis exceptioni | non numerate pecunie non tradite nec ſolute necnon omnibus defenſionibus vel subtilitatibus vtriuſque juris quibus | dicta vendicio ſollempniter celebrata poſſet reſcindi aut in toto vel in parte quomodolibet impediri.

Huius rei teſtes | ſunt diſcreti viri videlicet Ebir-

hardus de brunifberch, Richwinus picus, Vlricus et Vdo milites, Thomas de | Derne et Johannes de Seyne armigeri, caſtrenſes in Lympurg. Item wigandus de Creuche, Johannes Lanerus, Heyn|ricus fulda, Heynricus de Ruzegiſhan, Johannes albus scabini Lympurgenses et Enzelo opidanus ibidem. Item in hůltſhuſin Teſtes Cůnradus dictus Brucher, Cůnradus de Vele, Hermannus dictus Kůſeler et Wernherus frater eius. Johannes | dictus hauwirzůn, Heynricus Eſil, Ludewicus de Eſhilſhobin et Ludewicus frater dicti Groze cum multis aliis fidedignis. | Vt autem huiusmodi vendicio perpetue firmitatis robur obtineat preſentem literam dicto R. et ſuis heredibus atque hiis | quos ſtatuerit heredes sigillo mei ... Bawari predicti ac sigillis nobilium virorum domini Gerhardi comitis de Dytſe et domini Gyſonis de Molfberch tradidimus communitam. Ego autem Godefridus predictus quia ad preſens sigillo careo sigillo Emmilrici fratris mei vtor in hac parte. Et nos.. Comes ac dominus de Můlſberch predicti recognoſcimus nos sigilla nostra ad peticionem dictorum | .. coniugum preſentibus appendiſſe. Et ego Emmilricus predictus quia frater meus sigillo ad preſens caruit sigillum meum | duxi preſentibus apponendum ad peticionem.. coniugum predictorum. Actum et datum anno domini M°. CCC°. quinto | feria quinta poſt feſtum beate Lucie virginis.

An grünen Schnüren hängen:

1. S. HEINRICI BEGE.... MILITIS.
2. S. EMMERICI DE RIF(inbe)RCH.
3. SIGILLVM GE..... ITSN.
4. S' GHIS...HERE VAN M...ERCHE.

623. Heynrich von Castele, Edelknecht, u. Katherina, seine Frau, verkaufen ihre Güter zu Syndirsbach an Johann Lauer von Lympurg.

***1305**, Dec. 30.*

Orig. Urk. im K. Staatsarchiv zu Idstein.

Ego Heynricus dictus de Caſtele armiger et Katherina vxor mea legittima in Syndirſbach notum facimus vniuerſis Quod | nos manu communicata et parili voluntate vendidimus et vendimus per preſentes sex maldra siliginis menſure Lympurgensis annue | penſionis ſuper bona nostra ſeu terram arabilem infraſcriptam que diuerſis nominibus nominantur Johanni dicto Lauer et Leuze coniugibus de Lympurg | et ipsorum heredibus pro triginta marcis et triginta solidis pecunie vſualis nobis traditis et ſolutis proprietatis titulo quiete et | pacifice perpetuo poſſidenda, videlicet ſuper vnum jugerum cum dimidio ſub via vinearum. Item ſuper dimidium jugerum prope berleychirbûrne | Item ſuper tria jugera prope kyzigen grauen. Item ſuper vnum jugerum in Gudinrode. Item ſuper quatuor jugera in .. Rore. Item ſuper | duo jugera prope Bechbome. Item ſuper vnum jugerum prope Hifholderin. Item ſuper duo jugera coniuncta Swalebechir wege. Item | ſuper .. Jûch duo jugera in duabus particulis. Item ſuper aream in Syndirſbach ſitam ante pomerium dicti .. Surin que bona titulo | proprietatis poſſedimus vſque modo. de quibus eciam bonis coniunctim nos et heredes nostri dictam penſionem annis ſingulis debito tempore pre|ſentabimus dictis .. coniugibus et ipsorum heredibus ſuper domum in Lympurg quam ad hoc deputauerint, noſtris laboribus et expenſis. — Promittimus quoque pro nobis et nostris heredibus quod bona prenotata nequaquam

diuidemus nec ab inuicem ſeparabimus niſi fuerit de conſenſu | ... coniugum predictorum et heredum eorundem, promittentes nichilominus annis ſingulis dimidium jugerum dictorum bonorum ſimare ſiue ſimo | meliorare. et ſi in hiis omnibus et ſingulis quod abſit negligentes aut remiſſi inuenti fuerimus ſuper quo conuinci poſſemus, tunc | amodo a dictis bonis erimus totaliter ſeparati et nobis erit perpetuum ſilentium de eiſdem et noſtris heredibus, ſed dictus Lanerus, eius | vxor atque ipsorum heredes bona predicta poſſidebunt in perpetuum titulo ſupradicto, et ipsa alteri vel alteris locare poterunt ad placitum | et omnem vtilitatem ſuam facere de eiſdem abſque nostra et cuiuslibet contradictione. Nos eciam proprietatem et poſſeſſionem dictorum bonorum | ore et calamo dictis .. coniugibus et ipsorum heredibus contulimus et conferimus per preſentes renunciantes omni excepcioni vel defen|ſioni juris vtriuſque canonici vel ciuilis que nobis competere et dictis .. coniugibus et heredibus ipsorum obeſſe quoquomodo viderentur.

Huius autem vendicionis teſtes deputati ſunt diſcreti viri Ludewicus plebanus de kirchdorf, Hartmudus zinke | armiger, Anſhelmus de derne opidanus Lympurgensis, Sybodo ac Heynricus de Eynzinberge fratres eiusdem, Heynricus hulin|heckere et mûlichus sororius ipsius atque petrus filius Bechtoldi. Item Meynhardus, Lûtzo rodener et Heynricus | fulda scabini Lympurgenses cum quampluribus fidedignis. In teſtimonium autem et perpetuam firmitatem omnium premiſſorum preſentem | literam prefatis .. coniugibus et ipsorum heredibus, sigillo nobilis viri domini G. comitis de Dytſe ad noſtram peticionem | preſentibus appenſo dedimus communitam.

zed by Google

Et nos ... comes predictus ad inſtanciam dicti Heynrici ſueque vxoris sigillum | noſtrum duximus preſentibus in teſtimonium apponendum. Actum et datum Anno dni M°. CCC°. quinto in craſtino Innocentum.

An Kordel hängt unten abgebrochen das Reutersiegel:

† SIGILLVM . C . . . . . IS . DE . DITSN.

---

624. Hartmud Zinke von Sindirsbach u. Alheyd, seine Frau, verkaufen ihre bei Sindirsbach u. Kirchdorf gelegenen Güter an Joh. Laner von Lympurg.

1305, *Dec. 30.*

Orig. Urk. im K. Staatsarchiv zu Idstein.

Ego Hartmudus dictus zinke de Sindirſbach armiger et Alheydis vxor mea legitima tenore preſencium recognoſcimus et ad vniuerſorum noticiam cupimus peruenire Quod manu communicata et parili voluntate vendidimus et vendimus per preſentes sex maldra | siliginis menſure Lympurgensis annue penſionis ſuper bona nostra ſeu terram arabilem ſitam in locis infraſcriptis que quidem loca diuerſis | nominibus vt ſequitur nuncupantur Johanni dicto Laner et kůtze coniugibus de Lympurg et ipsorum heredibus pro triginta et quatuor marcis | tribus hallenſibus bonis et legalibus nobis pro denario quolibet traditis et ſolutis proprietatis titulo quiete et pacifice perpetuo poſſidendam | videlicet ſuper vnum jugerum quod dicitur Anewindir quod quondam fuit patrui mei Zinkonis predicti qui dicebatur . . ſure. Item ſuper vnum jugerum ſitum prope Swalebechir wege. It. ſuper vnum jugerum cum dimidio ſita in campo ville Kirchdorf iuxta foſſatum. It. ſuper duo dimidia jugera ſita prope Swalebechir wege. It. ſuper

vnum jugerum apud Sindirſbach quod quondam erat .. Surin predicti et ſitum eſt iuxta Cauernam que dicitur vulgo Hole et ſuper vnum jugerum ſitum ex oppoſito quod fuerat .. Surin predicti. It. ſuper duo jugera que protenduntur vel trudunt verſus Gudinrode deſuper iuxta arbores nucum. It. ſuper vnum jugerum quod trudit verſus Friderichis Heyde de Harin. It. ſuper duo jugera que protenduntur vltra viam Hůltſhuſin et trudunt ad anewendir Anſhelmi de Derne. It. ſuper vnum jugerum ſitum retro villam Sindirſbach quod erat predicti .. Surin. It. ſuper duo jugera deſuper iuxta agros Heynrici de Kaſtele in Gudinrode ſitas. It. ſuper dimidium jugerum ſitum deſuper iuxtra agros Craftonis. It. ſuper dimidium jugerum deſuper ſitum iuxta agros .. Heymdins prope Hünregrabin. It. ſuper aream ſitam retro horreum mei Zinkonis predicti prope aream mulieris dicte Heſſin que bona omnia et ſingula proprietatis titulo poſſedimus vſque modo. Et de hiis omnibus coniunctim Nos et heredes nostri dictam penſionem sex maldrorum annis ſingulis debito tempore preſentabimus dictis .. coniugibus et ipsorum heredibus ſuper domum in Lympurg quam ad hoc deputauerint nostris laboribus et expenſis. Promittimus quoque pro nobis et nostris heredibus quod bona prenotata nequaquam diuidemus nec ab inuicem ſeparabimus niſi fuerit de conſenſu .. coniugum predictorum et heredum eorundem promittentes nichilominus annis ſingulis dimidium jugerum dictorum bonorum fimare ſeu fimo meliorare. Et ſi quod abſit nos aut heredes nostri dictam penſionem debito tempore vt predictum eſt annis ſingulis dictis .. coniugibus vel ipsorum heredibus non preſentaremus et dicta bona abſque voluntate .. eorun-

zed by Google

dem diuidemus vel dimidium jugerum omni anno non ſmaremus ſuper quo conuinci poſſemus tunc amodo a dictis bonis erimus totaliter ſeparati et nobis et heredibus nostris erit perpetuum ſilencium de eiſdem, ſed dictus .. Lanerus eius vxor eorumque heredes bona predicta poſſidebunt perpetuo titulo quo ſupra, et ipsa alteri vel alteris locare poterunt pro placito et omnem vtilitatem ſuam facere cum eiſdem abſque nostra et cuiuslibet contradictione. Nos eciam proprietatem et poſſeſſionem dictorum bonorum ore et calamo dictis .. coniugibus et ipsorum heredibus contulimus et conferimus per preſentes. renunciantes omni excepcioni vel defenſioni juris vtriuſque que nobis competere et dictis .. coniugibus et heredibus ipsorum obeſſe quoquomodo viderentur.

Huius vendicionis teſtes ſunt videlicet diſcreti viri Ludewicus plebanus de Kirchdorf. Heynricus de Kaſtele armiger, Anſhelmus de Derne opidanus Lympurgensis, Sibodo ac Heynricus de Eynzinberge fratres eiuſdem, Heynricus Hulinbeckere et Mulichus sororius ipsius et Petrus filius Bechtoldi. It. Meynhardus, Lutzo rodenere, Heynricus fulda scabini Lympurgenses cum quampluribus fidedignis. In teſtimonium autem et robur perpetuum omnium premiſſorum preſentem literam dictis .. coniugibus et ipsorum heredibus, sigillo nobilis viri dni G. comitis de Dytſe ad nostram peticionem preſentibus appenſo tradidimus communitam. Et nos .. Comes predictus sigillum nostrum ad peticionem dictarum .. parcium duximus preſentibus apponendum. Actum et datum a. dni M°. CCC°. quinto. in craſtino Innocentum.

An hänfener Schnur hängt wohlerhalten das Reitersiegel des Grafen. Umschrift: † SIGILLVM . GERHARDI . COMITIS DE DITSN.

625. Das Kl. Eberbach vergleicht sich mit der Abtei Altenberge über eine Mauer zwischen den beiderseitigen Höfen in Köln.

—

***1306**, Febr. 24.*

Orig. Urk. im K. Staatsarchiv zu Idstein.

Vniuerſis preſentes viſuris et audituris frater Johannes dictus abbas monaſterii veteris montis salutem et cognoſcere veritatem. Faciliter | animus noster ad ea flectitur in quibus nobis et ecclesie nostre nullum videtur preiudicium generari. Nouerit igitur veſtra vniuerſitas quod nos | maturo prehabito consilio de voluntate et conſenſu conuentus nostri, ne lis inter venerabiles patres... anteceſſores dominii Petri | abbatis de Erbach et anteceſſores nostros olim habita vltra quoquomodo inter nos et nostros ſucceſſores perſeueret vel in poſterum | renouetur videlicet de muro contiguo domuſ nostre in Colonia conſiſtente retro ſtupam et calefactorium domus predictorum.. abbatis et conuentus de Erbach ipsis et nobis in alterum attinenti concordauimus in hunc modum vt nos.. abbas veteris montis et conuentus predictum murum confringere et reedificare poterimus nostris sumptibus et expenſis, eundem murum domui nostre predicte inſerendo vel implicando tali ſub conditione vt de cetero in predicta domo nostri nulla feneſtra fieri debeat vel spectaculum in predictorum venerabilium virorum dni.. abbatis et conuentus de Erbach preiudicium vel grauamen et ut neuter nostrum ſeu ſucceſſorum nostrorum ſine conſenſu alterius et voluntate de predicto muro aliquid diſpendere debeamus aut preſumamus quoquomodo. Preterea conditionaliter eſt eciam expreſſum quod nec nos nec ipsi.. abbas et conuentus de Erbach predicti de muro qui extenditur ab eadem noua domo nostri verſus

zed by Googl

Renum et contiguatur domui eorum nichil omnino attemptare debeamus super eundem murum, per eundem murum, vel verſus eundem murum edificando quod poſſit partem alteram quomodolibet impedire. Ad que nos et nostrum conuentum preſentibus obligamus. In cuius rei teſtimonium sigillum nostrum preſentibus eſt appenſum. Acta sunt hec in Colonia coram dno P. abbate de Erbach et nobis preſentibus... priore, fratre Frederico et fratre Arnoldo monachis de Erbach, M. priore nostro, fratre Th. scriptore et monacho nostro, fratribus Conrado et Th. conuerſis commorantibus in curia nostra in Colonia, magistro Johanne de sco kuniberto, et Jacobo dicto van den Butschzů et ceteris quam pluribus fide dignis.

Datum a. dni M°. CCC°. sexto. in die b. Mathie apost.

Das Siegel fehlt.

---

626. Heinrich Beyer u. Godefrit von Rifinberch widerrufen ihre Ansprüche an das dem Bürger Ruleman zu Limburg verkaufte Gut zu Holtshusen.

1306, *März 10.*

Orig. Urk. im K. Staatsarchiv zu Idstein.*)

Wir Gyſe dir Here von Molſberch dun kůnt allen den di diſen brif an ſint odir horint vnd irkennin vns des | Alleyne wir anſprachedin alſ ſulch gut alſe zu holtſhuſen lit bi Ribeſangen, das her heynrich beyer, vnd her godefrit | von Rifinberch ſin swagir

*) Früheste in deutscher Sprache ausgefertigte Urkunde des Eberbacher Klosterarchivs.

bit gehencniſſe irre elichen Wirtin bit geſamintir hant virkauft hant Rulemanne | vndir din gademin eynin burger von Lympurg, vnd ſinen Erbin odir di he irkuſet zu Erbin vmmir me eweliche | zu habene zu Eygintlichme rechte vnd alleyne vns duchte daz wir an deme gude eytſlichirmaze recht hettin | doch han wir vns iruarin an herin ritterin vnde guden Luden vnd ſin gewiſit vnd gin ſelbe das daz war | iſt daz wir odir keyn vns erbe an duſin vorgenanten gude keyn recht odir keyne vorderunge han odir zu rechte haben inſollen, vnd daz wir Rulemanen vnd ſine erbin odir di ſe kuſit zu erbin an diſme gude | wir odir vnſe erbin gehinderin wellin noch inſollin, Sundir wir irkennen vns daz wir diſe vurgenanten zwene rittere vnd auch Ruleman zu vnrechte gehindirt vnd gemut han, want dis gut fri eygin iſt, Wir han auch zu holtſhuſen an gerichte vor den beſheydenin Luden di her na beſhriben ſtent vůr den wir dis furgenante gut anſprechit machtin, vůr den ſelbin han wir di anſprache widirrufin vnde | widirſprechin vnd widirrufen ſi an diſme genwortegin briue vnd gelobin vor vns vnd alle vnſe | erbin daz wir nummir Ruleman or ſin erbin or di he zu erbin kuſit durch diz gudis willen an geſpre|chin noch ſi da an hinderin ſolin noch in wollin. Vnd da wir diſe anſprache widerrifin da was vbir her ebirhart von bruniſberg, her richwin ſpecht, her Vde, her petir di rittir ſint, vnd Johan herin ebirhars ſun de | Cnecht iſt, Wygant von Creuche, Lutze rodenere, Hartlip von Neſtebach, Heynrich von ruzegiſhan vnd.. fulde | diſe Sheffenin von Lympurg, dingele von Vlachte, Heyneman kircheline, Enzele, Friderich heymburge, Wernher kuſelere | herman ſin brudir, Gerhart dir lurzin

ſun, Johan hawerzůn, Cůnrat bruchere vnd ſin ſun, grellin ſun, Eſil von | Hůltſhuſen, Cůnrat von Vele, herbort von Mulene, Vnd vil gudir lude. Vnd daz diz ewege ſtedekeyt | vnd veſtekeyt behalde, des han ich here von Mulſberch min Ingeſigil gehangin an diſin genwortegin | brif vnd han gebedin di zwen edele man grebe gerlache von Naſſowe, vnd grebe gerhart von | Ditſe, den wal kuntlich iſt daz ich dis gut vnbilliche ane geſprochin hatte, daz ſi auch ir ingeſigil an diſin brif hant gehangen. Vnt wir zwene grebin bekennen daz wir durch dis herrin bede von | Mulſberch han vnſe zwey Ingeſigil an diſin brif gehangen. Dirre brif iſt gegebin dis důnriſdagis | vůr halpfaſten, do man zalte von godis geburte, duſint iar dru hundirt iar in me ſeſtin Jare.

An rothen Schnüren hängen die Reitersiegel:

1. S' GHISE DER HERE VAN — BERCHE.
2. (gerla)CI COMITIS DE (nass)OWE.
3. † SIGILLVM GERHARDI COMITIS DE DITSE.

---

627. Jutta, Witwe Rapodos von Bingen, erwirbt dem Kl. Eberbach eine Geldrente.

1306, *Juni 24.*

Orig. Urk. im Gr. G. Staatsarchiv zu Darmstadt.

Nos frater Johannes dictus abbas et conuentus in Ebirbach preſentibus profitemur — quod Matrona honeſta dna Jůtta Relicta quondam Arnoldi Rapodonis ciuis Pingwensis comparauit ſiue emit nobis quatuor Marcas annui cenſus — inperpetuum ſoluendos quarum quatuor marcarum Dytmarus ciuis in Pingwia ac ſui heredes duas marcas colon. ſoluere tenentur

de quinque peciis vinearum ſitis in inferiori Heymbach quarum una ſita eſt in loco qui dicitur an deme Nackin tres ander Lücken et quinta an deme ymplingen reliquas duas marcas Hugo ac ſui heredes in Dypach ſoluet de duabus vineis quarum una ſita eſt prope agrum iuxta Wyincſbach et altera amme Hüttennacken quas quidem quatuor marcas quatuor marcis quas eadem matrona nobis in elemoſinam alias contulit addemus et ſic de octo marcarum predictarum redditibus pane tritticio vino frankonico et bonis piſcibus plenarium ſeruicium In natiuitate glorioſe virginis Marie ſub omnibus condicionibus ac penis prout in littera cui hec carta tranſſixa adheret *) continetur Conuentui honeſte et habundanter ſingulis annis faciemus. In cuius recognicionis — teſtimonium ſigillum nostrum duximus preſentibus apponendum. Datum anno dni. M°. CCC°. Sexto. In natiuit. beati Johannis bapt.

---

628. Das Kl. Eberbach vermiethet an Wigand Greue u. Grete, Eheleute, in Bingen, sein daselbst gelegenes Haus.

1306, *Oct. 16.*

Orig. Urk. im Gr. G. Staatsarchiv zu Darmstadt.

Nos frater Petrus dictus Abbas totuſque Conuentus in Eberbach ord. Cyſterc. Mogunt. dyoc. tenore preſencium proteſtamur — quod locauimus atque conceſſimus Wigando dicto Greue et Grete vxori ſue legi-

*) Das anhängende Siegel des Abts ist mit seinem Pergamentstreif durch Einschnitte am unteren Rand der Urk. Syfrids (vgl. oben No. 548) hindurchgesteckt, sodass beide Urk. eng verbunden auf einander liegen.

zed by Google

time ciuibus pinguenſibus domum noſtram ſitam ex opoſito Pauli eiuſdem ciuitatis Scabini pro duodecim solidis colon. denariorum tribus hallenſibus pro denario computatis iure hereditario ſub condicionibus inferius notatis poſſidendam videlicet quod in feſto beati Martini hyemalis nobis quatuor ſolidos colon. preſentabunt et Paulo memorato duos ſolidos eiuſdem monete cum capone. Item in feſto beate Walpurgis nobis quatuor ſolidos colon. et ſepedicto Paulo duos ſolidos colon. aſſignabunt pro quibus omnibus inuiolabiliter obſeruandis dicti coniuges domum predictam cum vinea sua dicta Mittelpad in terminis Pinguie ſita nobis — pro subpignore obligarunt, ut ſi quod abſit in ſolutione dicti cenſus ſtatutis temporibus inuenti fuerint neglientes aut remiſſi extunc domus ſepedicta ipsis a nobis talimodo conceſſa cum vinea memorata nobis — cedant libere et quiete —. In cuius rei teſtimonium — ipsis has preſentes literas tradidimus nostri sigilli munimine roboratas. Actum et datum a. dni M°. CCC°. VI°. In die beati Galli confeſſoris.

Das Siegel ist abgerissen.

---

629. Wygand von Zutsheym u. Gela, seine Frau, vergleichen einen Streit mit dem Kl. Eberbach über verschiedene Güter.

***1307**, Jan. 22.*

Orig. Urk. im K. Staatsarchiv zu Idstein

Ego Wygandus de zutſheym et gela vxor mea publice profitemur et conſtare cupimus vniuerſis Quod de omni queſtione et contencione | habitis inter nos ex vna et honorabiles viros ... abbatem et conuentum

Ebirbacensem ordinis ciſterc. ex parte altera ſuper duobus manſis | et tercia parte manſi ſitis Zutſheym, ſuper domo ſita Lympurg, ſuper curia in zutſheym et bonis attinentibus, ſuper septem marcis et fertone reddituum | annualium quos apud dominum ... abbatem et .. Conuentum predictos comparauimus, mediantibus viris diſcretis gerhardo de bubinheim, H. de naſſowe militibus | et Wygando de Creuche compoſitoribus amicabilibus concorditer hinc inde electis de conſenſu et ſcitu vtriuſque partis vt infra ſequitur ſumus totaliter complanati, videlicet quod nos nostrique heredes domum predictam ſitam Lympurg apud scampna panum perpetuo poſſidebimus eo jure quo ipsam ... abbas et Conuentus predicti hactenus poſſederunt. Item .. idem vnam marcam annualem cedentem de domo gerlaci de creuche contigua domui predicti nobis et nostris heredibus aſſignauerunt quam vna cum dictis duobus manſis et tercia parte manſi perpetuo titulo proprietatis poſſidebimus pacifice et quiete. Nos quoque conſenſu parili renunciamus septem marcis et fertone annualibus predictis, quatuor solidis cum dimidio annuatim cedentibus in Rinekawe, orto ſito trans logenam apud Lympurg que perpetuo apud dictum monaſterium permanebunt. Renunciamus quoque Curie in zutſheym et bonis omnibus adherentibus que domino .. abbati et .. Conuentui predictis reſtituimus libera et ſoluta. Item eiſdem .. abbati et Conuentui in feſto beati Martini proxime futuro reſtituere debemus notorie nouem marcas pro quibus septem solidos dictorum cenſuum vendideramus. Si eciam compertum fuerit quod plus de prefatis cenſibus vendidimus pecuniam quam proinde recepimus, tenemur ſimiliter eiſdem domino .. abbati et conuentui iam dicto termino

zed by Google

aſſignare. Hoc eciam expreſſo quod nos aut heredes nostri amplius de cenſibus predictis ſiue de cenſibus aliis quibuſcunque prefati monaſterii nos non intromittemus aliqua ratione. Preterea ſi probauerimus concambium prati et agrorum in zutfheym factum eſſe nobiscum, per illos quorum intererat ex mandato ſpeciali .. abbatis et conuentus predictorum idem concambium ſtabit, alioquin hoc concambio caſſato nostra reſumemus relinquentes dicto monaſterio bona ſua. Et ad obſeruandum inuiolabiliter omnia et ſingula ſupradicta, nos nostrosque heredes obligamus ſub pena triginta marcarum quas domino . . . abbati et Conuentui predictis quitabimus, ſi dictam ordinacionem amicabilem in toto vel in parte preſumpſerimus violare. Sub qua pena eciam .. abbas et conuentus predicti nobis et nostris heredibus aſtricti ſunt, ſi contra premiſſa aut eorum aliquid fecerint vel venerint vllo modo. Et ſuper premiſſis in teſtimonium et euidenciam ceſſantibus dolo, fraude, excluſis omnibus excepcionibus et defenſionibus juris vel facti, ac omni ſubtilitate, preſentes literas domino .. abbati et .. Conuentui prenotatis sigillo vniuerſitatis in Lympurg ad preces nostras appenſo tradidimus communitas. Nos quoque .. Magistri ciuium | opidi Lympurgensis ad preces dictorum .. Coniugum sigillum vniuerſitatis predicte duximus preſentibus apponendum. Actum et datum | anno dni M°. CCC. septimo in craſtino sce Agnetis virginis et martiris.

An Pergamentstreif hängt das grosse Siegel der Stadt Limburg mit weggebrochenem Rand.

---

630. Der Convent zu Beselich u. Godefrid von Derne, Ritter, treffen einen Tausch von Gütern.

1307, *Mai 21.*

Orig. Urk. im K. Staatsarchiv zu Idstein.

Nos prior magiſtra ſindicus totusque conuentus ſanctimonialium in beſelich recognoſcimus tenore preſencium et ad omnium noticiam volumus peruenire quod ex conſilio quorundam diſcretorum ſubſcriptorum Cum domino... Godefrido militi de derne dicto tamen de Curia quorundam agrorum equalem fecimus | permutacionem nam predictus dominus.. G. habuit in terminiſ agrorum Curie noſtre ſite et dicte Gezinbudem agrum quendam quem quidam dictus | ſundach nomine ipsius longo tempore poſſidebat pro quo agro conſenſu omnium ſuorum coheredum fecimus equalem et racionabilem permutacionem, nam | dedimus ipſi ac ſuiſ heredibus in terminiſ ville ſuperioriſ diffinbach iuxta viam que dicitur mulen wech vnum agrum qui ſe in ſpacio vnius jornalis et parumper amplius extendit et addidimus ſibi vnum dimidium jornalem ſitum in terminiſ ville ſtenebach in permutacionem et recompenſacionem debitam et condignam que inquam permutacio et a nobis et a predicto domino.. G. et ſuiſ heredibus in perpetuum reſeruanda. Teſtes huius permutacioniſ ſunt quidam dictus Keſer et henricus dictus fledener. Johannes ſindicus in beſelich et Gerlacus dictus ſtnrm ibidem et alii quam plures fide digni. In cuius rei teſtimonium ſigilla predictorum videlicet conuentus et dni . . . G. preſentibus ſunt appenſa. Datum circa feſtum trinitatis M°. CCC°. ſeptimo Anno incarnacionis domini iesu chriſti.

zed by Google

An Pergamentstreifen hängen:

1. † S. PRIORIS ET CONVENTVS I. BESELICH.
2. † S. GOTFRIDI M..... IS DE CURIA DE DIK.

---

631. Conrad von Oysterspeyge u. Hedewig, seine Frau, verkaufen dem Kl. Eberbach einen Weinzins.

***1307**, Mai 26.*

Orig. Urk. im K. Staatsarchiv zu Idstein.

Vniuerſis prelentes literas viſuris et audituris. Nos .. Conradus filius Crispine et .. Hedewigis coniu|ges de Oyſterſpeyge Notum eſſe volumus et Tenore prelentium publice recognoſcimus et fatemur quod | nos coniuncta manu et unanimi uoluntate vendidimus et uendimus Reuerendo viro dno ... Abbati et conuen|tui clauſtri Eberbacenſis vnam amam franci vini super vineam sitam in monte ex opposito Eccleſie pro quatuor marcis | cum duobus ſolidis denariorum, bonorum et legalium tribus hallensibus pro denario quolibet computandis Nobis in prompta pecunia numeratis quam amam vini dicto abbati et Conuentui hereditario iure et imperpetuum ſingulis annis in curiam ipſorum in Oyſterſpeyge aſſignabimus ſub nostris laboribus et expenſis, dicta etiam vinea singulis annis eccleſie in Oyſterſpeyge tunc racione cenſus quatuor denariorum et quartale vini ad communicandum populum in die Paſche quos quatuor denarios et... quartale vini nos .. Conradus et .. Hedewigis predicti uel noſtri ſucceſſores perſoluemus eccleſie ſupradicte, ita quod jus Clauſtri Eberbacenſis in aliqua parte non deterioretur. Preterea vna particula dicte vinee tenetur racione cenſus Hermanno dicto Menzechin et .. petro dicto leo cuilibet ipsorum, vnum denarium

Digitized by Google

quem cenſum simili modo Nos... coniuges predicti et.. nostri ſucceſſores Ipsis ſingulis annis aſſignabimus de noſtra burſa, vt etiam propter illum cenſum abbas et Conuentus nullatenus defraudentur. Hoc etiam adiecto quod cum Nos.. decedere contigerit vnus de noſtris heredibus dictam vineam a prouiſore Curie in Oyſterſpeyge recipiet cum omni jure et condicionibus ſupradictis. Et nos... Hermannus et... Leo antedicti et procurator eccleſie qui fuerit pro tempore Recognoſcimus per preſentes quod si Conradus et Hedewigis predicti in cenſu perſoluendo neglientes fuerint uel remiſſi prouiſori Curie in Oyſterſpeyge incunabimus quod ipse de cenſu ſatiſfaciat antequam de tali neglientia dampnum aliquod oriatur. In cuius rei teſtimonium preſentes literas ſcribi fecimus et.. Sigillo dni Echardi plebani in Oyſterſpeyge firmiter communiri, preſentibus sculteto et.. scabinis eiuſdem loci et pluribus aliis fidedignis. Datum anno dni Milleſimo. CCC^{mo}. septimo. In craſtino beati Urbani.

Das anhängende kleine Siegel ist oben und unten verletzt. Umschrift: ...EB'TI.. *(verwischt).*

---

632. Gobelo, Notar der Stadt Mainz, macht dem Kl. Eberbach seine Güter bei Musschebach zum Geschenk.

***1307**, Mai 28.*

Orig. Urk. im K. Staatsarchiv zu Idstein.

In nomine dni Amen. Nos.. abbas Totusque conuentus monaſterii Erbacenſis ordinis Cyſtercienſis Moguntine | dyoceſis Recognoſcimus et preſentibus literis publice confitemur quod cum discretus vir magiſter Gobelo ciuitatis Moguntine notarius quinquaginta quin-

zed by Google

que jugera terre arabilis minus dimidio iugero necnon vinearum duo iugera et duale et paulo plus atque pratorum tria jugera et salicum campestrium magnarum ad | quantitatem vnius iugeris nec non trium ſolidorum hallenſium et duorum cappinorum red|ditus in villa et terminis ville de Muſſchebach ſitorum una cum quadam area et arbutis atque magnis arboribus Nucorum in predicta | villa Muſſchebach ſitorum et ſitis prout inferius preſentibus ſpecificantur, pro centum libris et octo | libris hallenſium traditis integraliter et ſolutis, erga Cunradum de Romano et Herbordum dictum ſelkeners atque eorundem pueros, venditores necnon Gotſcalcum de aquis preſentem et in huiusmodi venditionem conſentientem, ciues Moguntinos comparauit ſua pecunia propria numerata. Dictaque bona coram . . scultheto et . . scabinis dicte ville de Můſſchebach ipse . . G. ſibi receperit Reſignata prout conſuetudinis eſt et iuris ſic quod de quolibet predictorum iugerum duo denarii Mogunt. nomine cenſus ſoluendi ſunt annuatim cenobio sanctimonialium in Clarindal. Idem . . G. anime ſue ſalutis non immemor ob dei intuitum et Reuerenciam glorioſe matris ſue virginis Marie predicta iugera agrorum vinearum atque prata arbores cum area cum omni ipſorum onere et honore quibus ipse predicta bona poſſederat, nobis et noſtro monaſterio poſt ſuum obitum in perpetuum optinenda ſollempni donatione inter viuos facta fratre Heinrico de aquis maiore cellerario et sindico noſtro predicta bona nomine noſtri ſuſcipiente in figura Iudicii dicte ville coram . . sculteto et . . scabinis contulit prout eſt juris ſollempniter et donauit ſub hoc forma, quod nos . . abbas et conuentus ſupradicti noſtrique ſucceſſores pro tempore exiſtentes preſertim de ipſis bonis et

ratione eorundem ac aliorum beneficiorum quam plurimum nobis et noſtro monaſterio multipliciter inpenſorum intuitu eidem .G. triginta maldra bone et ſicce ſiliginis atque sex maldra eiuſdem frumenti de Granario noſtro in Moguntia noue eidem G. quoadvixerit ſuper domum nobis Moguntie deputatam infra duo Aſſumptionis et natiuitatis beate Marie virginis feſta grandine, exercitu aut ſterilitate frugum quibuſlibet non obſtantibus, dabimus et preſentari faciemus omni anno in omnem euentum ſub noſtris periculis laboribus et expenſis. Ad hoc nos preſentibus literis ſub fidei noſtre et religionis ſacramento et predictorum perditione bonorum, pro ipſius .G. libitu diſponendorum ſine exceptione qualibet juris canonici et ciuilis ſi negligentes fuerimus in premiſſis aut aliquo premiſſorum. Ad que perficienda ſingula nos .. et noſtrum monaſterium preſentibus firmiter obligamus. Post ipſius vero .G. deceſſum pro eius et parentum aut benefactorum ſuorum animarum remedio et ſalute de predictis bonis viginti quinque maldra siliginis ſingulis annis in omnem euentum in perpetuum dabimus et dare nos preſentibus obligamus ad refectionem ſeu refectiones nostro conuentui ſicut antedictus .G. in noſtrum monaſterium predictum ſtatuendas et obſeruandas dandasque decreuerit pro ſuo ac parentum ſuorum et benefactorum anniuerſario cum vigiliis et miſſis pro defunctis per noſtrum conuentum ſemel in anno deuote et vniuerſaliter peragendo. Situs autem predictorum agrorum vinearum et pratorum talis eſt. Tria videlicet jugera apud monachos an den Langen ses morgen offe Erbinheimer wege. Item tria jugera apud Schirſteinre wege an den virzen morgen. Item vnum duale apud duo jugera monachorum. It. dimidium quod fuit fleſſen. It. quinque vir-

gas apud Reyſen. It. tria jugera offe Eychehe an Byburger holtzwege. It. duale neben dem Marſcalke. It. duo jugera an den zehen morgen ofme Echehe. It. vnum et dimidium jugera an den hohen anewenden. It. vnum et dimidium jugera an den ſteynbunden nebin Arnoldum filium aduocati. It. vnum | jugerum neben Theodericum filium Swein anme syppelre wege. It. tria jugera cum vna virga | hindene inme Geuelle of dem von Bucheſſe. It. duale uf hern maloſe von Scharpinſtein anme syppelre wege. It. tria jugera que fuerunt... dicti Leriche unden an der Langenhecken. It. tria iugera of Wiſſebeder velde an der Quernvorhe. It. duo jugera indewendig des kunigeſ bunden an den verin. It. ..... cum dimidio an der Erbinheimer marken. It. dimidium jugerum bi dem Bomelne. It. am ..... tres virge cum dimidia que fuerunt Belzwère. It. duo dualia ofter hoſen. It. vna virga cum dimidia zů affinborne. It. inme herſtalle duo jugera cum dimidio neben dem hern von Lindowe. It. duale of dy wyſen neben hern Nicolaus zům widenhoue. It. tria jugera obwendich Dotzheimer wege neben dem hern von frowenſtein. It. duo jugera under Dotzheimer wege neben dem Lantfogede. It. septem virge vorne offer Langenhecken. It. dimidium jugerum imme Geuelle neben der Wedenzhobe. It. tria jugera underme hufechine ghigen Caſtelle wert andem Marſcalke. It. duale by diſſide des hoinſteines neben dem walpoden. It. duo jugera cum dimidio von den wirf morgen dy fleſſchin warint ander ouern vorhe. It. dimidium jugerum agri quod

fuit Rebebonis quod iacet in den Bodeme apud pueros Berwelfi. It. reditus vnius ſolidi Colonienſis et quatuor cappunorum ſuperius ſcripti quos ſoluit Guda Schifmennen. In quorum teſtimonium et euidentiam pleniorem preſentem paginam sigillo nostro uno quo ſemper vtimur et uſi ſumus tradidimus communitam. Datum et actum Moguntie Anno dni M°. CCC°. VII°. prima dominica post octauam Trinitatis.

Das Siegel ist von seinem Pergamentstreif abgerissen.

---

633. Bygela von Ofheym, Witwe, u. ihre Kinder verkaufen ihre Güter bei Unter-Albach.

***1307**, Sept. 30.*

Orig. Urk. im K. Staatsarchiv zu Idstein.

Vniuerſis preſentium inſpectoribus et auditoribus in perpetuum ego Bygela relicta quondam friderici de Ofheym ego quoque Gerhardus | et Hyldegundis soror mea pueri iam dicte Bygele cupimus eſſe notum et publice profitemur Quod manu communicata et parili | conſenſu vendidimus, vendimus et tradimus per preſentes iuſto vendicionis titulo kvſe filie quondam .. huſemanni de Lympurg et ſuis | heredibus ſeu hiis quos heredes ſtatuerit duodecim jugera terre arabilis ſita in campis ville inferioris Albach cum prato et area una attinentibus eiſdem agris ac eciam cum jure siluarum nec non omni modo et jure quo ipſa poſſidemus, proprietatis titulo quiete et pacifice perpetuo poſſidenda pro viginti marcis et dimidia vſualis pecunie nobis deliberate et ſolute. Nos eciam dictam emptricem nomine ſuo et ſuorum heredum ac eorum quos forte heredes ſtatuerit in proprietatem et

zed by Google

poſſeſſionem dictorum bonorum miſimus et mittimus per preſentes, promittentes eiſdem ſuper dicta vendicione firmam et legittimam facere warandiam. Renunciamus quoque nos venditores predicti literis impetratis aut impetrandis, priuilegio fori, excepcioni doli, accioni in factum, condicioni ſiue cauſa, et omni alii auxilio juris vel facti quod nobis ad reſcindendum vendicionis et empcionis contractum predictum prodeſſe poſſet, et dicte emptioni ſuis heredibus aut illis quos heredes ſtatuerit dictorum bonorum obeſſe contra aliquod premiſſorum. Huius quoque vendicionis nostre teſtes et fideiuſſores pro legittima warandia preſtanda ſunt Goppo de Lympurg, Hermannus de Albach, Emmircho et Hartmannus de Ofheym. Item | teſtes Rudegerus de Ofheym armiger, Byzo de albach Hermannus, Dilmannus et Cůnradus campanarius de Ofheym cum multis aliis fidedignis. Vt autem hec vendicio nostra perpetuam firmitatem obtineat preſentes literas sigillo nobilis viri, Godefridi comitis de Dytſe ad nostram peticionem appenſo, dedimus communitas. Et nos . . . comes iam dictus ad peticionem dictorum venditorum sigillum nostrum duximus preſentibus in teſtimonium apponendum. Actum et datum Anno dni M°. CCC°. VII°. in craſtino beati | Michaelis archangeli.

An grüner Schnur hängt wohlerhalten das Reitersiegel:

† S. GODEFRIDI . . . . IS DE DYTSE.

634. Der Convent zu Beseleych verkauft seine Güter bei Ober-Albach an Rulemann von Limburg.

—

***1307**, Oct. 19.*

Orig. Urk. im K. Staatsarchiv zu Idstein.

Nos frater Gobelo prior ac Hildegardis de Milene magistra totusque conuentus ecclesie in Beſeleych Trever. dyoc. tenore | preſencium recognoscimus et ad vniuerſorum noticiam cupimus peruenire, Quod unanimi voluntate accedente eciam conſenſu reuerendi in Chriſto | patris nostri domini Dyderici abbatis de Arinſteyn mediante dilecto in Chriſto fratre Johanne de Sconinburne dicte ecclesie nostre monacho | vendidimus et vendimus per preſentes iuſto vendicionis titulo Rulemanno opidano Lympurgensi commoranti inter teguria et ipsius heredibus ſeu hiis quos heredes ſtatuerit dimidium manſum terre arabilis ſitum in ſuperiori Albach in villa vel campis, cum omni ſuo jure et attinenciis quem quidem manſum dimidium colit Criſtina filia ſturmen, relicta Diderici dicti Sacci, pro triginta tribus marcis pro quolibet denario tribus hallenſibus computatis, quam ſane pecuniam profitemur nos recepiſſe et in nostros ac dicte nostre eccleſie vſus neceſſarios conuertiſſe, mere proprietatis titulo quiete et pacifice perpetuo poſſidendum. Promittimus quoque et promiſimus dicto . . . Emptori pro ſe et ſuis heredibus legittime ſtipulanti de dictis bonis tamquam de bonis mere propriis firmam facere warandiam. Renunciamus preterea omni beneficio juris canonici vel ciuilis et ſpecialiter illi juri quo cauetur deceptis ultra dimidium iuſti precii, literis et graciis inpetratis aut inpetrandis necnon omnibus excepcionibus vel defenſionibus juris vel facti

Digitized by Google

quibus dicta vendicio ſollempniter celebratra poſſet reſcindi ſeu quomodolibet impediri. Facta eſt hec venditio preſentibus Leymfrido de Dipinbach et Emmirchone fratribus et Heynrico de albach armigeris. Item Stebin, Dilmanno filio ſuo, Johanne genero ſuo, Friderico dicto polenre, Hermanno de neſene et heynrico de Lare. Item Eynolfo de Vlachte et Cůnrado dicto Ulinſhirben cum multis aliis ad hoc in teſtimonium conuocatis. Ut autem hec vendicio nostra perpetue firmitatis robur obtineat preſentes literas dicto . . Emptori, nostri necnon reuerendi domini nostri . . abbatis predicti atque nobilis viri domini Gerhardi comitis de Dytſe sigillorum munimine tradidimus communitas. Et nos abbas predictus huic vendicioni conſenſum beniuolum adhibentes sigillum nostrum, nos eciam . . . comes iam dictus ad peticionem dictorum venditorum nostrum sigillum duximus preſentibus in teſtimonium apponendum. Actum et datum anno dni M°. CCC. septimo in craſtino sci Luce ewangeliste.

An grünen Schnüren hängen:

1. † S' PRIORIS ET CONVENTUS I. BESELICH.
2. † S. ABBATIS D(ear)INST(ey)N.
3. *Fehlt.*

---

635. Pachtbrief über Güter bei Undenheim.

1307, *Dec. 3.*

Orig. Urk. im Gr. G. Staatsarchiv zu Darmstadt.

Judices sce Moguntine sedis Recognoſcimus per preſentes quod Herbordus dictus Ring de Vndenheim in noſtra preſencia ; conſtitutus recognouit et publice fuit in iure confeſſus ſe teneri et debere ſoluere, ac Mogun-

igitized by Google

tiam preſentare ſuis periculis laboribus | et expenſis ſingulis annis annue et perpetue penſionis infra Aſſumptionis et Natiuitatis beate Marie virginis duo feſta hono|rabilibus dominis . . Decano et Capitulo Eccleſie Moguntine quatuor maldra bone et sicce siliginis et duo maldra tritici Mo|guntine menſure de duodecim jugeribus terre arabilis in terminis ville Vndenheim ſitis quorum ſpecificacio inferius ap|parebit, videlicet de duali agri retro dumum (sic!) Johannis dicti Creiz Item de duobus jugeribus cum dimidio jugere con|ſulcaneis Arnoldo militi de Lorngen, retro dumum Gebehardi quondam Item de dimidio jugere an ober friſenheimer wege conſulcaneo Gebehardo quondam apud quinque quartalia. Item de vno jugere in den Entzildale conſulcaneo heredibus domine | quondam dicte Senzel Item de vno jugere vber den ober friſenheimer weg in der langen gewanden conſulcaneo Arnoldo militi Item de duobus jugeribus et dimidio penes agrum qui dicitur Harſnur Item de duali an ober Hanheimer Wege apud quinque jugera et dimidium Wernheri militis, que jugera quondam fuerunt Henrici dicti Helbeling de Oppenheim reſidentis in Vndenheim, ſuper quibus quidem jugeribus Theodericus famulus quondam Emerichonis de Jeſtad cantoris Eccleſie ſancte Marie ad gradus Mogunt. comparauit et emit dicta quatuor maldra siliginis percipienda ad tempora ſue vite et ea poſt obitum ſuum legauit Eccleſie Moguntine, necnon eciam ſuper dictis jugeribus Hertwicus dictus Gritzing de Oppenheim et.. vxor ipſius legitima emerunt et comparauerunt predicta duo maldra Tritici et ea ſtatim dederunt pro remedio anime ſue Moguntine Eccleſie ſupradicte, in quorum maldrorum percepcione et poſſeſſione

zed by Google

eſt Eccleſia memorata. Eſt eciam adiectum contractui predicto quod vnicus tantum heredum prefati Herbordi poſt eius deceſſum eadem jugera poſſideat indiuiſa et inter plures nullatenus diuidantur. Eligens quoque dictus Herbordus quod ſi ipſe in ſolucione dicte penſionis vt preſcribitur negligens inuentus fuerit vel remiſſus, prefati domini .. Decanus et Capitulum ſe incommittere de dictis jugeribus debeant et de ipſis ordinare pro ſue libitu voluntatis, nosque in ipſam pro neglecta penſione excommunicacionis ſententiam perferre poſſimus et debeamus omni iudiciorum ſtrepitu quieſcente. Actum anno M°. CCC°. VII°. III°. Non. Decembris.

Ohne Siegel.

---

636. Benzela Zidil, Witwe, u. ihre Kinder verkaufen ihre Güter zu Eshilshoben an Rulemann von Limburg.

***1307**, Dec. 5.*

Orig. Urk. im K. Staatsarchiv zu Idstein.

Ego Benzela relicta quondam heynrici dicti zidil et ego Cunradus, wylhelmus, Heynricus, Sylo, Erinbertus, Lutzo et | alberadis pueri iam dicte vidue publice profitemur et notum eſſe cupimus vniuerſis Quod communicata manu et parili voluntate vendidimus et vendimus per preſentes iuſto vendicionis titulo Rulemanno opidano Lympurgensi commoranti inter teguria, ementi et recipienti pro ſe et ſuis heredibus ſeu quos heredes ſtatuerit pro quadraginta et ſex marcis nobis deli|beratis traditis et ſolutis sedecim jugera terre arabilis, proprietatis titulo quiete perpetuo poſſidenda quorum decem ſita ſunt in campis Eſhilſhoben que comparauimus apud Weltherum dictum Jude

et alheydim ipſius sororem, et alia sex jugera ſita ſunt in campis Dykirchen, duo videlicet apud viam verſus Lympurg, empta apud quondam Gilbertum sacerdotem et . . . heredes . . monetarii, vnum et dimidium ſita iuxta alheydim sororem hiltwini, vnum iuxta agrum Jutte vxoris hiltwini, vnum iuxta agros friderici de Mulene, necnon dimidium inter agros quorundam dictorum de Etzilſdorf que jugera ipſi R. recipienti nomine ſuo et ſuorum heredum, ac eorum quos heredes ſtatuerit, aſſignauimus et aſſignamus perpetuo proprietarie poſſidenda ac eiſdem agris per effeſtucacionem ſollempniter renunciauimus et renunciamus. Renunciantes pariter exceptioni doli accioni in factum condicioni ſine cauſa ac omni defenſioni iuris vel facti quibus dicta vendicio ſollempniter celebrata poſſet quomodolibet impediri. Huius rei teſtes et fideiuſſores pro legittima warandia facienda deputati ſunt heynemannus ſtal, Eckehardus cognatus ſuus, heynemannus mûlener, heynemannus Swalewenſwanc, Gerlacus de Dykirchen et Erinbrachtus. Item teſtis Gobelinus de Mulene cum multis aliis fidedignis. Ut autem dicta vendicio perpetue firmitatis robur obtineat preſentem literam ſigillo ſtrenui viri domini nostri domini friderici de Langenowe rogauimus communiri. Et nos fridericus iam dictus ad peticionem dictorum venditorum sigillum nostrum duximus preſentibus in teſtimonium apponendum. Actum et datum anno dni M°. CCC°. septimo, in vigilia ſancti Nycolai epiſcopi.

An rother Schnur hängt wohlerhalten, im Schilde den Schrägbalken, das Siegel:

† S. FRIDERICI MILITIS DE LANGEN . . E.

637. Emecho, Graf von Nassau, genehmigt einen Verkauf Richwins von Bubinheim von Gütern bei Langensheyt.

1308, *Febr. 3.*

Orig. Urk. im K. Staatsarchiv zu Idstein.

Nos Emecho comes de Naſſowe vniuerſis preſencia viſuris et audituris notum eſſe volumus ac profitemur quod nostrum beniuolum | conſenſum et aſſenſum ad hoc adhibuimus et adhibemus quod honeſtus vir Richwinus de Bubinheym canonicus in Lympurg duo | jugera vinearum dicta lickerſgrube apud Langenſheyt ſita que a nobis jure hereditario poſſedit pro sex denariis proprii cenſus in die sci Martini annuatim cedentibus vendidit et tradidit Richolfo dicto kůnench opidano Lympurgenſi et ſuis heredibus habenda et poſſidenda perpetuo jure hereditario pro cenſu annuo predicto a nobis et noſtris heredibus, quemadmodum dictus Rich. poſſedit hactenus a nobis dicta duo jugera vinearum. In teſtimonium autem premiſſorum sigillum nostrum preſentibus duximus apponendum. Actum et datum anno dni M°. CCC°. octauo, in craſtino purificationis beate Marie.

An Pergamentstreif hängt das Siegel (im Schilde den links sprengenden Reiter); die beschädigte Umschrift lautet:

† S. EMICHONIS ..... (nasso)WE.

---

638. Reiner von Godela u. Rilindis, seine Frau, machen dem Kl. Eberbach ihre in Oppenheim gelegenen Häuser zum Geschenk.

1308, *April 16.*

Orig. Urk. im Grossh. G. Staatsarchiv zu Darmstadt.

Eberhardus de rantecken ſcultetus Conſilium et vniuerſi milites ac ciues oppenheimenſes | tenore pre-

Digitized by Google

ſencium publice profitemur quod quondam Reinerus de godela noſter conciuis et | Rilindis vxor ſua communicata manu et vnanimi voluntate contulerunt, tradiderunt et legauerunt in ſalutem animarum ſuarum viris religioſis dno... abbati et conuentui de | Eberbach ord. Cyſterc. Moguntine dyoc. medietatem domus lapidee eorum antique ſite in | ciuitate noſtra verſus ciuitatem. Inſuper domum lapideam ſitam retro eandem domum verſus | caſtrum oppenheimense integraliter et in toto — preterea duas domos exopposito ſupradicte antique domus lapidee eorum conſtructas nichilominus contulerunt. Item vineam quandam dictam Leheimer ſitam in terminis nostre ciuitatis. It. undecim iurnales vinearum ſitos in terminis ville Dinheim in loco qui dicitur credenburne — ſed quia dicta Rilindis huiusmodi collacionem predictam marito ſuo viuente de conſenſu ipsorum amborum ordinatam voluit ratam et ſtabilem permanere, ipsam coram nobis iuxta formam predictam innouauit preſentibus in hiis ſcriptis. Nos igitur ad peticionem dni... abbatis et conuentus predictorum de Eberbach ac prefate matrone Rilindis noſtrum ſigillum preſentibus appendimus in teſtimonium premiſſorum omnium. Datum anno dni M°. CCC°. VIII°. XVI°. Kal. Maij.

Das Siegel ist abgerissen.

---

639. Hartmud Zinke von Sindirsbach u. Alheyd, seine Frau, berichtigen ihren obgedachten Gutsverkauf an Joh. Laner von Lympurg.

1308, *Mai 2.*

Orig. Urk. im K. Staatsarchiv zu Idstein.

Vniuerſis preſencium inſpectoribus ego Hartmudus dictus Zinke, et Alheydis coniuges | de Sin-

dirſbach cupimus eſſe notum Quod cum vendiderimus ... Lanero et ſuis heredibus sex | maldra siliginis annualium reddituum ſuper agros nostros diuerſimode in literis quibus hec litera an|nexa eſt *) nominatos, et cum ex quadam obliuione jugerum quoddam ſitum apud Sindirſbach an dir holen in dictis literis ſcriptum contineatur loco cuius aliud jugerum ſcriptum fuiſſe debuiſſet nos loco illius jugeri nominamus et deputamus aliud jugerum proprium quod dicitur anewynder, ſitum | apud berleychir bûrne, onerantes ipsum iugerum iam dictum ſicut alia jugera in maiori litera contenta redditibus ante dictis, excluſo tamen dicto jugero an dir holen. Ceterum vnita manu prefato ... Lanero et ſuis heredibus pro decem marcis et vno maldro siliginis nobis deliberatis vendidimus vendimus et tradimus duo maldra siliginis annualium reddituum de tribus jugeribus vno ſito retro domum Rudolfi de Syndirsbach empta apud Heynricum de Caſtele, et de duobus jugeris ſitis apud holtſhuſer wech quorum vnum apud dictum H. comparauimus ſoluenda et preſentanda perpetuo prefato ... Lanero aut ipsius heredibus jure et modo quibus ipsis dicta sex maldra ſoluuntur et ſecundum formam dictarum literarum quibus hec litera eſt annexa, dolis et fraudibus quibuslibet procul motis. In cuius rei teſtimonium ad nostram peticionem sigillum strenui viri dni Gerhardi de Bubinheim preſentibus eſt appenſum. Et ego G. iam dictus, ab Hart. et Al. predictis rogatus sigillum meum pro teſtimonio appoſui huic ſcripto. Acta ſunt hec preſentibus .. plebano in kirchdorf, H. de kaſtele, Sybodone sculteto, An-

*) Die Urkunde ist mit der obigen No. 624 transfigirt.

Digitized by Google

ſhelmo de Derne fratre ſuo, heynrico hulenheckir, heynrico de eynzinberge . . . mulicho et petro filio bechtoldi, et aliis | multis fidedignis. Anno dni M°. CCC°. VIII°. in craſtino beate Walpurgis virginis.

Mit dem anhängenden Siegel:

† S' GERHARDI MILITIS DE (bu)BIHEI(m).

---

640. Heynrich von Crummenawe, Edelknecht, verkauft seine Güter in Mensfeldin an Rulemann von Lympurg.

1308, *Mai 22.*

Orig. Urk. im K. Staatsarchiv zu Idstein.

Vniuerſis preſentes literas viſuris et audituris in perpetuum ego heynricus de Crummenawe armiger filius quondam Eynolfi militis notum eſſe cupio et profiteor | Quod Dyderici et Wilhelmi fratrum meorum atque friderici de Lymene ac Germudis ſue legitime neptis mee annuente conſenſu vendidi vendo et trado | per preſentes Rulemanno opidano Lympurgensi moranti inter tuguria et ſuis heredibus ſeu omnibus et ſingulis quos heredes ſtatuerit bona mea in Menſfel|din in villa campis ſiluis aut aquarum decurſibus ſita cum omni ſuo jure et attinenciis que bona per iuſtam diuiſionem cum dictis meis fratribus habitam mihi ceſſerunt que eciam bona eque condiuiſa ſunt a bonis friderici et Germudis predictorum que habent in dicta villa pro octoaginta et quatuor marcis | tribus bonis hallenſibus michi pro quolibet denario ſolutis et traditis proprietatis titulo quiete perpetuo poſſidenda, promittentes dicto . . Emptori pro ſe et ſuis heredibus ſeu quos heredes ſtatuerit ſtipulatim per annum et diem contradictores

zed by Google

omnes tollere et ſopire et ſuper dicta vendicione firmam warandiam preſtare litem vel controuerſiam ipſis non inferre nec inferentibus conſentire, vendicionem quoque dictorum bonorum ab omni homine et vniuerſitate legitime defendere auctorizare et diſbrigare, eandemque vendicionem ratam et firmam tenere et per me ſeu per alios in judicio ſiue extra, aliqua causa arte modo de jure aut de facto contra non facere vel venire, Renuncians excepcioni non numerate pecunie non aſſignate, priuilegio fori excepcioni et accioni doli, accioni in factum, condicioni ſiue cauſa et omni alii auxilio juris vel facti quod contra preſens inſtrumentum aut factum quomodolibet poſſet obici vel opponi. Huius quoque vendicionis teſtes et fideiuſſores pro warandia preſtanda ſunt ſtrenui viri Heynricus de Staffele, fridericus parvus, bucher de Lurenburg, Wylhelmus frater meus predictus armiger et Theodericus filius domini Th. de Lurenburg, Otto filius domine Grete de Dytſe, necnon Heynemannus de Shupach. Item teſtes wygandus de Creuche et H. de Ruzegiſhan scabini in Lympurg. Item Heynricus Selebecher colonus dictorum bonorum, Heynricus shurrůn, Weltherus de Menſſeldin, Ludewicus ritſhalc, heynricus hůnregrebe et Cůn. de rodeheym cum multis aliis fidedignis. Vt autem hec mea vendicio perpetue firmitatis robur obtineat preſentes literas dicto . . . emptori nobilium virorum domicelli godefredi comitis de Dytſe et domini Johannis domini de Lympurg sigillis tradidi communitas et nos domini iam dicti ad peticionem dicti venditoris sigilla nostra preſentibus duximus in teſtimonium apponenda. Actum et datum anno dni M°. CCC°. octauo in vigilia aſcenſionis dni.

An grüner Schnur hängen wohlerhalten die Reitersiegel:

1. † S. GODEFRIDI COMITIS DE DYTSE.
2. *An rother Schnur:* † SIGILLVM DOMINI . . . . LIMPVRC.

---

641. Die Ritter Franko u. Johannes von Kroninberg, Gebrüder, geben dem Wirth Hartwin von Langendilbach einen Wald daselbst in Erbpacht.

***1308**, Juli 9.*

Orig. Urk. im K. Staatsarchiv zu Idstein.

Nos franko et.. Johannes fratres milites de kroninberg notum facimus vniuerſis ad quorum preſenciam | et audienciam hec litera peruenerit et profitemur quod conceſſimus nemus noſtrum ſitum apud villam .. Langen|ditbach quod vulgariter dicitur .. der vorſt .. Hartwino cauponi ibidem et ſuis heredibus ſiue ſit cultum | aut incultum iure hereditario poſſidendum. ipſe ergo et ſui heredes tenetur nobis dare annis ſingulis in octaua Epyphanie dni triginta ſolidos hallenſ. pro nemoris ſua parte. vt iſta conceſſio rata permaneat et in|conuulſa a noſtris heredibus noſtra ſigilla appoſuimus in teſtimonium ſuper eo . Datum . . anno dni. M°. CCC°. | VIII. Septimo Idus Julii.

Die Siegel der Cronbergischen Brüder hängen wohlerhalten an:

1. S. FRANKONIS MILITIS DE CRONEBERG.
2. † S' JO(is . m)ILITIS FILII FR(a)NCON. IN CRONEBERG.

---

642. Das Kl. Eberbach nimmt die Begine Mentha von Osterspeye in seine Bruderschaft auf.

***1308**, Nov. 1.*

Orig. Urk. im K. Staatsarchiv zu Idstein.

Vniuerſis preſens ſcriptum viſuris et audituris Nos frater Petrus dictus abbas totuſque conuentus in Eber-

zed by Google

bach ordinis Cysterc. Mogunt. dyocesis | cupimus fore notum quod Mentha bekina de Osterspeye nobis in Christo dilecta comparauit erga nos et nostrum monasterium solito emptionis more vnam | marcam perpetim dandam pro decem marcis cum dimidia denariorum Colon. bonorum et legalium, tribus hallensibus pro denario quolibet computandis, ipsi annis | singulis quoaduixerit in Natalibus dni, vel Speye vel alibi, ad sue voluntatis libitum, a syndicis nostris qui illo tempore fuerint assignandam. | nostris laboribus, periculis, et expensis, quam marcam syndici nostri pecunia eiusdem puelle Menthe predicte emerunt erga Anshelmum | de villa Eltevil scultetum quondam, singulis annis, nobis et procuratoribus nostris dandam termino prenotato, ipsa autem Mentha sepedicta ingrediente viam carnis vniuerse, eadem marca ad nos et nostrum monasterium predictum in remedium anime sue suorumque parentum, et specialiter dni Alberti sacerdotis auunculi sui, libere reuoluetur, deinceps cellerario coquine a Syndicis presentanda qui Conuentui in festo sce et indiuidue Trinitatis eandem marcam in subleuamen animabus predictorum memoriter amministret. Confirmamus insuper prefate Menthe feruidam in domum nostram karitatem habenti firmitatem et participacionem omnium bonorum que apud nos fuerint dno concedente, et de cetero fient, in vigiliis, orationibus, elemosinis, disciplinis, missis, jeiuniis seu aliis quibuscunque spiritualibus in vita ipsius pariter et in morte. Ita quod cum obitus ipsius nobis memoratus fuerit eam in nostro Capitulo tamquam vnum de fratribus nostris absoluemus, ac pro ea speciales orationes fideliter iniungemus ipsam suumque | auunculum antedictum anniuersariorum libro inserentes omnium benefactorum nos-

zed by Google

trorum numero firmiter connectemus. In extremis quoque conſtituta ſi deuote duxerit eligendam, ei apud nos eccleſiaſticam preſtabimus ſepulturam. In cuius rei teſtimonium et robur euidens nostrum sigillum preſentibus est appenſum. Actum et datum anno dni Milleſimo Trecenteſimo octauo. In feſto Sanctorum omnium.

An Pergamentstreif hängt noch ein Stück von dem Siegel des Abtes.

643. Richwin von Bubinheim, Canonicus in Limpurg, verkauft seine Güter bei Langensheyt an Rich. Kuninch zu Limpurg.

1308, *Dec. 22.*

Orig. Urk. im K. Staatsarchiv zu Idstein.

Vniuerſis preſentes literas uiſuris et audituris ego Richwinus de bubinheym Canonicus in lympurg notum eſſe cupio et recognoſco | Quod accedente conſenſu nobilis viri dni Emechonis Comitis de Naſſowe ac Gerhardi militis, Johannis et heynrici pici | armigerorum fratrum meorum Richolfo dicto Kůninch opidano Lympurgenſi et ipſius heredibus duo jugera vinearum dicta lickerſ|grube apud Langenſheyt ſita que hactenus coluit Heynricus quondam ſcultetus ibidem vendidi, vendo, trado et ſupraporto iuſte vendicionis titulo habenda et poſſidenda perpetuo cum omni ſuo vſu a dno ... comite predicto et ſuis heredibus jure hereditario prout ego eadem duo jugera vinearum uſque modo habui et poſſedi pro viginti et quatuor marcis tribus hallenſibus michi pro denario quolibet deliberatis. Promitto eciam dictam vendicionem ratam habere et contra ipſam per me ſiue per alios aliqua arte vel causa non facere vel venire in judicio ſiue extra promittentes eciam

zed by Google

eidem pro ſe et ſuis heredibus ſtipulanti de dicta vendicione per annum et diem firmam facere warandiam. ſuper quo fideiuſſores ipſi in ſolidum obligo dominum Can. cantorem Ecclesie Lympurgenſis, Johannem de Seyne armigerum et heyn. scultetum predictum, qui ſi ſuper defectu debite warandie moniti fuerint ipſi intra Lympurg pariter morem bonorum fideiuſſorum tam diu exequerentur quouſque dicto Emptori aut ſuis heredibus legitima facta fuerit warandia. Et vt dicta mea vendicio perpetuam firmitatem obtineat preſentes literas meo sigillo dedi munitas. Ego eciam Gerhardus predictus vna cum prefatis meis fratribus huic vendicioni conſenciens sigillum meum in teſtimonium preſentibus pro me et eiſdem meis fratribus apponendum duxi quo sigillo nos duo fratres reliqui contenti ſumus plenarie abſque dolo. Actum et datum Anno dni M°. CCC°. octauo, in craſtino sci Thome apoſtoli.

An Pergamentstreif hängt:

1. *Ein kleines Stückchen, unkenntlich.*
2. ✝ S'. GERHARDI . MILITIS . DE . BVBIHEI. *(Der Querbalken des Bubenheimer Schildes ist mit zwei liegenden Kreuzen belegt.)*

644. Benzela v. Lewenstein, Witwe, und ihre Söhne schenken dem Kl. Eberbach ihre Einkünfte vom Sandhof.

1309, *Febr. 1.*

Orig. Urk. im K. Staatsarchiv zu Idstein.

Nos Benzela de Lewenſtein, Relicta quondam Wilhelmi de Wintherauwe militis, Necnon Nicolaus et | Wilhelmus armigeri, liberi Wilhelmi et Benzele predictorum recognoſcimus per preſentes quod

ad peticionem ac pium | deſiderium prefati Wilhelmi militis in agonis certamine contendentis vniuerſos redditus ſeu prouentus quos | annis ſingulis in vino et blado ac denariis hucuſque habuimus de grangia ſeu curia .. abbatis et con|uentus monaſterii Eberbacensis Cyſterc. ordinis Maguntine dyoc. dicta zv me Sande eiſdem .. abbati et conuentui ad remedium peccaminum prefatii. Wil. militis et nostrum tradimus, conferimus ac preſentibus libere reſignamus Ea condicione addita et adiecta vt dies anniuerſarius obitus eiuſdem .. militis per dictos monachos in vigilia annunciationis beate Marie virginis annis ſingulis cum vigiliis, miſſis ac oracionibus prout contuetum eſt fieri in eorum ordine peragatur. Et nichilominus eodem die conuentui ibidem dimidia marca denariorum Coloniensium pro pitancia in eorum refectorio miniſtretur. Hoc eciam adiecto quod ſi in amminiſtratione pitancie huiusmodi aliquando inuenti fuerint negligentes, dimidiam marcam denariorum Colon. bonorum et legalium conuentui sanctimonialium in Dyffindal quociens-cunque neglexerint aſſignabunt. In cuius rei euidens teſtimonium preſentem literam ſigillo Wernheri de Wintherauwe militis, fratris prefati Wilhelmi defuncti ad preces nostras appenſo necnon Nicolai et Wilhelmi fratrum armigerorum predictorum ſigillis prefato conuentui tradidimus communitam. Actum et datum a. dni. M°. CCC°. nono In vigilia purificationis b. Marie virg.

Der untere Rand des Pergaments ist weggeschnitten, sodass alle drei Siegel fehlen. Die Urkunde selber ist an vielen Stellen durchlöchert.

---

zed by Google

645. Heinrich VII., deutscher König, erneuert die Privilegien seiner Vorgänger für das Kl. Eberbach.

1309, *März 1.*

Orig. Urk. im K. Staatsarchiv zu Idstein.

HEINRICVS dei gratia Romanorum Rex ſemper Auguſtus. Vniuerſis ſacri Romani Imperii fidelibus preſentes litteras inſpecturis gratiam ſuam et omne bonum. Venientes ad noſtre maieſtatis | preſenciam Honorabiles et Religioſi viri . . Abbas et Conuentus Monaſterii de Eberbach Cyſterc. ordinis Maguntine dyoceſis. deuoti noſtri dilecti nobis humiliter ſupplicarunt ut priuilegium. per diue recordationis Rudolfum Romanorum Regem predeceſſorem noſtrum ſibi conceſſum et per Albertum filium ſuum Romanorum Regem poſtmodum confirmatum innouare et confirmare de benignitate Regia dignaremur. Cuius priuilegii | tenor talis eſt. Rudolfus dei gratia —*)

— Dat. Colonie III. Non. Nouemb. — — Regni vero noſtri a. primo.

Nos igitur deuotis ſupplicationibus memorati Abbatis et conuentus. ad imitationem dicti Alberti | Romanorum Regis predeceſſoris noſtri fauorabiliter annuentes. dictum priuilegium et omnia in eo contenta Innouamus et preſentis ſcripti patrocinio confirmamus. In cuius innouationis et confirmationis noſtre teſtimonium preſentes litteras exinde conſcribi et Maieſtatis noſtre sigillo iuſſimus communiri. Datum Spire Kal. Marcii. Indictione ſeptima. Anno domini Milleſimo | Trecenteſimo. Nono. Regni vero noſtri anno primo.

An rothseidenen Schnüren hängt das wohlerhaltene Majestäts-Siegel in braunem Wachs. Umschrift: . . (h)EINRICVS . DEI . GRACIA . ROMA(nor)VM . REX . SEMPER . AVGVSTVS.

*) S. oben Nr. 429.

646. Das Frauenkloster Gnadenthal verkauft seine Güter in Lyntere und Umgegend an Rulemann von Limburg.

1309, April 2.

Orig. Urk. im K. Staatsarchiv zu Idstein.

Nos abbatiſſa et . . conuentus monaſterii vallis gracie vniuerſis preſentes literas viſuris et audituris notum eſſe volumus publice | profitendo Quod ad alleniandum pro tanto onus debitorum nostrorum mediante fratre Apelone syndico monaſterii nostri predicti pleno man|dato ad hoc deputato vendidimus, vendimus et tradimus proprietatis titulo Rulemanno opidano Lympurgenſi moranti inter tuguria ementi | et recipienti pro ſe et ſuis heredibus et hiis quos heredes ſtatuerit omnia bona nostra in villa Lyntere aut in campis eiuſdem ville ſita cum | omni ſuo jure et attinentiis ac vnum jugerum terre arabilis ſitum in campis de Menſfelden quod quedam . . mulier dicta Strickoluen et | eius pueri tenent jure hereditario pro quatuor octalibus et dimidio siliginis ipſi Ru. ſuis heredibus aut hiis quos heredes ſtatuerit ſingulis annis tempore meſſis perpetuo ad ſuum hoſpicium preſentandis, pro tredicim marcis nobis numeratis et traditis tribus ſcilicet hallenſibus pro quolibet denario et in nostros et dicti nostri monaſterii vſus conuerſis. Item profitemur quod dicto Ru. ſuis heredibus ſeu hiis quos ſtatuerit heredes vendidimus, vendimus et tradimus pro nouem marcis pagamenti predicti nobis deliberatis et in noſtros vſus conuerſis dimidium manſum in pratis agris et vinea conſiſtentem ſitum apud Crugiſbach iuxta curiam heynrici dicti nyſterne quem idem heynricus iure hereditario tenet pro vno maldro siliginis et maldro avene dicto Ru. — perpetuo in eorum

zed by Google

domicilium preſentandis. — — Affuerunt autem huic vendicioni nostre diſcreti viri .. Shurre de Menſſelden, Thilmannus, Richwinus et Anſhelmus de Lyntere. It. hartlibus de Neſtebach et heynricus de Ruzegiſhan scabini in Lympurg cum multis aliis ad hoc in teſtimonium conuocatis. Vt autem dicta nostra vendicio perpetue firmitatis robur obtineat Rulemanno predicto has literas nostro ſigillo tradimus roboratas. Actum et datum anno dni M°. CCC°. nono, feria quarta infra Octauas Paſche.

An grüner Schnur hängt das Siegel der Ausstellerin:
† SIGILLVM ABBATISSE VALLIS GRACIE.

---

647. Burckard von Wolviskeln u. Johann von Cronenberg, Ritter, unterwerfen sich in ihrem Streit mit dem Kl. Eberbach einem Schiedsgericht.

***1309**, April 6.*

Ocul. Mem. II. fol. XXXVII, 1.

Nos frater Petrus dictus abbaſ totuſque conuentus monaſterii eberbacensis ord. Cyſterc. Magunt. dyoc. Recognoſcimus preſentibus et ad vniuerſorum noticiam cupimus peruenire quod nos ſuper cauſa ſeu queſtionis materia que inter .G. dictum Greuſe filium quondam Burckardi ſtrenui militis de Woluiſkeln et Johannem de cronenberg. conſanguineum eiusdem ex vna. et noſ ac monaſterium noſtrum predictum ex altera ventilatur ratum et gratum habere et inuiolabiliter obſeruare uolumus et ad hoc noſ preſentibus obligamus quicquid ſtrenui uiri dni. Ebirhardus de Randecken ſcultetus in oppenheim. ac petrus de ſelſen ſubſcultetus ibidem de dicta queſtione ſeu cauſa iuxta quod dilectus cellerarius noster maior in ipsoſ compromiſit vice nostra ſtatuerint vel

ordinandum duxerint necnon pronunciauerint seu diffinierint per uiam iusticie vel amoris. In cuius recognitionis euidentiam sigillum nostrum presentibus apponendum. Datum a. d. M°. CCC°. IX°. Dominica Quasi modo geniti.

---

648. Gerhard und Johann von Wolviskeln, Ritter, erwählen zur Beilegung ihres Streits mit dem Kl. Eberbach ein Schiedsgericht.

***1309**, Aug. 8.*

Ocul. Mem. II, fol. XXXVII, a.

Nos Gerhardus filius quondam burckardi militis de Woluiskeln. et Jo. de Woluiskeln dictus de cronenberg. consanguinei. Recognoscimus tenore literarum presencium publice confitentes quod nos uoluntate concordi et vnisono consensu bonaque deliberatione preambula vniuersas et singulas actiones. causas et questiones hactenus ventilatas et motas inter nos ex vna necnon religiosos uiros dnm .. abbatem et conuentum monasterii eberbacensis ord. Cysterc. magunt. dyoc. ex parte altera damus et dedimus in manus strenuorum uirorum Eberhardi de Randecke, sculteti Oppinheimensis. Petri de felsen dicti vaut et Dudonis de vrberg. militum quos in arbitros arbitratores seu compositores amicabiles elegimus ac eligimus bona fide spondentes nosque harum astringentes testimonio literarum quod prefati milites a nobis habent et habebunt potestatem liberam atque plenariam nos concordandi ac componendi cum prefatis dominis per viam iusticie vel amoris. Quam compositionem et ordinationem ratam, gratam et inuiolabilem obseruabimus nec eidem contraibimus vllis modis. In cuius compromissionis testimonium ego Johannes

zed by Google

predictus ſigillo meo preſentes literas communiui. Et ego .G. iam dictus. quia ſigillo non vtor proprio, ſigillo Johannis prefati in preſentibus exhibeo me contentum. Actum et datum a. d. M°. CCC°. IX°. Feſto beati Cyriaci.

---

619. Papst Clemens V. bestätigt die Privilegien seiner Vorgänger für den Orden von Cisterz.

***1309**, Sept. 2.*

Orig. Transsumpt im K. Staatsarchiv zu Idstein.

Judices ſce Moguntine ſedis tenore preſencium proteſtamur quod litteras ſanctiſſimi patris domini Clementis pape quinti non abolitas non | cancellatas nec in aliqua parte ſui viciatas, ſed ſtilo, bulla et filo ſaluas vidimus et coram nobis aperte legi fecimus in hec verba | Clemens episcopus ſeruus ſeruorum dei Dilectis filiis .. Abbati Cyſtercienſi et vniuerſis coabbatibus eius ſub eodem ordine domino ſeruien|tibus salutem et apostolicam benedictionem. Quoddam priuilegium felicis recordacionis Lucii pape III. predeceſſoris noſtri vobis et | monaſteriis veſtris eorumque fratribus conceſſum, nobis ex parte veſtra preſentatum inſpeximus diligenter cuius tenor de verbo ad verbum talis eſt. Lucius epiſcopus ſeruus ſeruorum dei Dilectis filiis .. Abbati Cyſtercienſi et uni|uerſis Coabbatibus eius ſub eodem ordine domino ſeruientibus ſalutem | et apoſtolicam benedictionem. Monaſtice ſinceritas diſcipline quam in puritate ordinis quem tenetis eterni conditoris prouidencia reſtaurabit, | illam ſemper inuenit in apoſtolica ſede clemenciam qua et vobis in domino propoſitum virtutis accreſceret et aliorum deuocio veſtris prouocaretur exemplis | vt per celeſtium ſemitam mandatorum ad propoſitum feliciter bravium feſtinaret.

Inter cetera vero licet ordo veſter ea ſe ſeruauerit dyoceſanis epiſcopis | humilitate ſubiecta vt ſaluis originalibus inſtitutis eorum ſemper vellet magiſterio ſubiacere, illud tamen hactenus de fauore ac protectione | apostolice ſedis optinuit vt nullus in monaſteria vel Abbates ordinis memorati quamlibet eccleſiaſticam ſententiam promeret vel perſonas in eodem | ordine conſtitutas excommunicationis vel ſuſpenſionis ſeu interdicti promulgacione grauaret. Quia vero frigeſcente caritate multorum uſque adeo malicia noſcitur habundaſſe vt nonnulli eorum qui eccleſiis dei modernis temporibus ſunt prelati tranſgrediantur terminos ab antiquioribus conſtitu|tos et in certum ſpecialiter ordinem indebitam exercere non dubitent ulcionem preſencium litterarum inſcriptione ſtatuimus et auctoritate apostolica | confirmamus vt nulli omnino liceat in vos vel monaſteria veſtra ſeu fratres inibi conſtitutos contra id quod ab origine ordinis noſcitur | obſeruatum, excommunicationis vel ſuſpenſionis ſeu interdicti ſententiam promere. quam ſi deprompta fuerit auctoritate apoſtolica decernimus non tenere. Addicientes quoque decernimus vt Archiepiſcopi et epiſcopi in recipiendis profeſſionibus que a benedictis vel benedicendis abbatibus exhibentur, ea ſint | forma et expreſſione contenti que ab origine ordinis noſcitur inſtituta, ſcilicet vt abbates ipſi ſaluo ordine ſuo profiteri debeant et contra inſtituta ordinis | nullam profeſſionem facere compellantur. Nulli ergo omnino etc. Siquis autem etc. Datum Verone. XI. Kal. Decembr. Nos itaque ſacre veſtre religionis inducti meritis veſtris ſupplicationibus fauorabiliter annuentes prefatum priuilegium ratum et gratum habemus illudque auctoritate apoſtolica ex certa ſcientia approbamus et eciam innouamus decernentes ipſum perpetuam optinere

zed by Google

roboris firmitatem. quodque tenor huiuſmodi ſic inſertus plenam fidem et probacionem faciat tam in iudicio quam extra iudicium eciam ſi ipſum originale priuilegium non appareret nec eciam haberetur nec ſit neceſſe illud de cetero | aliquatenus exhiberi. Nulli ergo omnino etc. Siquis autem etc. Datum Auinione. IIII°. Nonas Septembr. Pontificatus nostri Anno quarto.

Clemens Epiſcopus ſeruus ſeruorum dei Dilectis filiis... Abbati Cyſtercii eiuſque coabbatibus et conuentibus vniuerſis Cyſtercienſis | ordinis ſalutem et apoſt. benedictionem. Cum a nobis petitur quod iuſtum eſt et honeſtum. tam vigor equitatis quam ordo | exigit racionis vt id per ſolicitudinem officii noſtri ad debitum perducatur effectum. Eapropter dilecti in domino filii veſtris iuſtis poſtulacionibus grato concurrentes aſſenſu omnes libertates et immunitates a predeceſſoribus noſtris Romanis pontificibus ſiue per priuilegia ſeu alias indulgencias vobis monaſteriis et ordini veſtris conceſſas necnon libertates et exemptiones ſecularium exactionum a regibus principibus et aliis Chriſti fidelibus racionabiliter vobis Monaſteriis et ordini predictis indultas ſicut eas iuſte obtinere noſcimini. vobis et per vos eiſdem monaſteriis et ordini auctoritate apoſtolica ex certa ſciencia confirmamus et preſentis ſcripti patrocinio communimus. Nulli ergo etc. Siquis autem etc. Datum Auinione IIII. Nonas. Septembr. pontificatus nostri anno quarto. — In cuius tenoris et preſentacionis teſtimonium nos Judices... ſce Moguntine ſedis ſupradicti preſens ſcriptum nostro sigillo dedimus communitum. Datum Anno dni Milleſimo CCC°. Decimo. XII°. Kal. Decembres.

An roth und gelben seidenen Schnüren hängt unversehrt das Sieget des Gerichts mit Rücksiegel.

650. Papst Clemens V. schützt den Orden von Cisterz gegen alle Anfeindungen.

1309, Sept. 4.

Orig. Transsumpt im K. Staatsarchiv zu Idstein.

Nos Johannes dei gratia Abbas Monaſterii ſancti Petri, Magiſter Gotſchalcus Scolaſticus sce Marie, Siffridus scolaſticus Eccleſie ſci Seueri et Hertwicus Canonicus et Officialis prepoſiture ſce Marie virginis | in Erfordia tenore preſentium proteſtamur quod litteras ſctiſſimi patris dni Clementis pape V^ti non abolitas non cancellatas nec in aliqua parte ſui viciatas ſed Stilo Bulla et filo | ſaluas vidimus et coram nobis aperte legi fecimus in hec verba. Clemens Epiſcopus ſeruus ſeruorum dei. Dilecto filio .. Abbati monaſterii Sci Petri in Erfordia Maguntine dioceſis Salutem | et apoſtolicam benedictionem. Etſi quibuſlibet perſonis eccleſiaſticis preſertim ſub religionis habitu domino militantibus apoſtolicum debeat adeſſe preſidium, profeſſores tamen Ciſtercienſis ordinis vtriuſque ſexus | ne prauorum hominum moleſtiis agitentur, eo libencius protectionis nostre munimine confouemus quo prefatum ordinem in Eccleſia dei conſpicuum dilectione proſequimur ampliori ac illorum injurie grauius nos contingunt. Cum itaque ſicut ad noſtrum peruenit auditum dilecti filii .. abbas Ciſtercienſis eiusque coabbates et fratres ac dilecte iu Chriſto filie .. Abbatiſſe et Sorores eorumque conuentus ipſius Ciſtercienſis ordinis a nonnullis qui nomen domini in vanum recipere non formidant, in perſonis et bonis ſuis multipliciter moleſtentur, Nos volentes ipſorum abbatum fratrum abbatiſſarum Sororum et Conuentuum prouidere quieti et peruerſorum conatibus obuiare Diſcretioni tue

zed by Google

per apoſtolica ſcripta mandamus quatinus per te vel alium ſeu alios eiſdem abbatibus fratribus abbatiſſis sororibus et Conuentibus efficacis preſidio defenſionis aſſiſtens, non permittas ipſos in perſonis et bonis eorum contra indulta priuilegiorum Sedis apoſtolice ab aliquibus indebite moleſtari, moleſtatores huiuſmodi quicumque et cuiuſcumque religionis condicionis aut ſtatus exiſtant etiam ſi Pontificali perfulgeant dignitate, auctoritate noſtra appellatione poſtpoſita compeſcendo Non obſtantibus felicis recordationis Bonifacii pape octaui predeceſſoris noſtri qua cauetur Ne cum actor et reus fuerint eiuſdem ciuitatis uel dioceſis, aliquis eorum extra ipſas niſi in certis caſibus ad judicium euocetur, et alia ne conſeruatores a Sede deputati predicta, extra Ciuitates et dioceſes in quibus deputati fuerint contra quoſcumque procedere ſiue alii vel aliis vices ſuas committere aut aliquos vltra vnam dietam a fine dioceſis eorundem trahere preſumant Quodque poteſtas et Jurisdictio Conſeruatorum quo ad non cepta negocia per obitum concedentis exſpiret quam de duabus dietis in Concilio generali et aliis quibuſcumque conſtitucionibus ab eodem Bonifacio vel aliis predeceſſoribus noſtris Romanis Pontificibus ſuper hoc in contrarium editis, dummodo vltra terciam vel quartem dietam aliquis extra ſuam dioceſim auctoritate preſentium non trahatur ſeu ſi aliquibus communiter uel diuiſim a predicta ſit ſede indultum quod interdici, ſuſpendi uel excommunicari, ſeu extra uel vltra certa loca ad iudicium euocari non poſſint, per litteras apoſtolicas non facientes plenam et expreſſam de indulto huiuſmodi eorumque perſonis, locis vel ordinibus mencionem ſeu qualibet alia indulgentia dicte Sedis generali uel ſpeciali per quam tue Jurisdictionis explicatio in hac parte valeat quomo-

dolibet impediri, Attentius prouiſurus ne de hiis ſuper quibus lis eſt forte iam mota ſeu que cauſe cognicionem exigunt et que indulta huiuſmodi non contingunt, per te uel alium ſeu alios te aliquatenus intromittas. Nos enim ſi ſecus preſumpſeris, tam preſentes litteras quam eciam proceſſum quem per te uel ipſos illarum auctoritate haberi contigerit, omnino carere viribus ac nullius fore decernimus firmitatis. Huiuſmodi ergo mandatum noſtrum ſic prudenter et fideliter exſequaris vt eius fines quomodolibet non excedas. Ceterum volumus et apoſtolica auctoritate decernimus quod a data preſentium ſit tibi in premiſſis omnibus et eorum ſingulis perpetuata poteſtas et Jurisdictio attributa vt in eo vigore illaque firmitate poſſis auctoritate predicta in predictis omnibus et pro predictis procedere, ac ſi tua Juriſdictio in hiis omnibus et ſingulis per citationen, monitionem, vel modum alium perpetuata legittimum exſtitiſſet. Datum Auinione Pridie Nonas Septembres Pontificatus noſtri anno quarto. — In cuius tenoris ac preſentacionis teſtimonium Nos Johannes Abbas, Magiſter Gotſcalcus, Siffridus Scolaſticus et Hertwicus ſupradicti preſens ſcriptum noſtris Sigillis dedimus communitum. Datum anno dni M°. CCC°. Decimo. VI°. Ydus Octobris.

An Pergamentstreifen hängen die Siegel:

1. IOHANI . . . . IS . SCI . P(etri et) PAVLI . I . ERFORDI.
2. . . GRI GOTSCHALCI .
3. † S. SIFRD . . . . . SCOLA . . . SCE . . . . ERFODI'
4. OFFIC. PPTURE . ECCE . SCE MARI . . RFORD . . .

am Rande beschädigt.

651. Embrico u. Ernst, Gebrüder, u. mehrere andere Landleute von Pedernach nehmen von dem Kl. Eberbach einen Weinberg bei Bopard in Erbpacht.

1309, *Sept. 14.*

Orig. Urk. im K. Staatsarchiv zu Idstein.

Vniuerſis preſentes literas viſuris et audituris Nos Embrico et Erneſtus fratres filii quondam Zacharie, Rudegerus dictus brandeyſir, Gerlacus de pedernacho | conſanguinei. Notum eſſe volumus et preſentibus publice recognoſcimus et fatemur Quod nos recepimus a relig. viris dno.. Petro dicto abbate et conuentu | Monaſterii Eberbacensis ord Cyſterc. maguntine dyoc. ipsis locantibus seu concedentibus iuſto et conſueto locationis contractu vineam ſitam in territorio | opidi bopardiensis, videlicet in Hammone vulgariter dictam Criſpenſtucke jure hereditario poſſidendam pro medietate vini ac aliorum fructuum | predicto monaſterio a nobis et nostris vxoribus ſeu heredibus legitimis annis ſingulis aſſignatam ita tamen quod predictam vineam noſ et nostri heredes vtriuſque ſexus ſeniores tantum in quatuor partes equales diuidemus nec in plures. Preterea nos omnes et ſinguli prenotati cultores antedictorum virorum religios.. abbatis et conuentus in Eberbach villani pedernacenses subſcriptis condicionibus obligamur ſcilicet quod tempore vindemiarum omne vinum quod in anteſcripta vinea nobis euenerit seu poterit euenire quilibet nostrum ſecundum porcionem ſuam partem sibi cedentem dicte vinee in duo dolia ſimiliter ſituata in nauem vel in litus equaliter diuidet et colliget et collegi faciet procuratore predicti monaſterii presente alterum eorundem duorum doliorum pro ſua opcione et

zed by Google

libitu alterum eligente, dolia autem a procuratore monaſterii predicti ſic electa nos predicti cultores omnes et ſinguli heredesque nostri in torculare ipsorum Bopardie vel Oyſterſpeie preſentabimus et preſentare tenebimur nostris laboribus, sumptibus, periculis et expenſis. Et nichilominus predictam vineam singulis annis octauam partem ſimabimus, ita quod quelibet vitis plene habeat ſuum pondus et quod infra octauum annum dicta vinea ad plenum et integraliter sit ſimata. Predictam eciam vineam tempore debito et mature putabimus. fulciemus. fodiemus. nouellis vitibus que vulgariter reufelinge dicuntur plantabimus. ſeu plantari faciemus dum fuerit oportunum. Lapides conteremus ac alia cultura debita et conſueta easdem vineas colemus qua boni et ydonei cultores ſuas vineas hactenus colere conſueuerunt. Interea syndicus ſeu procurator monasterii prefati qui pro tempore fuerit annis singulis in octauis ſci Joh. Baptiste vel circa idem feſtum vt predicto ſyndico videbitur expedire antedicte vinee culturam reſpiciet et examinabit aſſumptis ſibi tribus uel quatuor predicti monaſterii cultoribus ſeu aliis perſonis ydoneis quibuſcunque qui dictam culturam examinent diligenter Ita quod nobis omnibus et ſingulis per nuncios procuratoriſ predicti conuocatis infra quindenam post vinee examinationem vnicuique negligenti et infringenti condiciones expreſſas in hac carta ſuum defectum vt idem procurator obiciat et oſtendat. Siquis autem suam negligentiam infra quindenam immediate ſubſequentem non impleuerit yconomus ſeu procurator predicti monaſterii prefatam vineam totaliter colliget et vinum omnimode sibi recipiet contradictione qualibet non obſtante. et ſic negligens culturam debitam ſuo jure hereditario priuabitur. quando de dampno infra

zed by Google

quindenam ſatiſſaciat vniuerſo. Nobis inſuper omnibus et ſingulis et nostris heredibus ad decimas quaſcunque perſonas contingentes de eadem vinea obuenientes et ad alia iura et onera dicte vinee incumbentia firmiter obligatis Nec ipsam vineam in parte vel in toto diuidere, obligare, commutare, alienare poſſumus nec debemus quoquo modo niſi de predictorum virorum Religios. . . abbatis et conuentus in Eberbach licencia ſpeciali. In cuius rei teſtimonium receptis ſuper hiis condicionibus literis sigillo . . abbatis et . . conuentus in Eberbach predicti ſigillatis sepedicto connentui hanc literam Nos predioti cultores omnes et singuli tradidimus honorabilium virorum dnorum Wilhelmi. Johannis Ywani. Johannis dicti de Wydergis. Jacobi dicti putzſach Gerlaci dicti de keſtere et Jacobi dicti mûnzer canonicorum ecclesie bopardiensis sigillo firmiter roboratam. Et nos Canonici predicti viſis literis predictorum abbatis et conuentus ſuper hiis confectis palpatis et perlectis ad preceſ ambarum parcium sigillum nostrum commune preſentibus duximus apponendum. Act. et dat. anno dni Mill. CCC°. nono. In exalt. sce crucis.

Das Siegel hängt wohlerhalten an. Umschrift:

† S'CANONICORVM. ECCLESIE BOPARDIENSIS.

Ein Bischof mit dem Nimbus, sitzend. Beischrift:

SEVERVS.

---

652. Herdan, Thilo, Gobelin u. a. Bauern von Pedernach erbpachten vom Kl. Eberbach eine Anzahl Weinberge bei Bopard.

1309, *Sept. 14.*

Orig. Urk. im K. Staatsarchiv zu Idstein.

Vninerſis preſens ſcriptum viſuris et audituris Nos Herdanus Thilo. Gobelinus. Aleydis. Kariſ-

ſima. Hellewicus. Embrico. Petrus et ... Erneſtus villani | pedernacenses et cooppidani Bopardienses Notum eſſe volumus et preſentibus publice profitemur quod nos recepimus a religioſis viris dno Petro dicto abbate | et conuentu monaſterii in Eberbach ord. Cyſterc. Mogunt. dyoc. ipsis locantibus seu concedentibus iuſto et ſollempni locacionis contractu | infraſcriptas vineas iure hereditario poſſidendas. Primo videlicet nobis Herdano et Agneti coniugibus nostrisque liberis et heredibus legitimis predicti | viri religioſi locauerunt duas vineas pro medietate vini quarum vna ſita eſt in loco dicto Rore. Alia in Redigiſſpich, de ambabus dabimus tres obulos cuſtodibus vinearum. It. predicti viri religioſi conceſſerunt nobis Thiloni genero Har. predicti et Agneti coniugibus nostrisque liberis et heredibus legitimis quatuor vineas in Hammone ſitas scilicet medietatem vinee dicte deſ Gulris ſtucke ipsis decimantem. It. dimidiam partem vinee dicte keſſilheymer. It. duas particulas in Medimme iuxta Gobelinum de hiis quatuor vineis Nos predicti coniuges nostrique heredes dabimus monaſterio predicto medietatem vini. et tres obulos cuſtodibus vinearum. It. ſepedicti viri Religioſi .. abbas et conuentus in Eberbach locauerunt nobis. Gobelino Coilmeiſe et .. Paze coniugibus nostrisque liberis et heredibus legitimis ſex vinearum particulas quarum vna dicitur des gulriſ stucke, cuius vinee habemus medietatem ipsi monaſterio decimantem. It. vnam vineam dictam canda des kaſſilſheymers. It. duas particulas amme Schindehengiſte que eadem vinea dicta Schindehengiſt partita eſt in partes quinque et omnibus quinque particulis dabimus sex denarios cuſtodibus vinearum. It. tenemur a prefato monaſterio duas

gitized by Google

vineas an Medimme iuxta domum Regis ſitas. et de his vineis sex dabimus monasterio antedicto medietatem, et de aliis quatuor vineis excepta vinea dicta Schindehengiſt dabimus tres obulos cuſtodibus vinearum. — It. prenotati viri relig. locauerunt et conceſſerunt Adeleidi relicte quondam Enolphi et liberis eius. heredibusque eorum legitimis vnam particulam vinee amme ſchindehengiſte pro medietate vini perpetim poſſidendam. — It. antedicti viri relig. locauerunt et conceſſerunt nobis Kariſſime et filiis ſiue liberis vtriuſque ſexus heredibusque meis legitimis vnam particulam amme ſchindehengiſte pro medietate vini perpetim poſſidendam. — It. predicti viri relig. locauerunt nobis Hellewico... coniugibus nostrisque liberis et heredibus vnam particulam amme ſchindehengiſte ſitam pro medietate vini perpetim poſſidendam. — It. predicti viri relig. locauerunt michi Ebraconi meisque liberis et heredibus legitimis duas vineas in Hammone sitas pro medietate vini quarum vna ſita eſt an der Gůbierbach de qua dabimus denarium cuſtodibus vinearum. altera ſita eſt an der Aldenbůrch de qua dabimus duos denarios cuſtodibus vinearum. — It. predicti viri relig. locauerunt nobis Petro filio predicti Ebraconis et Agneti coniugibus nostrisque liberis et heredibus legitimis vnam particulam in Gubierbach ſitam pro medietate vini de qua dabimus denarium cuſtodibus vinearum. — It. predicti viri religiosi.. Abbas et.. conuentus in Eberbach locauerunt michi Erneſto filio Zacharie.. meeque vxori necnon liberis et heredibus meis legitimis vineam dictam bůrlinch in valle pedernacensi sitam pro medietate vini et denario cuſtodibus vinearum. — Preterea nos omnes et singuli prenotati cultores antedic-

zed by Google

torum virorum relig. abbatis et . . conuentus in Eberbach villani pedernacenses et cooppidani bopardienses ſubſcriptis condicionibus obligamur ſcilicet quod tempore vindemiarum omne vinum quod in anteſcriptis vineis nobis euenerit ſeu poterit euenire In duo dolia colentes pro medietate vini vel in tria dolia excolentes pro tercia parte vini equaliter et particulariter diuidemus et colligemus et collegi faciemus que quidem dolia duo vel tria ſiue quotquot fuerint ſimul ad nauem uel ad terram ſituabimuſ vt omnis ſuspicionis ſpecies penitus euitetur. Ita quod syndicus ſeu procurator dicti monaſterii ſine morſu conſciencie pro sua optione et libitu eorundem doliorum alterum de colentibus pro medietate et tertium de colentibus pro tercia parte vini eligat et aſſumat. dolia a procuratore ſic electa monaſterii predicti Nos prefati cultores et nostri heredes in torculare ipſorum Bopardie preſentabimus et preſentare tenebimur nostris laboribus, sumptibus, periculis et expenſis. Et nichilominus antedictas vineas annis ſingulis octauam partem ſimabimus Ita quod quelibet vitis plene habeat suum pondus et quod infra octauum annum dicte vinee integraliter ſint ſimate predictas eciam vineas tempore debito et mature putabimus, fulciemus, fodiemus, nouellis vitibus que vulgariter Reufelinge dicuntur plantabimus seu plantari faciemus dum fuerit oportunum lapides conteremus ac alia cultura debita et conſueta eaſdem vineas colemus qua boni et ydonei cultores ſuas vineas hactenus colere conſueuerunt. Interea syndicus ſeu procurator monaſterii prefati qui pro tempore fuerit annis singulis in octauis sci Joh. Baptiſte vel circa idem feſtum ut predicto syndico videbitur expedire antedictarum vinearum culturam reſpiciet et examinabit aſſumptis ſibi tribus vel quatuor predicti monaſterii cul-

zed by Google

toribus ſeu aliis perſonis ydoneis quibuſcunque qui dictam culturam examinent diligenter Ita quod nobis omnibus et ſingulis per nuncios procuratoris predicti conuocatis infra quindenam post examinacionem vinearum vnicuique negligenti et infringenti condiciones expreſſas in hac carta ſuum defectum ut idem procurator obiciat. Siquis autem ſuam negligenciam infra quindenam immediate ſubſequentem non expleuerit Yconomus ſeu procurator dicti monaſterii prefatas vineas totaliter colliget et vinum omnimode sibi recipiat contradictione qualibet non obſtante et ſic negligens culturam debitam ſuo jure hereditario priuabitur quoniam de dampno ſeu defectu infra quindenam immediate ſubſequentem fatiſſaciat vniuerſo. Nobis inſuper omnibus et ſingulis ad decimas quaſcunque perſonas contingentes de prefatis vineis obuenientes et ad alia iura et onera dictis vineis incumbentia firmiter obligatis. Nec ipſas vineas in parte vel in toto diuidere obligare, communicare, alienare Nos predicti cultores poſſumus nec debemus quoquo modo. niſi de prefatorum virorum relig. abbatis et .. conuentus in Eberbach licentia ſpeciali. In cuius rei teſtimonium receptis ſuper hiis condicionibus literis sigillo dni Petri dicti .. abbatis et .. conuentus in Eberbach sigillatis sepedicto abbati et conuentui in Eberbach hanc literam Nos predicti cultores omnes et ſinguli tradidimus honorabilium virorum Canonicorum ecclesie bopardiensis sigillo communi firmiter roboratam. Et nos Wilhelmus. Johannes Ywani. Johannes de Wydergis .. Jacobus dictus putzſach. Gerlacus de keſtere et Jacobus dictus munzer Canonici ecclesie predicte viſis literis predictorum dni Petri dicti .. abbatis et conuentus in Eberbach ſuper hiis confectis palpatis et perlectis ad preces

ambarum parcium sigillum nostrum commune presentibus duximus apponendum. Actum et dat. a. dni. M°. CCC°. nono, in Exaltacione sce crucis.

Das Siegel ist abgerissen.

653. Das Kl. Eberbach verpachtet seine Weinberge bei Bopard.

1309, *Sept. 14.*

Orig. Urk. im Gr. G. Staatsarchiv zu Darmstadt.

Vniuersis presens scriptum visuris et audituris Nos frater Petrus dictus Abbas totusque conuentus in Eberbach ord. Cysterc. Mog. dyoc. notum esse volumus et presentibus publice recognoscimus et fatemur quod nos | sana deliberatione prehabita vnanimi consensu. et pari voluntate propter communem vtilitatem et .... tatem manifestam monasterii nostri predicti concessimus et locauimus — dilectis nobis in Christo . subscriptis vineas subnotatas diebus scilicet quibus aduixerint possidendas .. Primo videlicet Marcwardo et .. vxori sue legitime locauimus vineam dictam daz Molinstucke pro medietate vini quod in nostram nauem portari in litore positam procurabunt et nobis annis singulis quatuor solidos denar. legalium tribus hall. pro denario quouis tenebuntur pro parte decime nobis cedentis, sex eciam den. dabunt custodibus vinearum. It. locamus Johanni dicto Rozzer et Aleydi duas vineas quarum vna dicitur Wegelange, alia daz cleyne gesezze pro medietate vini et decimam vbi consuetum hactenus est dare tenebuntur nobis et nuces omnium arborum excepta arbore cum dimidia. et quatuor denar. custodibus vinearum. It. locamus Renbodo et Friderune duas vineas quarum vna dicitur

des Eſchebechers ſtucke et alia dicitur ſecunda pars des geſezzis pro medietate vini et porcione vini nobis et nostro monaſterio cedentem in Bopardiam deduci procurabunt ſuis laboribus — — It. locamus Heynrico dicto knore et paze coniugibus vineam dictam buckiſgarte pro medietate vini et decima, porcionem vero vini nobis cedentis cum decima in Bopardiam ſuper torculare nostrum preſentabunt ſuis eciam laboribus et expenſis, dictam vineam cuſtodient et nuces omnium arborum excepta vna dicta Rodolfsboym. It. locamus Heynrico dicto Schimiſman et Mergardi coniugibus duas vineas pro tercia parte vini quarum vna dicitur in den Eckerin alia an der ſantgrobin ſita eſt — It. locamus Heynrico dicto Wamboſcher duas vineas ſitas in me geſezze pro tercia parte vini quarum unam prout melius poterit colet ſine fimo. — — Preterea omnes cultores nostri predicti ſubſcriptis et prenotatis condicionibus obligantur scilicet quod etc. etc. (wie in nachfolgender Urk. N. 654.)

In teſtimonium itaque omnium premiſſorum predictis. Marwardo. Johanni. Ronbolde Heynrico gutgeſelle. Heynrico knore. Heynrico Schimiſman. Heynrico Wamboſcher. nostris cultoribus hanc litera tradidimus sigillo nostro firmiter roboratam. Act. et datum a. dni Mill. CCC°. nono. In exaltacione ſce crucis.

Das Siegel fehlt.

---

654. Pachtbrief über Güter des Kl. Eberbach bei Oysterspele.

1309, *Sept. 14.*

Orig. Urk. im K. Staatsarchiv zu Idstein.

Vniuerſis preſens ſcriptum viſuris et audituris Marquardus de Brubach, Johannes dictus Ruſer,

Reinboldus, Henricus Gůtgelle, Henricus ſchiniſman, Henricus dictus Wambos de Oyſterſpeie Notum eſſe volumus et preſentibus publice Recognoſcimus | et fatemur quod Nos recepimus a religioſis viris dno Petro dicto .. abbate et Conuentu Eberbacenſi ordinis Cyſterc. Moguntine dyocefis | Ipſis locantibus ſeu concedentibus iuſto et ſollempni locacionis conſtrictu Vineas ſubnotatas diebus duntaxat Nos et .. noſtre vxoris legitime quibus | vixerimus poſſidendas Primo videlicet michi Marquardo meeque vxori legitime vnam vineam dictam Můlenſtůcke in Dyncholder dail ſitam| pro medietate vini ſed nuces in nostros ſolummodo cedent vſus. vinum autem quod in dicta vinea obuenerit ad Nauem predictorum Religioſorum in litore juxta vineam prefatam positam nostris laboribus et expenſis procurabimus deportari, decimas eciam eiſdem Religioſis cedentes ac aliis quibuſcumque dabimus | modo hactenus obſeruato, ſed quatuor ſolidos predictis Relig. tenebimur annis ſingulis preſentare et ſex den. Cuſtodibus vinearum. Sepedicta eciam vinea cum vſufructu quo conperta fuerit nobis ambobus mortuis ad predictum monaſterium libere reuertetur. Item predicti viri Relig. conceſſerunt nobis Johanni dicto Ruſer et Aleydi coniugibus duas vineas quarum vna dicitur Wegelange et alia dicitur daz cleyne Geſetze, ambas pro medietate vini et decima vbi eiſdem Relig. cedere eſt conſuetum, quatuor eciam denarios dabimus cuſtodibus vinearum, Nuces vero predicti Relig. omnium arborum ſibi recipient excepta arbore cum dimidia ad culturam meliorandam. It. predicti Relig. locauerunt Nobis Reinboldo et Vryderůnen coniugibus duas vineas pro medietate vini quarum vna dicitur des Eſchenbechirs ſtůcke, reliqua secunda

zed by Google

pars des geſetzis. vinum quod in dicta vinea obuenerit in Torculare predictorum virorum Relig. Bopardie ſitum deducemus nostris laboribus et expenſis. et duos den. Cuſtodibus vinearum. It. predicti Relig. viri locauerunt Nobis Henrico dicto Gůtſelle et.. Gude coniugibus vineam dictam Wormirſberg pro medietate vini et decimam predictis viris Relig. dabimus et tres denarios cuſtodibus vinearum. It. predicti viri Relig. conceſſerunt Nobis Henrico cnore et.. Paze coniugibus vineam dictam buckis garte pro medietate vini, Nuces vero predicti Relig. omnium arborum ſola arbore excepta dicta Rudolfis baym eandem eciam vineam cuſtodire tenebimur nostris laboribus et expensis. It. predicti viri Relig. locauerunt Nobis Henrico dicto ſchinifman et.. Mergardi coningibus duas vineas quarum una ſita eſt in den eckerin, alia an der ſant grůben pro tertia parte vini et tribus obulis Cuſtodibus vinearum It. antedicti viri Relig. abbas et conuentus locauerunt michi Henrico dicto Wambes duas vineas ſitas in me Geſetze quarum vnam prout melius poſſum colam ſuo fimo ambas pro tertia parte vini et denario cuſtodibus vinearum. Preterea Nos omnes et ſinguli prenotati cultores antedictorum virorum Relig. abbatis et.. conuentus in Eberbach ſubſcriptis condicionibus obligamus ſcilicet quod tempore vindemiarum omne vinum quod in dictis vineis Nobis euenerit ſeu poterit euenire in duo dolia colentes pro medietate vini uel in tria dolia excolentes pro tertia parte vini egaliter et particulariter diuidemus et colligemus et collegi faciemus que quidem dolia duo vel tria ſiue quotquot fuerint ſimul ad nauem vel ad terram ſituabimus vt omnis ſuſpicionis ſpes penitus euitetur ita quod Syndicus ſeu procurator dicti monaſterii ſine morſu conſciencie

pro ſua opcione et libitu eorundem doliorum alter de colentibus pro medietate et tertium de colentibus pro tercia parte vini eligat et aſſumat dolia a procuratore ſic electo monaſterii predicti. etc. etc. — Nec ipſas vineas in parte vel in toto diuidere, obligare, commutare alienare nos predicti cultores poſſumus nec debemus quoquo modo niſi de prefatorum virorum Relig. Abbatis et .. Conuentus in Eberbach licencia ſpeciali. In cuius rei teſtimonium receptis ſuper hiis condicionibus literis Sigillo domini Petri dicti .. abbatis et conuentus in Eberbach sigillatis sepedicto abbati et conuentui in Eberbach hanc literam Nos predicti cultores omnes et singuli tradidimus sigillo honorabilis viri dni Wilhelmi Decani Christianitatis bopardienſis firmiter roboratam, et Wilhelmus predictus viſis literis predictorum virorum Religioſi dni Petri dicti .. abbatis et conuentus in Eberbach ſuper hiis confectis palpatis et prelectis ad preces ambarum parcium sigillum noſtrum preſentibus duximus apponendum. Actum et datum anno dni milleſimo. CCC⁰. Nono. in exaltacione sce crucis.

Das Siegel ist von seinem Pergamentstreif abgefallen.

---

655. Gelmann von Dyppach, Edelknecht, entsagt zu Gunsten der Kl. Eberbach u. Otterburg seinen Ansprüchen auf den Waldzehnten zu Ober-Heinbach.

***1309**, Octob. 2.*

Orig. Urk. im K. Staatsarchiv zu Idstein.

Ego Gelmannus armiger de Dyppach tenore preſencium publice recognoſco quod viſis et auditis libertatum | litteris curiarum ſcilicet Eberbacensis et Otterborgensis in villa superioris heinbach ſitarum

plene didici | et comperi nichil iuris michi seu consuetudine competere seu suffragari quomodolibet in petendo, exigendo vel recipiendo decimam ex parte noualium silve in terminis dicte parrochie site prefatis | curiis attinenti. Idcirco in judicio ville prescripte presentibus viris discretis Conrado dicto | de Buchelhusen sculteto .. aliisque scabinis et ceteris quam pluribus fidedignis personaliter constitutus abrenuntiavi simpliciter perpetue quolibet sine dolo omni petitioni, requisitioni, vexationi ac impugnationi quibus curie prenotate per me turbari possent inposterum aliqualiter vel grauari. In cuius rei testimonium presentes litteras sigillo honorandi viri dni Eberhardi pastoris ecclesie Bacheracensis dedi prefatis curiis roboratas. Ego quoque Eberh. pastor ecclesie predicte ad peticionem Gelmanni armigeri predicti et in premissorum robur sigillum meum presentibus fateor appendisse. Datum anno | dni M°. CCC°. Nono, sexto nonas octobris.

An Pergamentstreif hängt wohlerhalten das kleine Siegel.:

† S. EVERAR (di) .... DE EL'NA

---

656. Rorich von Burchbach, Ritter, und seine Angehörigen kaufen von dem Kl. Eberbach eine Korngülte.

1310, *Febr. 17.*

Ocul. Mem. II, fol. XV, 2.

Uniuersis — Ego Roricus de burchbach miles et Peza vxor mea legittima. ego Hedewigis soror ipsius ac ego Sophia et Peza incluse filie eiusdem notum esse uolumus et publice profitemur quod honorabiles viri relig. dns .. abbas et conuentus monasterii eberbacensis vput nos reemerunt redditus trium maldrorum si-

liginis quos comparauimus aput eosdem ad dies vite nostre ac de precio reemptionis dictorum reddituum nobis plenarie ſatiſſecerunt. quare pro nobis et nostris heredibus ſeu ſucceſſoribus renunciauimus et renunciamus omni dolo excluſo redditibus trium maldrorum predictis. ac omni iuri quod nobis competebat in eiſdem. Ita quod nec per noſ nostroſque ſucceſſores aut heredes neque per aliquas interpoſitas perſonas vlla umquam fiet requiſitio de premiſſis. In cuius rei teſtimonium et firmitatem perpetuam nobilis uiri domicelli Johannis comitis de Naſſowe ſigillum apponi preſentibus rogamus quod nos comes iam dictus recognoſcimus eſſe uerum. Actum et datum anno dni M°. CCC°. X°. feria III^a. post dominicam Circumdederunt.

657. Friderich von Lymene, Edelknecht, und seine Frau Germud verkaufen ihre Güter in Mensfeldin an Rulemann von Lympurg.

***1310**, im April.*

Orig. Urk. im K. Staatsarchiv zu Idstein.

Vniuerſis preſentes literas viſuris et audituris in perpetuum. ego Fridericus de Lymene armiger et Germudis vxor mea legitima notum eſſe cupimus et | publice profitemur Quod vnanimi conſenſu et manu coniuncta vendidimus, vendimus et tradimus iuſte vendicionis titulo Rulemanno opidano | Lympurgensi moranti inter tuguria et suis heredibus ſeu hiis quos heredes ſtatuerit bona nostra in Menſfeldin in villa, campis, areis, ortis, edificiis, | agris, pratis, nemoribus aquarumque decurſibus ſeu quibuſlibet aliis bonis ſita vel conſiſtencia cum omni ſuo jure proprietatis titulo quiete et pacifice | perpetuo poſſidenda pro octoaginta et qua-

zed by Google

tuor marcis, tribus bonis et legalibus hallenſibus pro quolibet denario nobis ab eodem Rulemanno deliberatis et aſſignatis. Promittentes dicto Emptori pro ſe et ſuis heredibus et hiis quos heredes ſtatuerit ſtipulanti per annum et diem contradictores omnes et ſingulos tollere et ſopire et ſuper dictis bonis a nobis ſic venditis firmam warandiam preſtare, litem vel controuerſiam ipsis non inferre nec inferentibus conſentire, vendicionem quoque dictorum bonorum ab omni homine et vniuerſitate legitime defendere auctorizare et diſbrigare, omnia et ſingula ſubſcripta et infraſcripta rata et firma tenere et per nos ſiue per alios aliqua cauſa, arte, modo, de jure aut de facto contra non facere vel venire Renunciantes excepcioni non numerate pecunie nec aſſignate, priuilegio fori, excepcioni et accioni doli, accioni in factum, condicioni ſiue cauſa et omni alii auxilio juris et facti quod contra preſens inſtrumentum aut factum quomodolibet poſſet obici vel opponi. Huius quoque vendicionis teſtes et fideiuſſores pro warandia ſunt honeſti viri Heynricus de Staffele miles, Johannes de Seyne, Gerlacus de Elſe, Cûno et Johannes dicti in Curia et Lemfridus heſſe armigeri. Item teſtes Wygandus de Creuch, Heynemannus scultetus, Heynricus de Ruzegiſhan scabini Lympurgenses. Item Heynricus dictus Selebechir colonus dictorum bonorum, Heynricus Schurrûn, Weltherus de Menſſeldin, Ludewicus rytſchalc, Heynricus Hûnregrebe et Cunradus de Rodeheym cum multis aliis fidedignis. Vt autem dicta vendicio nostra perpetue firmitatis robur obtineat, preſentes literas dicto Emptori nobilium virorum domicelli Godefridi comitis de Dyts ac dni Sifridi dni de Westerburch sigillis ad nos-

tram peticionem preſentibus appenſis tradidimus communitas. Et nos dni iam dicti ad peticionem dictorum venditorum sigilla nostra duximus hiis literis in teſtimonium apponenda. Actum et datum anno dni. M°. CCC°. decimo feria sexta infra octauas Paſche.

An rother Schnur hängt das wohlerhaltene Reitersiegel:

† S' GODEFRIDI. CO(mi)TIS DE DYTSE.

An grünen Schnur:

SIG . . S . . . D(e) WESTERB . . .

---

658. Guda Fischer von Lympurg verkauft dem Kl. Eberbach ihr Häuschen daselbst.

—

***1310**, Mai 26.*

Orig. Urk. im K. Staatsarchiv zu Idstein.

Vniuerſis preſentes literas viſuris et audituris in perpetuum, ego Guda filia . . Piſcatoris, opidana Lympurgensis notum eſſe cupio | publice profitendo Quod cum per sentenciam scabinorum Lympurgensium michi in judicio adiudicatum exiſtat quod hereditatem | meam alienare et vendere pro sustamento mei corporis bene poſſim et cum euidens corporis neceſſitas me vrgeat | Igitur aream vnam et domunculam ſuperpoſitam contiguatam domui cuiusdam dicti . . Symilwecke intra Lympurg vendidi vendo et trado — dno . . Abbati et . . Conuentui monaſterii Ebirbacensis Cyst. ord. pleno jure quo ipsam aream cum domuncula habui pro tribus marcis tribus legalibus hallensibus pro denario quolibet michi deliberatis, traditis et aſſignatis. Vt autem hec mea vendicio perpetue firmitatis robur obtineat sigillum opidi Lympurgensis hiis literis apponi in teſtimonium rogaui. Et nos . . Scultetus et . . scabini opidi predicti premiſſa vera

zed by Google

esse recognoscentes sigillum nostrum predictum ad rogatum dicte Gude hiis literis duximus — apponendum. Acta sunt hec presentibus Wygando dicto de Creuch et Lutzone dicto rodener scabinis anno dni M°. CCC°. decimo feria tercia ante festum ascensionis dni.

Das kleine Siegel der Stadt Limburg hängt zerbrochen an.

---

659. Die Begine Begtradis von Mainz verfügt letztwillig zu Gunsten verschiedener frommen Stiftungen.

1310, *Juni 11.*

Orig. Transsumpt im K. Staatsarchiv zu Idstein.

Nouerint vniuersi presencium inspectores ac eciam auditores quod Begtradis Begina filia quondam Heinrici dicti Borneſtab ciuis | secundum inspiracionem diuine gracie sibi factam saluti anime sue cupiens salubriter prouidere sane mentis et corporis maturo consilio prehabito v|niuersa bona sua mobilia et immobilia propria et hereditaria que ad presens Moguntie et eius comicia seu alibi vbicunque locorum sita habet | vel que est in posterum habitura domo vna duntaxat excepta retro domum Cunradi dicti Grummele carnificis sita quam cenobio sce Agnetis in Moguntia legauit, post eius obitum optinenda specialiter in hunc modum quod eiusdem cenobii celleraria censum domus recipiet antedicte et tertiam partem eiusdem census in festo beati Michahelis aliam vero terciam partem dicti census in dominica qua cantatur Inuocauit residuam que dicti census terciam partem in cena domini pro antedicte Begtradis necnon Alheidis matris Heinrici patris sui, Culmanni et Heinrici fratrum suorum atque Cunradi avonculi eiusdem Begtradis animarum remedio et salute conuen-

tui predicti cenobii pro piſcibus tribuat et miniſtret pro ſui ac parentum ſuorum animarum remedio et ſalute legauit et donauit monaſterio Erbacensi poſſidenda ſimpliciter ſub hac forma quod ipsa Begtradis de eiſdem bonis quoaduixerit ordinandi, diſponendi et faciendi, alienandi, mutandi, obligandi, reuocandi et vendendi ſine impedimento et contradictione dictorum cenobiorum pro ſue voluntatis beneplacito plenam et liberam habeat facultatem. Item dicta B. vult et legat quod de bonis ſuis viginti et quinque libre hallensium fratri Cunrado in Erbach monacho, germano ſuo, ante omnia ad vſus librorum ſuorum et precipue tribuantur. Item eadem Begtradis ancille ſue pro tempore exiſtenti duas libras hallensium deputauit in hunc modum quod eadem ancilla ſingulis diebus infra annum ſui obitus offerat ad altare infra miſſas, et ipsius .B. memoria habeatur. Item dicta .B. vult et ordinat quod magistro Curie Erbacensis in Moguntia due libre hallensium preſententur ut idem cum tot hollandiensibus quot pro duabus libris hallensium comparari poterunt, sacerdotibus pauperibus eoſdem hollandienses donando ipsius .B. memoriam peragere ordinet et procuret cum miſſis et vigiliis pro defunctis. Item dicta .B. elegit et eligit in monaſterio Erbacensi ſe ſepeliri, et legat in ipso die obitus ſui decem libras hallensium dandas de bonis ſuis mobilibus pro refectione generali conuentui autedicto. Item dicta .B. legat conuentui ſupradicti cenobii ſce Agnetis in Moguntia dandas quatuor libras hallensium post eius obitum in hunc modum quod in ipsius obitus die Triginta ſolidi hallensium in pane, vino et piſcibus conuentui miniſtrentur et reſidue due et dimidia libre inter dominas Moniales predictas ſingulis in librorum ſubſidium erogentur. Item dicta .B.

zed by Google

legat ad opus fabrice parochie ſci Quintini unam libram. Item plebano ibidem dimidiam libram et duobus eius ſociis unam libram. Item dat et legat cenobiis et aliis piis locis poſt obitum ſuum dandas videlicet sanctimonialibus veteris monasterii vnam libram. Item dominabus noui monasterii quondam penitentibns vnam libram. Item ſce Clare conuentui vnam libram. Item conuentui cenobii in Dalen duas libras. Item cenobio sanctimonialium in Vlenhuſen vnam libram. Item fratribus predicatoribus unam libram. Item fratribus minoribus unam libram. Item fratribus Augustinensibus unam libram. Item fratribus Carmelitis vnam libram. Item hoſpitali infirmorum in Moguntia vnam libram. Item conuentui in Dyfendal vnam libram. Item dicta .B. volt et ordinat quod de octo maldris siliginis Moguntine menſure in ipso die obitus ſui duo maldra siliginis pauperibus in curia Erbacensi Moguntie ad elemoſinam miniſtrentur. Vult etiam quod duo maldra siliginis in dicta curia in ipsius .B. die obitus tricesimo pauperibus erogentur. Item dicta .B. legat quod duo maldra siliginis in eius anniuerſario de predictis octo maldris siliginis in dicta curia pauperibus erogentur. Item dicta .B. post ſuum obitum ancille ſue que tunc ſecum pro tempore fuerit legat quatuor maldra siliginis dandas. Item dicta .B. vult, legat et ordinat quod premiſſa legacione et ordinatione non obſtante ſi predictus frater ſuus dnus Culmannus in vita vel in morte ſepedicte .B. extra monaſterium Erbacense et ipsius monaſterii diſtrictum et dominium ſiue regimen ad monaſterium ſeu locum alium fuerit relegatus ipso inſcio vel inuito vniuerſa alia legata et donata mobilia et immobilia monasterio Erbacensi ſupradicta cedent illi loco et

zed by Google

monasterio quo et quamdiu ipse frater Cunradus tunc fuerit constitutus. Ipso vero fratre Cunrado ad monasterium suum Erbach reuerso aut extra monasterium in alio loco defuncto vniuersa bona monasterio Erbacensi ut premittitur legata ad ipsum monasterium redibunt libera et soluta. Item dictus (sic!) .B. legat ad fabricam ecclesie sce Marie in Campis extra muros Moguntie post obitum suum dandas. Item dicta .B. vult et ordinat quod cum quatuor marcarum et octo solidorum denar. Colon. reditibus tribus hallensibus bonis et legalibus pro denario quolibet computandis de duarum domorum censibus acceptis quarum vna vocatur zum Bornstabe et alia eidem contigue sita existit cum octo videlicet solidis semelle triticee et cum una marca bonum vinum et cum triginta solidis pisces emantur et in ipso die beati Michahelis Archangeli vel infra eiusdem octauam fiat pictantia siue refectio conuentui generalis. Cum reliquis vero sex solidis Lampas coram altari sci Nicolai in monasterio pendens que noctibus hucusque splenduit in antea diebus et noctibus arsura incendatur ac ecium procuretur. Quos eciam sex solidos custos monasterii Erbacensis qui pro tempore fuerit singulis annis colliget et in sui officii reditus computabit. Insuper antedicta .B. vult et ordinat quod in die obitus sui quatuor libre hallensium dentur pro luminibus comparandis. Dictaque Begtradis borgauit id est sub cautione judiciaria quod borgen vulgariter dicitur se astrinxit uniuersa et singula premissa rata inuiolabiliter obseruare. Actum coram Emerchone et Emechone dicto Schubele judicibus presentibus et attestantibus, Cunrado dicto Winterkaste sententiam proferente, Alexandro braxatore, Alexandro luminum factore, Herindo, Bertholdo Grimmel,

gitized by Google

Petro Seilre, Petro Roſt, Nicolao dicto Swap piſtore, Gotzone genero Herbordi Roſt, Petro et Ludewico Iſenmenger, Cunrado de Windecke, G. de ſco Goare. Nicolao Bouz, Rukero et Cunrado modiario ciuibus Moguntinis. Anno dni M°. CCC°. X°. feria ſexta proxima poſt diem beati Pancratii. Dictique judices atque ciues premiſſa coram ſe rite fuiſſe peracta ad monitionem honorabilis viri dni Ph. de Schonecke camerarii Moguntini judicio preſidentis, poſtmodum ſub juramentis eorum in judicio publice recitarunt preſentibus et aſſiſtentibus Ph. milite dicto Swap judice, Nicolao Heilmanno et Jacobo aduocatis. Hertwino. Chriſtiano. Beumundo et Anzone Budellis ac aliis quam pluribus fide dignis ciuibus Moguntinis. Anno dni. M°. CCC°. X°. feria quinta proxima post diem feſti Penthecoſtes.

Vier Siegel hängen:

1. *ganz verwischt.*
2. S. PHILIPPI MILI . . . . . AR.IVDICIS M . . . .
3. ✝ S. EMERCHONIS.IVDICIS MOGVT.
4. S. EMECHONIS. SCHVBELE. IV DIC. MOGVT.

660. Gyso, Herr von Molsberch, entsagt seinen Ansprüchen auf den Hof in Zutsheim zu Gunsten des Kl. Eberbach.

***1310**, Juni 28.*

Orig. Urk. im K. Staatsarchiv zu Idstein.

Vniuerſis preſentes literas viſuris et audituris in perpetuum, nos Gyſo dominus de Molſberch notum eſſe volumus et publice profitemur Quod propter deum | precipue et reuerenciam glorioſe virginis Marie pro nobis et omnibus nostris ſucceſſoribus ſeu heredibus renunciaui-

mus et renunciamus per preſentes | omni juri et accioni quod vel que ſuper duobus manſis et una curte in villa zutſheym et eius terminis ſitis de jure vel de facto | nobis conpetebant ſeu videbantur conpetere, contra religioſos viros dnos .. Abbatem et .. Conuentum monaſterii Ebirbacenſis Cyſterc. ordinis Ita quod idem Abbas et Conuentus de manſis et curte iam dictis cum ſuis attinentiis ac juribus poſſunt et debent tamquam de bonis ſuis proprietariis diſponere ordinare et ea poſſidere vendere locare ſeu aligenare prout ipſorum voluntati placuerit contradiccione nostra qualibet non obſtante. Item omne jus quod nobis conpetebat ſeu competere poterat in Rorico de Heymbach qui hactenus titulo hominicii nobis attinebat ob salutem anime nostre pro nobis et heredibus noſtris predictis tranſtulimus et per preſentes tranſferimus in dnum abbatem et conuentum monasterii Ebirbacensis predictos ut idem Roricus iam dicto monaſterio exnunc attineat perpetuo pleno jure et modo quo nobis hactenus attinebat. Promittentes pro nobis et heredibus nostris predictis quod racione bonorum predictorum ac eciam Rorici antedicti contra abbatem et conuentum dicti monaſterii Ebirbacensis per nos ſiue per alios non mouebimus accionem ſeu queſtionem ullo tempore in judicio ſiue extra. Vt autem premiſſa omnia et ſingula perpetue firmitatis robur obtineant preſentes literas dno abbati et conuentui predictis ſigillo nostro tradidimus communitas. Actum et datum anno dni M°. CCC°. decimo in vigilia beatorum Petri et Pauli apoſtolorum.

Von dem Siegel hängt nur noch ein Stückchen an.

zed by Google

661. Gerdrudis, Wittwe des Ritters Richwin Specht von Schuppach, vermacht dem Kl. Eberbach Hof u. Güter zu Friendytse.

***1310**, Juli 9.*

Orig. Urk. im K. Staatsarchiv zu Idstein.

Vniuerſis Chriſti fidelibus preſentes literas inſpecturis Ego Gerdrudis relicta pie memorie Richwini dicti Specht militis de Schup|pach Tenore preſencium cupio fore notum quod honorabilibus et religioſis viris .. Abbati et conuentui monaſterii Ebirbacensis ordinis Cyſterc. Moguntine dyoceſis contuli tradidi libere preſentibus et legaui Curiam meam in friendytſe cum vniuerſis attinentiis ſuis agris, pratis, paſcuis, | ortis, ſiluis, virgultis aliisque bonis omnibus cuiuſcunque ſint condicionis, cultis et incultis, quam quidem curiam et bona predicta ego et maritus | meus predictus comparauimus manu communicata erga heynricum militem et Irmengart uxorem eius legitimam dictos dy Steyncoppen de Monthabur, iuſte et racionabiliter nostra pecunia ipsis numerata, tradita et ſoluta. Item alia duo iugera agri ſita in terminis ville eiuſdem per nos a quodam alio ibidem iuſto empcionis titulo comparata Jſdem religioſis .. Abbati et conuentui de Ebirbach diuine remunerationis intuitu cum omni iure et dominio quo nos ipsa bona ſupradicta noſcimus habuiſſe, tenuiſſe et poſſediſſe, confero perpetuo poſſidenda in remedium anime mee et mariti mei bone memorie ſupradicti omniumque progenitorum meorum nec non in reſtaurum et recompenſum quod maritus meus antedictus quondam locacionis titulo Curiam predictam religioſorum dictam Hademar perorauerit et monaſterium antedictum variis oneribus et periculis damnarat cuiusmodi dampnum nec precio neque ſeruicio reſtaurauit.

Ne ergo ego talis facti conſcia protrahar in ruinam in huius poſicionem et reſtaurum et mee ordinacionis firmitatem pro me meiſque heredibus quibuscumque abrenuncio omni juri, dolo malo, excepcioni friuole Actioni ac uniuerſo quod predictos religioſos in dictorum bonorum poſſeſſione quod abſit poſſet impedire. Teſtes autem et qui huic donacioni, tradicioni ſeu legacioni intererant ſunt hii videlicet Richwinus decanus in Lympurg, Gerhardus de Bubenheym miles frater decani antedicti. Heynemannus scultetus. Johannes dictus Laner, Ludowicus dictus Bodevere, Eynzelo piſtor ciues et ſcabini oppidi ſupradicti, Heynricus dictus Swenke, gener viceſculteti de friendytſe. Thilmannus dictus de pale. Heynricus dictus zoade. Albertus dictus keſe. hertwinus frater eiuſdem, Conradus dictus Winkop, iurati ville friendytſe qui vulgariter dicuntur hubenere. In premiſſorum teſtimonium omnium sigillum honorabilium virorum dni Richwini, Gerhardi militis, fratris eiuſdem decani et vniuerſitatis ciuium Lympurgensium procuraui preſentibus apponi quod et nos ... iam dicti recognoſcimus eſſe verum. Actum et Datum anno dni M°. CCC°. X. Idus Julii.

1. *Abgerissen.*
2. † S' GERHARDI. MILITIS. DE BUBĪHEI.
3. *Das kleine Stadtsiegel von Limburg, beschädigt.*

zed by Google

662. Die Kirche zu Limburg tauscht einen Garten mit dem Bürger Rulemann daselbst.

1310, *August 3.*

Orig. Urk. im K. Staatsarchiv zu Idstein.

Ego Albertus plebanus et Ecclesia Lympurgensis Tenore presencium Recognosco et ad vniuersorum noticiam cupio | peruenire quod accedente consensu hon. virorum dnorum meorum decani et.. Capituli ecclesie predicte quendam | ortum situm apud Lympurg trans Logenam contiguatum orto dni.. Custodis dicte ecclesie qui ad altare | parrochiale sci Nycolai in eadem ecclesia proprietario jure pertinebat per modum concambii tradidi — Rulemanno oppidano Lympurgensi moranti inter tuguria — pro vno orto sito extra portam dictam Grapporten iuxta ortum vlrici militis quem econuerso idem Rul. michi plebano predicto meo dicti altaris ac meorum successorum nomine recipienti tradidit — titulo mere proprietatis apud idem altare sci Nycolai ac successores meos perpetuo permansurum. Et cum iam dictus ortus michi assignatus taliter sit quodammodo melior orto altero predicto ego ad recompensandum hoc viginti solidos — dicto Rulemanno tradidi etc. — Vt autem nostrum concambium ac omnia et singula premissa perpetue firmitatis robur obtineant,. Sigillum ecclesie Lympurgensis predicte hiis literis apponi rogaui. — Actum et datum anno dni M°. CCC°. decimo, in die Inuencionis sci Sthephani.

Zwei Stückchen des Siegels hängen noch an.

663. Embrico von Deytze, Ritter, verzichtet, zu Gunsten seines Bruders, auf die ihm zugefallene Erbschaft von Gütern zu Nieder-Laynstein, Aldendeytze, Vriendeytze u. a. Orten.

***1310**, Sept. 9.*

Orig. Urk. im K. Staatsarchiv zu Idstein.

Vniuerſis preſentes literas viſuris et audituris Nos Embrico dictus de Deytze miles et katherina coniuges notum facimus quod Sophia mater mei militis predicti nobis dedit olim hereditatem ſitam in Myſenheym | et in Bleyda et territoriis ibidem in curtibus agris ortis cenſibus ac quibuſcumque aliis exiſtentibus. Nos quoque coniuges prenominati cum eadem hereditate ordinauimus et ordinabimus licite qualitercunque abſque cuiuslibet impedimento et contradictione quicquid nobis visum eſt vel nobis aut heredibus nostris in poſterum videbitur expedire. Et pro ipsa hereditate predicta nos coniuges predicti renunciauimus ore et calamo manibus coniunctis et preſentibus renunciamus omni hereditati quam mater mei militis prefata dedit quondam dno Johanni canonico ecclesie Treuerensis fratri meo ſite in Confluentia, in inferiori Laynſteyn, in hoyrcheym, in aldendeytze et Vriendeytze ac territoriis ibidem, in curtibus, domibus, agris, ortis, cenſibus et quibuſcunque aliis, renunciauimus etiam ut ſupra curti matris mei militis predicti ſite in Andernaco in vico dicto rupecher gaſſe et vinee ſite ibidem in Ayrſburg lta quod prefatus canonicus cum hereditate, curte et vinea predictis ordinare poterit licite quocumque modo quicquid ſue fuerit voluntatis, contradictione nostra vel cuiuslibet non obſtante aliqualiter in jure canonico vel ciuili. Dantes has litteras ſigillatas cum sigillis proborum virorum dni Johannis de Laynſtheyn militis, Her-

Digitized by Google

manni de Kolfzhe et Theoderici dicti monftere scabinorum andernacensium in teftimonium premiſſorum. Datum anno dni. Milleſimo. Trecenteſimo. Decimo in craſtino Natiuitatis beate Marie virginis.

An Pergamentstreif hängen:

1. I(o)HANNIS DE LOHA(stei)N M(ilitis) . . .
2. (S. he)RMANNI D . . I. KO. . . *(Schild getheilt, in der unteren Hälfte 5 Sterne).*
3. . . . . I. SCABI . . (an)DNA(cens.) . . . *(Schild getheilt, oben 3 sechsblättrige Rosen neben einander).*

} *zerbröckelt.*

664. Das Stift Maria zur Greden in Mainz erhält Auftrag dem Kl. Eberbach die obgedachte päpstliche Bulle zu communiciren.

1310, *Octob. 11.*

Ocul. Mem. II. fol. XXXVII, 1.

Johannes dei gratia Abbas monaſterii Sci Petri in Erfordia Maguntine diocesis Judex ſeu Conſeruator Priuilegiorum et libertatum | ordinis Ciſtercienſis perpetuus a sede apoſtolica deputatus Honorabilibus viris Dominis . . . Decano et . . . Cantori ſancte | Marie ad gradus in Maguntia salutem et ſinceram in domino karitatem. Noueritis nos litteras apoſtolicas recepiſſe | tenoris et continentie in hec verba. Clemens Epiſcopus et cetera. Dilecto filio et cetera. Quarum litterarum copiam | vobis vna cum preſentibus volumus exhiberi. Cum igitur arduis noſtris et noſtri monaſterii negociis prepediti, exſecucioni dictarum litterarum quantum ad dominum . . . abbatem et conuentum in Eberbach non poſſimus intendere iſta vice, vobis in hac parte communiter et diuiſim utriſque et ſingulis committimus vices noſtras quouſque eas ad

Digitized by Google

nos duxerimus reuocandas. Mandantes vobis quatinus in dicto negotio auctoritate noſtra Immo verius apoſtolica, ratione preuia procedatis iuxta traditam a Sede apoſtolica in eiſdem litteris nobis formam. Ita ut vnus veſtrum ſi forſitan impeditus ſe abſentauerit alter nichilominus exſequatur. Datum Erfordie Anno dni. M°. CCC°. Decimo. V°. Ydus Octobres.

An Pergamentstreifen hängt zerbrochen das Siegel des Abtes:
..IOHANNIS.....(e)FRFORDI...

665. Abelo Hoynremenger und seine Schwestern verkaufen an das Kl. Eberbach eine Hofraithe bei Ryle.

1310, *Nov. 10.*

Orig. Urk. im K. Staatsarchiv zu Idstein.

Vniuerſis preſentia viſuris Abelo filius Hermanni dicti hoynremenger, Mynka et Sophia ipſius Abelonis | sorores cognoſcere veritatem. Noueritis quod nos vendidimus et per preſentes vendimus fratri Henrico conuerſo | monasterii Euerbacensis ordinis Cyſterciens. Moguntinensis dyocesis ementi erga nos legitime nomine .. abbatis et .. conuentus | monaſterii ſui predicti vnam domum ſitam apud Ryle iuxta domum dicti Spictyelre cum omnibus ſuis attinentiis et pertinenciis et cum vno jurnali tam vinee quam terre arabilis ad eandem domum ſpectante pro quatuordecim marcis pagamenti colonienſis nobis ab eodem fratre Henrico prouiſore curtis Euerbacensis ſite in ciuitate Colonienſi numeratis traditis et nomine precii perſolutis, et tranſtulimus et tranſferimus in eoſdem .. abbatem et conuentum ipsarum domum cum jurnali predicto et omne jus quod habuimus in eiſdem et ſupportauimus et ſupportamus ad manus

zed by Google

dicti fratris Henrici et ad commodum et vtilitatem dictorum abbatis et . . conuentus eandem domum cum jurnali predicto abdicantes a nobis quicquid iuris habuimus in eiſdem. In cuius rei teſtimonium sigillum honeſti viri dni Lodewici decani ecclesie ſancti Cuniberti Coloniensis rectoris et plebani ecclesie nostre parochialis apponi rogauimus huic ſcripto. Acta ſunt hec preſentibus Schillincgo de Ryle magistro, Johanne de ſancto Cuniberto aduocato curie Coloniensis, Hyldegero dicto prinsh, Mathia filio Sophie braxatoris Lamberto filio Conradi, Johanne dicto up deme poyle, Winando vineatore et aliis quam pluribus preſentibus et aſtantibus. Et nos Lodewicus decanus prenominatus fatemur quod ad preces predictorum Abelonis, Myncke et Sophie sororum ipſius confitentium omnia et ſingula prenarrata vera eſſe sigillum nostrum hiis literis appendimus in teſtimonium eorundem. Actum et datum in vigilia beati Martini hyemalis anno dni Milleſimo Trecenteſimo decimo.

An Pergamentstreif hängt stark beschädigt das Siegel des Dekans: ..LVDEWI.....

666. Compromiss zwischen dem Kl. Eberbach und Sifrid von Beckenheym über einen Streit um den Sandhof.

1310, *im December.**)

Orig. Urk. im Grossh. H. Staatsarchiv zu Darmstadt.

Nos frater Wilhelmus dictus abbas totusque con-

*) Im Datum steckt ein Irrthum, da Abt Wilhelm erst im Herbst des Jahres 1310 als Abt nach Eberbach berufen wurde. Wir beziehen daher am einfachsten „decimo" auf das Jahr, nicht auf den Tag.

Digitized by Google

uentus monaſterii Eberbacenſis, ordinis cyſtercienſis, Moguntine dyoceſis ex vna, Nec non Syfridus de Beckenheym et Wernherus filius eiuſdem, ex | parte altera, tenore preſentium recognoſcimus et ad vniuerſorum notitiam cupimus peruenire, quod cum inter nos, hic inde, ex diuerſis articulis, cauſis et queſtionibus, eſſet odioſe diſſenſionis ex|orta materia, quorum articulorum causarum et queſtionum deciſionem atque finem, tamquam pacis et equitatis amatores, cupientes habere pacificum, ad electionem proceſſimus arbitrorum. Et nos.. abbas et conuentus | predicti, in fratres Wigandum magiſtrum curie noſtre in Bopardia et Johannem magiſtrum noſtrum in Breydenuas, Conuerſos Monaſterii noſtri memorati, ex parte vna, Ego vero Syfridus et Wernherus filius meus pre|dicti in Heinricum dictum Prummeheimere et Hermannum dictum Winkubel de Heyſenſheim ex parte altera, comprimiſimus, tamquam in veros complanatores et arbitros atque iuſtos, qui de cunctis huiusmodi queſtionibus et articulis, diſcuſſione diligenti prehabita, et meritis earum inſpectis, nos in inuicem, secundum equitatem et iuſtitiam, vel ſecundum amorem et hoc de scitu partium nos complanarent, et ad pacis reducerent vnionem, hoc a nobis communitis et concordi voluntate prouiſo ad celeriorem dictarum earum deciſionem, quod si predicti quatuor arbitri a nobis ex utraque ſic electi, in pronunciacionem huiusmodi arbitrii, concordes fieri non poſſent et vnanimes, ex tunc, ad cuiuscunque partis arbitros, honorabilis vir dnus Cunradus plebanus in Wenterauwe nec non strenuus vir, dnus Cunradus de Rudenſheym, miles, a nobis.. abbate et conuentu de Ebirbach, nec non Syfrido et Wernhero predictis partibus, tamquam

zed by Google

in mediam perſonam et arbitrum vnicum electi et aſſumpti declinarent, illorum ſententia vim habere debetur et a nobis ab vtraque parte rata et firma inuiolabiliter obſeruari. Si vero predicti quatuor arbitri, Wigandus et Johannes Conuerſi, nec non Heynricus et Hermannus a nobis hincinde electi, in diſcuſſione cauſarum inter nos motarum, adeo diſtantes in ſua ſententia et iudicio eſſent et diſcordes, quod dnus C. plebanus et C. de Rudenſheym miles prefati, ad nullius partis arbitros declinare vellent nec ipſorum approbare arbitrium, immo potius per ſe ipſos ceſſante poteſtate dictorum quatuor arbitrorum diffinire, ex tunc ex vtraque parte promiſimus, fide preſtita manuali et ſub pena triginta marcarum denariorum Colonienſium, bonorum et legalium, parti arbitrium ſeruanti .....*) ratum et contractum habituros, quicquid dnus C. plebanus et dnus C. miles sepedicti de omnibus diſcordie noſtre cauſis et articulis, diffiniendum, pronunciandum ducerent vel .....*) ſcripti quatuor arbitri Wigandus et Johannes conuerſi, nec non Heinricus prumeheimere et Hermannus Winkubel, per nos electi inter ſe concordare non poterant, in .....*) arbitrio nimium discordantes, dnus C. plebanus et dns C. de Rudenſheim miles predicti, tanquam vnica media perſona ex vtraque parte grata et in verum arbitrum ... nobis electi ſua arbitri a poteſtate in ipſos ſuſcepta, diligenti diſcuſſione et deliberatione prehabita vtentes, ob noſtram ex vtraque parte pacem et concordiam diffiniuerunt, pronunciauerunt et ſtatuerunt, quod Ego Syfridus et Wernherus filius meus prefati, in curia dictorum abbatis et conuentus de Eberbach dicta Sande, duo-

*) Die fehlenden Stellen sind ausgerissen.

Digitized by Google

bus annis immediate ſequentibus iuxta modos et conditiones, quibus dicta curia nobis dinoſcitur eſſe locata remanere debemus et morari, in quorum duorum annorum spatio et tempore omnes defectus, cauſas et negligentias, propter quas inter abbatem et conuentum predictos et nos diſcordia extitit ſeminata, emendare ſeu de ipſis ſatiſfacere debemus et tenemur sufficienter et ad plenum, ita videlicet quod duobus annis ſubſequentibus expletis et euolutis nichil de dictis negligentiis, defectibus atque cauſis remaneat per quod iterato diſcordia valeat innouari. Alioquin si huiusmodi negligentias, defectus et articulos nobis per.. abbatem et conuentum de Eberbach obiectos, emendare neglexerimus ad plenum et in toto, extunc triginta marcas denariorum colonienſium legalium et bonorum predictis.. abbati et conuentui tenebimur et ad hoc nos obligauimus et obligamus, ſub titulo iuſte et acceptate pene, abſque contradictione qualibet aſſignare, penis et conditionibus, in literis super locacione nobis facta expreſſis, nos, vno ore, sigillis honeſti viri dni C. plebani in Wenterauwe, nec non strenuorum virorum, dni Wernheri de Wenterauwe militis, qui huic arbitrio predicto interfuit, ac dni C. de Rudenſheim militis predicti, preſentes litteras optinuimus ſeu procurauimus communiri. Nos vero Cunradus plebanus de Wenterauwe et Wernherus ac Cunradus de Rudinſheim milites predicti, ad petitionem et inſtantiam.. abbatis et conuentus de Ebirbach nec non Syfridi et Wernheri filii eiuſdem preſcriptorum ac etiam in firmitatem et robur omnium premiſſorum sigilla noſtra preſentibus duximus appendenda.. Teſtes autem qui interfuerunt ſunt dnus Wilhelmus de Wenterauwe miles. Heinricus de aquis Cellerarius.

Digitized by Google

Godefridus dictus Rapodo supprior. Ludowicus de Lympureh Camerarius. Didericus de Lurenburg Syndicus, Monachi Monasterii Ebirbach prefati, et frater fritzo Conuersus ibidem. necnon Sybodo armiger de Wenterauwe et Wolframus zum Herffeldere ciuis Moguntinus et alii plures fidedigni. Actum et datum Anno domini M°. CCC° decimo ante Aduentum domini.

Das Siegel des Pfarrers von Winterauwe ist ziemlich erhalten, von den beiden andern sind nur noch Stücke vorhanden.

---

667. Das Kl. Gymmersheim leistet auf eine von den Gütern Bervards von Witirsheim bezogene Korngült Verzicht.

1311, *Febr. 9.*

Ocul. Mem. II, fol. XXXVI, a.

Nouerint uniuersi literarum presentium inspectores. Quod nos prior. magister totusque conuentus cenobii in Gymmersheim renunciamus et effestucamus publice in hiis scriptis omnibus redditibus et super omnes reditus siliginis videlicet quinque maldrorum que nobis hactenus de bonis beruardi in Witirstat. abbas et conuentus ecclesie de eberbacho annis singulis nomine pensionis ministrabant renunciamus in hiis omnibus expresse omni excepcioni videlicet doli mali fraudis et conuenientia que nobis in posterum prodesse posset et predictis fratribus obesse. Sed uolentes predictam renuntiationem perpetue inuiolabilem obseruari. In cuius effestucationis et renuntiationis securitatem presentem cartulam sepedictis fratribus tradimus roboratam. Datum et actum anno dni M°. CCC°. XI°. feria tertia post dominicam Circumdederunt.

Digitized by Google

668. Friderich von Rudensheim, Ritter, verfügt letztwillig über seine Güter bei Erbinheim.

1311, *Febr. 21.*

Orig. Urk. im K. Staatsarchiv zu Idstein.

Nos Eberhardus scultetus et.. conſules Oppinheimenſes recognoſcimus volentes innoteſcere uniuerſis | quod Fridericus quondam de Rudenſheim miles concaſtrenſis noſter in lecto egritudinis poſitus | pia ductus intentione, ipse quidem et Caſela uxor ſua legittima manu communicata, decreto quoque | parili, bona ſua apud villam Erbinheim ſita nec non ex altera parte silue cum ipsorum attinentiis | bonorum pro remedio et ſalute animarum ſuarum ac progenitorum ſuorum ad capellam ſci Nicolai in Růdenſheim ſub hiis condicionibus nobis mediantibus et preſentibus legauerunt. Ita quidem quod Conrado militi de Rudenſheim fratri predicti Friderici bona ipsa dederunt in ſuas manus habenda et poſſidenda perpetim per eumdem Conradum ſuos quoque conſequenter heredes, pro annuis redditibus et perpetuis duarum marcarum Colon. denariorum tribus hallenſibus taxatis pro denario quolibet, quos redditus ipse Conradus et ſucceſſiue ſui heredes .... sacerdoti dictam capellam officianti pro tempore in omnem euentum anno quolibet preſentabunt. Rogati ergo a predictis coniugibus Friderico et Caſela ſigillum ciuitatis noſtre hiis appendi litteris effecimus propter testimonium contentorum omnium in eiſdem. Actum ac datum anno dni M°. CCC°. undecimo dominica proxima ante feſtum Cathedre ſci Petri apoſtoli.

An Pergamentstreifen hängt stark beschädigt das grosse Siegel der Stadt:

† SI . . . . . (burg)EN(sium I)N OPPENHEIM.

669. Die Matrone Mezza u. ihre Söhne schenken dem Kl. Eberbach alle ihre Güter zu Brie.

1311, *April 18.*

Orig. Urk. im K. Staatsarchiv zu Idstein.

Nos Volmarus cuſtos et officialis dni.. prepoſiti ecclesie ſci ſtephani magunt. recognoſcimus | per qresentes publice proteſtando quod honeſta matrona Mezza dicta domina de maguntia | Jacobus ſacerdos et Petrus filii eiuſdem coram nobis tamquam suo plebano | conſtituti, animarum suarum salutem proſpicere intendentes recognouerunt et publice ſunt confeſſi se donaſſe et tradidiſſe proprie salutis intuitu necnon parentum suorum remedio animarum, ac eciam coram nobis presencialiter donauerunt omnia bona ſua quocunque nomine cenſeantur sita in villa Brie juxta Speiam honorabilibus et religioſis viris dno.. abbati et conuentui monaſterii in Ebirbacho donacione pura et simplici inter viuos in dictos dominos ac ipsorum monaſterium dictorum bonorum jus proprietatem et dominium ſecundum quod competiit dictis donatoribus in prefatis bonis simpliciter tranſferentes. In cuius donationus et legacionis euidens teſtimonium sigillum officialitatis prepositure dicte ecclesie sci Stephani ad rogatum predictorum preſentibus eſt appenſum. Actum a. dni M°. CCC°. XI°. presentibus Heinrico rectori ſcolarum ecclesie ſci Stephani predicte et Bertoldo Lamfice ciue maguntino XIIII°. Kalend. Maij.

Von dem kleinen zirkelrunden Siegel hängt noch ein Bruchstück an mit der Umschrift: . . . (s)TEPHI. MAGVNT..

670. Der Convent zu Otterburg verzichtet gegenüber dem Kl. Eberbach auf seine Ansprüche an eine Geldrente.

1311, Juni 11.

Orig. Urk. im K. Staatsarchiv zu Idstein.

Nos frater Johannes dictus Abbas totuſque conuentus monaſterii in Otterburg ordinis Cyſterc. Moguntine dyocesis tenore preſencium conſtare | cupimus vniuerſis tam preſentibus quam futuris publice confitentes quod nos pacis et equitatis vtilitate prouide penſata tamquam iuſticie ama|tores effeſtucamus preſentibus ſollempniter et renunciamus omni actioni ſeu impeticioni a nobis contra Reuerendum in Chriſto patrem et viſitatorem nostrum dominum . . abbatem Monaſterii Ebirbacensis nostri ordinis necnon conuentum eiuſdem habitis racione ſeptem marcarum quas nos vna cum fratre nostro Cunrado sacerdote et monacho nostro requiſiuimus et optinere credebamus eaſdem ipso fratre Cunrado de Rudenſheim predicto ad huiusmodi impeticionem ſeu actum nos mouente renunciantes nichilominus ſimpliciter et in totum omni querele de ipsis redditibus ſeu de neglecto que in poſterum a nobis fieri poſſet quoquomodo tali condicione adiecta quod si vmquam aliquo tempore futuro conſciencia aliquos viros ydoneos de monachis vel conuerſis dicti monaſterii Eberbacensis de huiusmodi redditibus nobis racione dicti fratris Cunradi ut credebamus ſoluendis de iniuſticia remorderet, extunc ipse dnus Abbas et conuentus Ebirbacensis predicti ſecundum talem conſciencie remorſum iuſticiam et racionem de dictis redditibus nobis facere tenebuntur. In cuius*) ..... renunciacionis ſeu effeſtucacionis ad plenum et in toto a nobis facto memoriam et fidem certiorem preſentibus litteris

Digitized by Google

vna cum.....*) sigillis sigilla venerabilium virorum dnorum de Schonaugia et de Monte ſci Dyſiboti abbatum appendi procurauimus ad nostram inſtantiam et rogatum. Nos vero de Schonaugia et de Monte ſci Dyſiboti abbates predicti ad inſtanciam ſupplicem et rogatum memorati dni.. abbatis ac conuentus de Otterburg, cum predicta renunciacio ſeu effeſtucacio dictorum reddituum ſit coram nobis rite et legittime facta, preſentibus litteris sigilla nostra ad confirmacionem maiorem duximus appendenda. Actum et datum in Ebirbach anno dni M°. CCC°. vndecimo. XV. Kal. Julii — preſentibus pluribus fidedignis.

Die Siegel sind abgeriſſen.

---

671. Das Generalcapitel von Cisterz bescheinigt dem Kl. Eberbach den Empfang einer ihm schuldenden Summe.

—

***1311**, im September.*

Orig. Urk. im K. Staatsarchiv zu Idstein.

Nos frater Johannes dictus Abbas Clarevallis litteris preſentibus publice profitemur ad | omnium peruenire noticiam cupientes quod cum venerabiles et dilecti in Chriſto filii... coàbbas noſter | et conuentus de Eberbach in penſione annua et perpetua centum et octoginta librarum par|uorum turonensium nostro Generali Capitulo tenerentur, Reuerendi in Chriſto patres dnus.. Cyſtercii ac | diffinitores uniuerſi nostris ac eorundem... abbatis et conuentus de Eberbach partibus inclinati | totam ſummam pecunie pro dicta penſione annua contingentem videlicet tria milia et ſexcentas libras paruorum

*) Eine Lücke im Pergament.

Digitized by Google

tnronensium ab eiſdem ... abbate et conuentu de Eberbach nos vice et nomine capituli recipere permiſerunt, reddentes eiſdem litteras ſuas obligatorias de predicta penſione in preſencia dni Cyſt et diffinitorum omnium atque nostra, ipsos quoque .. abbatem et conuentum de Eberbach ab obligacione et ſolutione penſionis prehabere ſolutos et liberos perpetualiter nunciantes. Quam pecuniam totam confitemur nos a ſepedictis .. abbate et conuentu de Eberbach in numerata pecunia integraliter vice et nomine Generalis Capituli recepiſſe, eoſdem .. abbatem et conuentum de Eberbach quitos, nos vero pagatos de dicta pecunia integraliter uice et nomine Capituli confitentes. In quorum omnium teſtimonium ac debiti roboris firmitatem ſepedictis ... abbati et conuentui de Eberbach has nostras patentes litteras ſigilli nostri munimine dedimus roboratas. Actum et datum in Cyſtercio Anno dni M°. CCC°. XI°. tempore Capituli Generalis.

Von dem Siegel hängt noch ein Stück an.

---

672. Das Kl. Eberbach empfängt Quittung von Clarewall über eine bezahlte Schuld.

1311, *Sept. 13.*

Ocul. Mem. VI. fol. XCVII, a.

Reuerendo in Chriſto patri ſuo. Dno.. abbati clareuallensi. Fratres Johannes prior et Maſcelinus burſarius debite obedientie promptitudinem perpetua cum ſalute. Nouerit uestra paternitas quod a venerabili patre dno.. abbate de Eberbach recepimus mediantibus mercatoribus nostris tria milia et quadringentas libras paruorum turonum in bona pecunia numerata de qua

Digitized by Google

pecunia noſ et nostrum monasterium confitemur pagatos ipsum uero et ſuum monaſterium de Eberbach liberos atque quitos. Paternitatis uestre reuerentiam exorantes quatinus eundem et ſuum monaſterium abſolui a penſiore annua predicta pecunia contingente, ſimilem promiſſum dni Cyſterciensis et vestrum per ipsum dnum.. Cyſterciensem et generale capitulum faciatis. Obligauimus enim nos et nostrum monaſterium uestro nomine ad deponendum omne dampnum et intereſſe, ſi quid ipsum et ſuum monaſterium ſuſtinere contigerit per aſſignationem nobis factam pecunie antedicte. Dantes eidem has nostraſ patentes literas cum appenſione ſigilli nostri quo vtimur in teſtimonium ſuper eo. Datum in claraualle a. dni. M°. CCC°. VI°. In vigilia exaltacionis ſce crucis.

---

673. Peter, Erzbischof von Mainz, bestätigt dem Kl. Eberbach das Märkerrecht an den rheingauischen Waldungen.

***1311**, Septemb. 22.*

Orig. Urk. im K. Staatsarchiv zu Idstein.

Petrus dei gracia ſce Maguntine ſedis Archiepiscopus ſacri Imperii per Germaniam archicancellarius, Nouerint vniuerſi preſentium inſpectores quod | nos priuilegium felicis recordationis quondam Sifridi Archiepiscopi maguntini non cancellatum non abolitum nec in aliqua parte uiciatum uidimus | et legimus in hec uerba. In nomine ſce et indiuidue trin. Sifridus [u. s. w. wie oben B. I N: 138]

Nos igitur dilectorum in Chriſto.. abbatis et conuentus monaſterij antedicti deuotis | ſupplicationibus inclinati indulgentiam conceſſionem et traditionem eidem monaſterio ſuper iure predictarum ſiluarum factas per ar-

Digitized by Google

chiepiscopum memoratum in | omnibus et per omnia approbamus ratificamus innouamus confirmamus et presentis scripti patrocinio communimus. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc pagi|nam nostre approbationis, ratificacionis, innouationis et confirmationis infringere vel eidem ausu temerario contraire. Siquis autem hoc attemptare | presumpserit indignationem omnipotentis dei et nostram se nouerit incursurum. Datum in memorato monasterio eberbach Anno dni. M⁰. CCC⁰. XI⁰. in die beatorum | martirum Mauricii et sociorum eius. Pontificatus uero nostri anno Quinto.

Das Siegel ist mit seinem Pergamentstreif aus dem Rand der Urkunde herausgerissen.

---

674. Das Kl. Eberbach empfängt von der Begine Elizabeth von Etchinstein verschiedene Wohlthaten.

1311, *Octob. 1.*

Orig. Urk. im K. Staatsarchiv zu Idstein.

Nos frater Wilhelmus dictus abbas Totusque conuentus Monasterii Ebirbacensis Ord Cysterc Mogunt. dyoces. Tenore presencium Recognoscimus | et ad vniuersorum noticiam cupimus peruenire quod cum dilecta et familiaris nostri monasterii amica soror Elizabeth de Etchinstein begina domicilium in villa Kedirche habens plura bona siue redditus in villis Heymbach, Appinheim seu terminis grangiarum nostrarum videlicet Steinheim, Treyse et in Kedirche sita empta | pro centum et sexaginta quatuor marcis denariorum colon. ab eadem necnon Centum quinquaginta marcas denariorum Colon. parate et numerate pecunie quarum octoginta

Digitized by Google

marce primo et principaliter ad redimendam illam ſummam annue penſionis nostre capitulo generali pro ſubſidio cedebant, relique vero septuaginta marce poſtea in vſus conſimiles nostri monaſterii et magis vtiles ſunt conuerſe nobis et monaſterio nostro in anime ſue et parentum ſuorum remedium donauerit, legauerit et tradiderit pure et ſimpliciter poſt eius obitum jure teſtamentario poſſidenda ſub condicionibus et modis per ipsam Elizabeth de conſenſu expreſſo et voluntate nostra beniuola huic donacioni diuine adiectis nichilominus et ſubſcriptis videlicet quod nos in prima dominica aduentus dni dabimus et dare tenebimur ac preſentibus nostris litteris nos ad hoc firmiter obligamus annis ſingulis abſque dolo et ſubtractione qualibet quatuor marcas denariorum colon. tribus hallensibus pro denario quolibet computatandis, pro piſcibus nec non duas amas vini franci crementi curie nostre in ſuperiori Heymbach cum pane triticeo omni die post aduentum prenominatum nostro conuentui cauſa ſolacii ſpecialis anno quolibet in refectorio comedendo. Que quidem conſolacio predicta ſiue refectio poſt mortem prefate Elizabet inchoabitur et non ante. Eſt inſuper adiectum quod ſepedicta Elizabeth begina vſufructum de bonis memoratis omnibus ſeu redditus annuos percipiet libere et quiete ad tempora vite ſue. Nosque ſpecialiter dabimus et aſſignare tenebimur eidem Elizabeth annis ſingulis quamdiu vixerit racione centum quinquaginta marcarum predictarum nobis numeratarum et in vſus et vtilitatem euidentem nostri monaſterii conuerſarum prout ſuperius eſt expreſſum in feſto beati Martini hyemalis sex marcas denariorum colon. necnon septem marcas eiuſdem monete tribus hallenſibus pro denario quolibet computatis in feſto Natiuitatis beate Marie virginis im-

Digitized by Google

pedimento et contradictione qualibet non obſtante, hoc adiecto quod ſi in amminiſtracione conſolacionis ſiue refectionis predicte in piſcibus vino et pane triticeo vt predicitur dicto conuentui nostro faciende die et tempore ad hoc ſtatutis negligentes quod abſit vel remiſſi inuenti fuerimus in parte vel in toto extunc abſque reclamatione et contradictione qualibet nullo nobis juris vel facti auxilio in contrarium ſuffragante dabimus et dare tenebimur anno dumtaxat huiuſmodi negligencie in veram penam a nobis electam quinque marcas denariorum colon. tribus hallensibus pro quolibet denario abſque diminucione religioſis viris dno.. abbati et conuentui monaſterii in Blidinſtat ordinis ſci Benedicti conuertendas eidem conuentui in ſolacium et pitanciam ſpecialem. Ipſique dns.. abbas et conuentus de Blidinſtat predicti de huiuſmodi negligencia annis singulis diligenter inquirere debent prout voluerint coram diſtricto judice reddere racionem et animarum ſuarum diſpendium euitare. In cuius rei noticiam et firmitatem perpetuam preſentes litteras ſepedicte Elizabeth begine ſuper eo dedimus sigillo nostro et noſtri monaſterii communitas. Actum et datum anno dni. Milleſimo. Trecenteſimo. vndecimo. Kalendas Octobris.

An rother Schnur hängt das Siegel des Abtes in rothem Wachs.

---

675. Werner Schenke von Sterrenberg, Ritter, u. Paza, seine Frau, verkaufen an die Mainzer Kirche ihre bei Wickert u. Massenheim gelegenen Güter.

1311, *Oct. 16.*

Orig. Urk. im K. Staatsarchiv zu Idstein.

Iudices ſce Moguntine sedis tenore preſentium recognoſcimus publice profitentes quod Wernherus miles

dictus | ſchenke de Sterrenberg et Paza uxor ſua legittima, Treuerensis dyoceſis, in preſentia Gerhardi de Weſtfalia clerici | notarii noſtri iurati ad hoc a nobis ſpecialiter tranſmiſſi et deputati, conſtituti prouida deliberatione prehabita et | unanimi voluntate vendiderunt et iuſto vendicionis titulo vendunt per presentes quartam partem bonorum omnium conſiſtentium tam in agris, curia, vineis, cenſibus, capponibus, pratis et pullis, que quondam fuerunt Grede relicte | quondam .. dicti Galle militis auie dicte Paze et deuoluta exiſtunt ad ipsam Pazam iure hereditario ex morte Grede predicte, ſitorum in villis Wickere et Maſſenheim et terminis earundem, diocesis Moguntine, quorum vero bonorum mediam partem .. dictus Galle habere et poſſidere dinoſcitur et reſiduam quartam partem habet Rupertus miles frater Paze predicte Johanni de Bolandia pincerne ecclesie Moguntine, et Johanni de kyderiche vicario eiuſdem ecclesie ementibus et recipientibus cum omni iure ſuisque pertinentiis vniuerſis pro nonaginta ſex libris hallenſium legalium et bonorum, prefatis coniugibus numeratis traditis ab ipsis emptoribus plénarie et ſolutis, reſignantes publice eandem bonorum predictorum quartam partem, in iudicio ſeculari villarum predictarum coram .. scultheto zingravio .. scabinis et hubariis ibidem, in manus Johannis de kyderiche emptoris predicti recipientis eandem reſignacionem ſuo et Johannis de Bolandia predicti coemptoris ſui nomine et pro eodem jure ſimpliciter et in totum. Promittentes eciam dicti coniuges bona fide corporaliter preſtita dictis Johanni et Johanni emptoribus ſollempniter ſtipulando ad unius anni ſpacium a data preſentium computandum, ipsorum bonorum venditorum et iurium ſeu pertinentiarum eorun-

Digitized by Google

dem warandiam facere debitam et consuetam omni dolo et fraude prorsus exclusis. ad maiorem vero certitudinem et cautelam dicte warandie ipsis emptoribus ut predicitur faciende predicti coniuges ipsis emptoribus fideiussores suos ydoneos constituerunt, videlicet Fridericum militem de delkelnheim, Conzemannum de Walla et Manegoldum de Birgestad armigeros ita quod si iidem coniuges ipsis emptoribus ipsorum bonorum venditorum warandiam ut predicitur non fecerint expeditam, extunc dicti fideiussores moniti ex parte dictorum emptorum, fideiussionis debitum exoluent more bonorum fideiussorum comedendo tam diu donec dicta warandia bonorum plene facta fuerit emptoribus antedictis, et ad hoc dicti fideiussores similiter in presentia dicti Gerhardi notarii constituti se sollempniter obligarunt et obligant in hiis scriptis Eligentes nichilominus tam ipsi coniuges quam fideiussores predicti quod si in premissis omnibus vel eorum aliquo ut predicitur perficiendis et adimplendis negligentes inuenti fuerint vel remissi in ipsos et quemlibet eorum excommunicationis sententiam executioni debite domandam vsque ad obseruationem omnium premissorum proferamus omni iudiciorum strepitu quiescente. Actum anno dni M°. CCC°. XI°. XVI°. kal. Octobr.

Das Siegel hängt wohlerhalten an:

† S. IVDICVM S.. MOGVNTINE SEDIS.

Mit Rücksiegel.

Digitized by Google

676. Richwin Heyden von Mainz, Minorit, verkauft dem Kl. Eberbach eine Korngült.

1311, *Decemb. 7.*

Orig. Urk. im K. Staatsarchiv zu Idstein.

Judices ſce Moguntine ſedis .. Recognoſcimus per preſentes quod conſtitutus in nostra preſencia Ja|cobus curator Richwini dicti Heyden clerici minoris de Moguntia datus a nobis nomine | curatorio et pro ipso eodem clerico eciam preſente prefatus curator recognouit et in iure | publice fuit confeſſus quod penſata vtilitate dicti Minoris maxima Religioſis viris .. ab|bati et conuentui Monaſterii in Eberbach quinquaginta maldra tritici Moguntine | menſure penſionis annue quam idem Richwinus clericus ſingulis annis ad tempora ſue vite ſi religionem aliquam non intraret a monaſterio de Eberbach predicto percepiſſe debebat vendidit pro centum et quinquaginta libris hallens. ſibi legaliter traditis et numeratis, dictis .. abbate et conuentu reementibus legitime ab eodem. Renunciauit quoque dictus minor auctoritate ſui curatoris predicti interueniente beneficio reſtitucionis in integrum, exceptioni doli mali necnon omni exceptioni ſibi de iure vel de facto competenti per quam huiusmodi vendicio dictis .. abbati et conuentui in poſterum aliqualiter infringi poſſet vel recindi, preſtitit nichilominus prefatus Richwinus minor coram nobis corporaliter ad ſca ſanctorum ſollempniter iuramentum quod contra vendicionem predictam factam monaſterio predicto arte vel ingenio de facto vel de iure de cetero non veniat vel preſumat aliqualiter contemnere. Actum anno dni M°. CCC°. XI°. Idus Decembris.

Das Siegel der Aussteller: S. IVDICVM. SCE. MOGVNTINE. SEDIS *hängt, mit dem Rücksiegel, wohlerhalten an.*

676. Hermann Stumm u. Margareta, Eheleute, von Hattenheim, vermachen dem Kl. Eberbach eine Rente in Dyppach.

—

***1312**, Jan. 25.*

Orig. Urk. im K. Staatsarchiv zu Idstein.

Nos frater Wilhelmus dictus abbas totuſque conuentus Monast. Eberbacensis Ordinis Cyſterc. Maguntine dyoces. Recognoſcimus et ad vniuerſorum | noticiam volumus peruenire quod dilecti familiares noſtri Hermannus dictus Surdus et Margareta collateralis ipsius legittima, in villa | Hattenheym commorantes elemoſinam nobis et monaſterio nostro, vero teſtamenti titulo in animarum ſuarum remedium et ſalutem conferre | cupientes duarum Marcarum redditus in valle Dyppach iuxta Renum, erga Thomam et Lelam coniuges pro decem et octo marcis necnon vnius marce redditus erga filium Arnoldi de Waldaffen superiori pro nouem marcis cum dimidia denariorum colon. nobis ſeu monaſterio nostro perpetue penſionis nomine compararunt legacione nobis tacta ſollempniter de eiſdem quarum quidem trium marcarum predictarum redditus dictis Hermanno et Margarete coniugibus et cuilibet ipsorum poſt alterius mortem ſingulis annis quamdiu vixerint in Natiuitate dni tenebimur abſque onere diſpendio quolibet aſſignare nomine annue penſionis. Poſt obitum vero amborum dictarum trium marcarum redditus conuentui in conſolacionem ſeu seruicium abſque diminucione qualibet in feſto de Corpore dni quolibet anno tenebimur miniſtrare, condicione tali annexa quod si huiusmodi seruicium taliter miniſtrandum ut predicitur neglectum fuerit extunc venerabiles viri .. dns abbas et conuentus de Blydenſtat ordinis ſci Benedicti predicte dyocesis dictas tres marcas

Digitized by Google

pro tempore duntaxat tunc neglecto ad peragendam memoriam dictorum coniugum exigendi et percipiendi a nobis et in conſolacionem ſuam conuertendi facultatem habeant liberam, omni judiciorum ſtrepitu quieſcente. In cuius rei memoriam perpetuam preſentes litteras ſepedictis coniugibus sigillo monaſterii nostri tradidimus communitas. Datum anno dni M°. CCC°. duodecimo. VIII°. Kal. Februar.

Ohne Siegel.

---

678. Dydo von Scharpenstein, Edelknecht, u. seine Schwester Elizabeth verfügen letzwillig zu Gunsten des Kl. Eberbach über ihre Güter bei Lorche u. Gawilsheim.

—

1312, *Febr. 7.*

Orig. Urk. im K. Staatsarchiv zu Idstein.

In nomine dni Amen. Sicut natiue ſpectator ymaginis ſecedens a ſpeculo conſiderate iam effigici non meminit, ſic contingit interdum per obliuionem mentis humane bonarum mentium actus et ordi | nationes hominum ſalubres debiti vigoris defectum incurrere nisi literarum viue vocis penuriam ſupplencium munimine juxta prudentum conſilia ſolidentur. Eapropter | Nos frater Wilhelmus abbas Totusque con|uentus Monaſterii Eberbacensis ord. Cyſterc. Mogunt. dyoc. ad perpetuam rei memoriam et veritatem Vniuerſis preſentium litterarum inſpectoribus et auditoribus volumus fore notum publice profitentes quod cum | ſtrenuus vir Dydo de Scharpenſtein armiger necnon nobilis matrona dna Elizabeth ſoror eiuſdem familiares nostri predilecti magnum ſemper et ſollicitum amoris affectum et dilectionis | animum experimentis operum oſtendentibus ipso auctore a quo omnis dilectio

Digitized by Google

originatur ſicut a fonte caritatis eſſentiali circa nos et nostrum monaſterium haberent cupientes nobis victum nostrum cottidianum de bonis ſibi a deo collatis in aliqua | parte meliorare in conſolationem nostram et maiorem nature ſuſtentacionem theſaurizando ſibi theſauros celeſtes pro terrenis, bona ſua que in villis Lorche et Gawilſheim hactenus poſſederunt nobis ſeu monaſterio nostro Eber | bacensi predicto ob dei omnipotentis ſueque genetricis amorem et gratiam communicata manu in puram elemoſinam a nobis ure veri et legalis teſtamenti poſſidenda perpetuis temporibus contulerunt ſollempniter et legarunt ſub penis et condicionibus a nobis electis et de noſtro conſenſu expreſſo annexis preſentibus et adiunctis inuiolabiliter obſeruandis. Videlicet quod omnes redditus, obuentiones ac prouentus qui de prefatis bonis in Lorche et Gawilſheim ſic nobis legatis, deductis expenſis, prouenerint annis ſingulis tempore ad hoc oportuno nostre coquine cellerario fideliter et ad integrum preſentabimus ſeu preſentari faciemus. Qui quidem cellerarius de talibus prouentibus .. Priori ac Burſariis monaſterii nostri computationem fidelem faciens anno quolibet ſic de ipsorum conſilio ordinet et diſponat vt ſingulis annis in feſto Exaltacionis ſce crucis incipiens cuilibet monacho ac conuerſo infra muros Clauſtri exiſtenti, et non extra, de predictis prouentibus dua oua aut vnum allec vel aliud equiualens, ſi hec haberi non poterunt comode, diebus ſingulis abſque ſubtraxione qualibet miniſtrabit ſecundum quod dictorum bonorum obuentiones extendere ſe poterunt in nullos prorſus vſus nunquam aliquo tempore commutande, pitancia, caſeo ſeruiciisque aliis et ſolatiis conſuetis propter hoc nullatenus ſubtrahendis. Hoc adiecto quod de dictis prouentibus ſingulis an-

Digitized by Google

nis duas marcas pro piſcibus conuentui nostro miniſtrandis in vigilia beati Bartholomei apostoli ad peragendam memoriam anniuerſarii bone memorie Gyſilberti dicte dne E. mariti. It. duas marcas pro piſcibus in feſto beate Elizabeth Lantgrauie ad memoriam anniuerſarii dicte dne .E. habendam. It. duas marcas cum cenſibus denariorum quibusdam ad hoc per Dydonem prefatum in villis Kederche et Hargartin deputatis, capponibus eiſdem cenſibus admixtis ad Infirmitorium noſtrum aſſignandis in feſto circumciſionis dni pro memoria anniuerſarii ſepedicti Dydonis peragenda. Inſuper quod cunctas obuentiones ſeu prouentus qui de bonis nobis per Truſchardum de Scharpinſtein militem collatis in villa et terminis ville Muſſchebach obuenerint, expenſis deductis, pro ſeruicio plenario ſi tamen prouentus ad hoc ſe extenderint in feſto Palmarum pro ipsius Truſchardi memoria peragenda necnon pro Lampade et candelis aliisque neceſſariis pro altari noſtre Sacriſtie anno quolibet expediendis conuentui noſtro ſingulis annis miniſtrabimus. — It. quicquid de bonis nobis per Dydonem dictum Paffe filium quondam Nicolai militis de Scharpinſten collatis, deductis expenſis, obuenerit ſingulis annis pro ſeruitio plenario — per huiusmodi redditus in cena dni per nos noſtro conuentui miniſtretur. It. quicquid de vineis dictis zů haſele iuxta villam Hattinheim ſitis deductis expenſis prouenerit in feſto Omnium Sanctorum pro conſolatione noſtri conuentus — ad plenum miniſtrabimus — ad memoriam Gyſilberti armigeri deuotius peragendam. It. dabimus ſingulis annis duas marcas pro piſcibus in feſto b. Bartholomei apoſtoli in ſpecialem nostri conuentus conſolationem et quondam Nicolai dicti de Wyne militis memoriam peragendam

Digitized by Google

talibus condicionibus et penis predictis ſeruiciis pitanciis et conſolacionibus adiectis nichilominus et annexis — Videlicet quod Prior monaſterii in Blidinſtad ordinis ſci Benedicti — qui pro tempore fuerit, ſingulis annis in feſto exaltacionis ſce crucis quo noſtrum inchoatur Jeiunium in perſona propria ad noſtrum monaſterium venire debet et aſſumptis coram eo .. Priore .. Suppriore ac Cellerario coquine aliisque quatuor ſenioribus noſtri monaſterii de amminiſtratione predictarum conſolationum — per nos facienda — interrogabit eoſdem in conſcientiam ipſorum. ſi nos abſque neceſſitate euidenti et ratione — — negligentes inuenerit ſeu remiſſos extunc pro tali negligentia — quatuor marcas denariorum Colon. — duas marcas priori de Blidinſtad abſque contradictione qualibet in veram et juſtam penam dare et aſſignare tenebimur. — Et vt huiusmodi labor dicto .. Priori de Blidinſtad grauis non exiſtat ſed potius delectabilis et ſolatioſus et in dicta inquiſitione fidelem et ſollicitum ſe ſemper exhibeat, graciam pro gracia viciſſitudine relatiua et amabili recompenſare cupientes ordinauimus — Dydone armigero et dna Elizabeth predictis hoc ordinandibus et volentibus quod Cellerarius coquine noſtre qui pro tempore fuerit, alternatis annis vtpote predictorum prouentuum — diſtributor sepedicto .. Priori duos Botos nouos dare et aſſignare tenebitur. hoc adiecto quod quociens predictam inuestigationem ſecundum formam ſibi traditam diligenter adimplere neglexerit tociens ſibi Boti huiuſmodi ſubtrahentur. Eſt inſuper vtiliter adiectum quod ſi vmquam aliquo tempore propter maliciam dnorum exoſam aut terrarum guerras vel alias vtiles cauſas aut vrgentes predicta bona — vendere non contingeret aut commutare totam pecuniam ſeu bona per talem commu-

Digitized by Google

tationem recepta pro redditibus equiualentibus et non in alios vſus fideliter conuertemus. — In quorum omnium perpetuam roboris firmitatem et memoriam preſentes litteras venerabilibus et religioſis viris dno... Abbati et Conuentui monaſterii de Blidinſtad ſupradicti dedimus ſigillo monaſterii noſtri communitas in teſtimonium ſuper eo. Actum et Datum anno dominice Incarnationis. M°. CCC°. duodecimo. septimo Idus Februarii.

Das an rothen und gelben seidenen Schnüren anhängende Siegel von rothem Wachs ist ziemlich wohl erhalten.

Umschrift: † SIGILLVM. ABBA... DE. EBERBACH.

---

679. Schiedsspruch in einem Streit des Kl. Eberbach mit Wigand von Zutsteim über Güter in Velden.

1312, März 1.

Orig. Urk. im K. Staatsarchiv zu Idstein.

Ad vniuerſorum noticiam literarum tenore preſencium perducatur Quod cum inter religioſos viros dominum abbatem et conuentum monaſterii Ebirbacensis ex | una parte ac wigandum de zutſheym ex altera ſuper quibuſdam bonis in velden infraſcriptis queſtio verteretur, tandem dicte partes propter bonum pacis | in quatuor arbitros compromiſerunt videlicet ipse abbas et conuentus pro ſe in viros honeſtos Eberhardum de Bubinheym ac heynricum de | naſſowe milites, dictus vero wigandus in hermannum de dorindorf armigerum et Hartlibum de Neſtebach ſcabinum lympurgensem. Nos | itaque Eberhardus et Heynricus arbitri pro parte dictorum abbatis et conuentus electi quia cum ceteris duobus arbitris in vnam sententiam concordare non potuimus, igitur ſub juramento nostro sententiam ſub-

Digitized by Google

ſcriptam proferimus ac eam nobili viro domino Gyſoni de Molſberg tamquam mediatori in hac causa preſentamus. Quia inter viros religioſos dominos abbatem et conuentum monaſterii Ebirbacensis ex una parte et Wigandi de Zutſheym ex altera vertebatur queſtio ſuper duobus maldris et dimidio maldro ſiliginis ac ſuper triginta denariis annalium reddituum cedencium in velden ratione cuius queſtionis abbas et conuentus predicti procurauerant ipſum Wygandum auctoritate literarum apostolicarum excommunicatum publice nunciari ipsoque Wigando pro eo deferente querelas ad dominum de lympurg ubi idem Wygandus opidanus exiſtit, idem dominus de lympurg ipsum abbatem et conuentum precibus ad hoc flexit quod renunciantes accioni iudicii ecclesiastici, ipſum dominum de lympurg eiusque caſtrenſes et scabinos ad deſiderium ipsius Wigandi pro judicibus elegerunt. comparentibus itaque dictis partibus coram ipso domino de Lympurg eiusque caſtrenſibus et scabinis eorumque pronunciacioni ſecundum jus ſtare et parere cupientibus, quinque caſtrenſes et septem scabini ſub eorum iuramento protulerunt ſententiam pro parte abbatis et conuentus predictorum, Sed unus caſtrenſis et duo ſcabini tantum, ſub juramento, ſententiam alteram pro ipso Wigando protulerunt. Vnde nos Eberhardus et Heynricus arbitri predicti ſub nostro iuramento dicimus et pronunciamus, sententiam prolatam per tredecim perſonas efficaciorem eſſe quam sententiam que per tres tantummodo eſt prelata. Preterea ipse Wygandus aſſerebat quendam monachum Eberbacenſem cuius nomen et perſonam ignoraret, veniſſe, ipsumque monachum dicebat ſibi vendidiſſe dicta bona in velden nomine abbatis et conuentus predictorum. Vnde nos arbitri predicti ſub

Digitized by Google

nostro iuramento proferimus nullum monachum hoc facere, absque euidenti consensu abbatis et conuentus predictorum. Item idem Wygandus asserebat istam vendicionem esse notam fratri Heinrico de aquis qui viginti annis fuit cellerarius dicti monasterii, elegitque idem Wygandus stare pronunciacioni et testimonio ipsius fratris Heynrici qui frater Heynricus super eo vocatus et interrogatus sub iuramento et officio sacerdotali dixit sibi nichil constare de premissis. Item ipse Wygandus asserebat vendicionem istam factam sub tempore domini Sifridi adhuc viuentis qui quondam fuit abbas sed nunc monachus est in Heysterbach, et quamuis abbas et conuentus sepedicti libenter stare voluissent pronunciacioni et testimonio ipsius dni Si. quondam abbatis, id tamen ipse Wygandus facere et acceptare recusauit. Item quidam Anshelmus de Velden, dictorum bonorum colonus. sub iuramento pronunciauit se et suos progenitores sexaginta annis et amplius dictā bona a dno abbate et conuentu predictis tenuisse et nulli alteri umquam recognicionem de ipsis bonis feciisse, sed fatebatur bene se porrexisse dictos redditus ipsi Wigando, tamquam famulo et procuratori ipsius monasterii qui Wigandus illo tempore et longo tempore post famulus et seruitor erat ipsius monasterii prout nobis arbitris sub iuramento nostro existit manifestum. Item idem Anshelmus fatebatur sub juramento ipsum Wygandum tempore quodam intrasse curiam ipsius Anshelmi ac dixisse hec verba: ecce Anshelme tu exnunc presentabis mihi istos redditus qui ipsos emi apud abbatem et conuentum. Ad hoc respondit idem Anshelmus. Certe, si eos comparasti, adeo libenter porrigo tibi sicut alteri. Attamen ipse anshelmus iuratus et requisitus dixit se nunquam

Digitized by Google

affuiſſe alicui vendicioni ſeu renunciacioni bonorum predictorum nec ea a dicto Wygando umquam recepiſſe. Item nos arbitri ſub iuramento dicimus ipsum Wygandum tamquam ſeruum et famulum ipsius monasterii vtentem veſtitu eiusdem monaſterii, inueniſſe et vidiſſe habitantem in domo lapidea prefati monaſterii ſita intra lympurg prope scampna panum. Item nos arbitri predicti ſub juramento fatemur quod de nullius queſtionis alterius diſcuſſione onerati ſumus niſi ſuper redditibus in velden prenotatis. Igitur cum premiſſa ſic ſe habeant prout nobis manifeste notum eſt dicimus et pronunciamus nos arbitri ſub juramento nostro, predictum abbatem et conuentum pociori jure poſſidere debere prefata bona quam Wygandus memoratus. In cuius pronunciacionis nostre teſtimonium ego Eberhardus de bubinheym predictus sigillum meum quo ego prefatus Heynricus ad preſens vtor, iſtis literis duxi in teſtimonium apponendum. Datum anno dni M°. CCC°. duodecimo feria quarta ante dominicam qua cantatur Letare ierusalem.

Von dem Siegel hängt nur noch ein unkenntliches Stückchen an.

---

680. Conrad von Rudensheim, Ritter, überträgt dem Kl. Eberbach sein Patronatsrecht zu Waldertheim.

1312, *März 4.*

Ocul. Mem. II, fol. CV, a.

Nos Hermannus de Hoenvels ad perpetuam rei memoriam volumus ad vniuerſorum noticiam peruenire preſentibus nostris literis publice profitentes quod cum ſtrenuus vir Cv̊nradus armigeri de Rudenſheim filii quondam Wilhelmi militis germani dicti Cv̊nradi fideles nostri dilecti zelo ducti ſalutis eterne ob amorem dei et glorioſe virginis Marie laudem ac nostre progeni-

Digitized by Google

torumque nostrorum et ſuorum animarum ſalutem voluntate concordi et Diligenti deliberatione prehabita juſ patronatus ecclesie parochialis ville dicte Waldertheim dyoc. maguntine quod a nobis iure feodali habere noſcuntur, in honorabiles et religioſos uiros.. abbatem et conuentum monaſterii de Eberbach ordinis Cyſterc. dyocesis predicte tranſferre deſiderent ſimpliciter et affectent, ſuper hunc nostrum conſenſum et aſſenſum beniuolum, ad dicti iuſpatronatus tranſlationem ſeu donationem predictis.. abbati et conuentui iure perpetuo faciendam ab eiſdem cum multis deuocione et ſupplicibus precibus in noſtra conſtituti preſencia requirentes. Noſ ob dei omnipotentis honorem ad dilectorum nostrorum veniam ab ipso facilius optinendam cum dictum ordinem et ſpecialiter monaſterium Eberbach predictum ſpecialiori fauore, progenitorum nostrorum in hoc vestigiis inherentes non modicum amplectamur, ad huiusmodi tranſlationem ſeu donationem faciendam a predictiſ Cv̊nrado milite nec non Friderico, Wilhelmo et Cûnrado armigeris nostrum conſenſum et aſſenſum, permiſſionem et beniuolam pro nobis et heredibus ac ſucceſſoribus nostris ex certa nostra ſciencia benigne et fauorabiliter adhibemus nullum ius nobis vel heredibus nostris in iurepatronatus prefate ecclesie Waldertheim reſeruantes renunciantesque in hac parte pro nobis et heredibus nostris excepcioni conſenſus nostri modo debito in hoc negotio non petiti. In cuius conſenſus nostri modo debito requiſiti et per nos adhibiti voluntarie et conceſſi firmitatem et robur perpetuum ſigillum nostrum preſentibus literis duximus apponendum. Actum et datum a. dni M°. CCC°. XII°. dominica qua cantatur letare.

Digitized by Google

681. Conrad, Ritter, Wilhelm, Friedrich u. Conrad, Edelknechte, von Rudensheim, schenken dem Kl. Eberbach das Patronat der Kirche von Waldertheim.

—

***1312**, März 6.*

Orig. Urk. im Grossh. G. Staatsarchiv zu Darmstadt.

Nouerint vniuerſi preſentium literarum inſpectores vel auditores, quorum intereſt vel poterit intereſſe, | quod Nos Cunradus miles, Fridericus, Wilhelmus et Cunradus, Armigeri filii quondam Wilhelmi | militis de Rudenſheym veri domini iuriſpatronatus eccleſie parochialis in Waldertheym Maguntine dyocesis | prouida deliberatione prehabita et vnanimi voluntate ad laudem dei eiusque genitricis virginis Marie | et ob remedium et ſalutem animarum noſtrarum et parentum ac progenitorum noſtrorum et ſpecialem affectum et fauorem | beniuolum quem parentes noſtri et progenitores et nos ad Religioſos viros dominos.. Abbatem et Conuentum Monaſterii Eberbacenſis ordinis Cyſterc. dicte dyoceſis habuimus et habemus, iuspatronatus predicte eccleſie Waldertheym cum omni iure quo ad nos pertinet prefatis Religioſis et eorum Monaſterio contulimus et donamus pure ſimpliciter irreuocabiliter et in totum, idemque iuspatronatus preſentibus liberaliter transferimus in eoſdem. Ad id nobilis viri domini Hermanni de Hoenvelſs a quo iuspatronatus eiuſdem eccleſie titulo feodali deſcendit, expreſſo accedente conſenſu. In cuius collationis donationis et tranſlationis huismodi euidens teſtimonium preſentes literas dictis religioſis tradimus mei Cunradi Militis, quo nos armigeri predicti vtimur, et honorabilium virorum dominorum judicum ſce Maguntine ſedis ſigillorum munimine roboratas. Et nos judices ſce Moguntine

Digitized by Google

ſedis predicti recognoſcimus huismodi donationem et tranſlationem iuriſpatronatus eccleſie predicte per dictos Cunradum et Armigeros rite et rationabiliter coram nobis eſſe factas Religioſis predictis, in modum preſcriptum, nosque ad preces et rogatum dictorum Cunradi Militis et Armigerorum sigillum noſtrum preſentibus appendiſſe in teſtimonium omnium premiſſorum. Actum et datum M°. CCC°. XII°. II. Non. Marcij.

Das Siegel der Mainzer Richter hängt beschädigt, das Conrads gut erhalten an, mit der Umschrift: S. CONRADI. DE. RVDENSHEIM.

---

682. Hedwig von Limpurg, Witwe, u. ihre Tochter Benigna schenken dem Kl. Eberbach eine Geldrente von ihrem Hause.

***1312**, März 13.*

Orig. Transsumpt im K. Staatsarchiv zu Idstein.

Arnoldus decanus in Dytkirchin Treuerenſis dyoceſis Index ab honor. viro.. decano Ecclesie beate Marie Weſalienſis judice | vnico per honor. viros dnos Abbatem et conuentum monaſterii in Eberbach ord. Cyſterc. a ſede apoſtolica impetrato subde legatus vniuerſis — ſalutem cum noticia ſubſcriptorum. Noueritis quod in nostra preſencia et teſtium infraſcriptorum conſtituta Hedewigis Relicta Rudewini fabri et benigna filia eius — in animarum ſuarum ac ſuorum progenitorum remedium — donauerunt — dnis.. Abbati et Conuentui monaſterii Eberb. ſupradicti Tres ſoliõs donariorum pecunie currentis in Lympurg annui cenſus in perpetuum habendos — de domo et area contigua domui Heinrici de fulda scabini Lympurgensis quam domum et aream Relicta quondam Petri Thelonearii et

Digitized by Google

eius pueri tenent' habent ab Hedewige et benigna prenotatis promiſeruntque Hedewigis et benigna iam dicte bona fide dictam donationem nec teſtando neque legando aut aliqua alia arte aliquatenus retractare. Teſtes qui aderant frater Jacobus sindicus monaſterii predicti Cuno canonicus in Dytkirchin et Tilmannus Rector puerorum in Lympurg. Datum anno dni M°. CCC°. XII°. In craſtino beati Gregorii pape.

An Pergamentstreif hängt das Siegel mit dem Bilde des Stiftsheiligen, sitzend, rechts und links die Beischrift: † S'LV - BENTIVS. *Umschrift:* S. ARNOLDI DECANI IN DITK(irch).

---

683. Udelindis v. Milewalt, Witwe, verkauft dem Kl. Eberbach ihre Hofstatt mit Garten zu Wesel.

1312, März 16.

Orig. Urk. im K. Staatsarchiv zu Idstein.

Vniuerſis preſentes literas viſuris et audituris Ego Vdelindis relicta quondam Gernodi armigeri de | Milewalt pie recordationis conſtare volens tenore preſentium publice recognoſco quod sana et incolumis ven | didi et vendo, tradidi et trado in hiis ſcriptis iuſte venditionis tytulo.. Religioſis viris.. Abbati et.. conuentui | monaſterii Ebirbacensis Mogunt. dyoc. ementibus et recipientibus pro se et ſuis ſucceſſoribus Domum seu manſionem | meam totam ab omni cenſus onere liberatam et solutam sitam prope domum dni.. abbatis de Schonaugia, ex vno latere et ex oppoſito domus Syfridi dicti Grebe cum orto sito in litore, pro triginta et nouem marcis bonorum denariorum, tribus hallensibus pro denario quolibet computatis, mihi ab eiſdem.. religioſis integraliter traditis et ſolutis, super quibus videlicet domo

Digitized by Google

et orto predictis renunciaui et effeſtucando renuncio per preſentes pure irreuocabiliter et expreſſe promitto nichilominus dictis .. religioſis emptoribus de domo et orto antedictis ſicut moris eſt per annum et diem Warandiam facere debitam et conſuetam. Inſuper eciam promitto quod Benigna et Gerlindis mee filie adhuc impuberes et minores, dum ad etatem legitimam peruenerint, renunciabunt similiter et effeſtucabunt super domo et orto predictis, alioquin Johannes dictus raile, Johannes in kirchgaſſin, Petrus de Grymmenberg et Johannes dictus Remey meus ſororius fideiuſſores pro huiusmodi renunciacione facienda per me conſtituti, moniti ex parte dictorum .. Religioſorum intrabunt simul Weſalie in vnum honeſtum hoſpicium more fideiuſſorio comeſturi donec per dictas meas filias facta fuerit renunciatio supradicta. Et si aliquem fideiuſſorum meorum predictorum medio tempore et ante renunciacionem huiusmodi mori contigerit quod abſit, alium eque ydoneum infra menſem loco defuncti subrogabo, alioquin reliqui fideiuſſores ſuperſtites fideiuſſionis debitum ut premiſſum eſt exſoluerint donec loco defuncti alter ydoneus ſtatuatur, Omnibus excepcionibus et defenſionibus vtriuſque juris ciuilis ſeu canonici excluſis penitus in premiſſis.

Acta sunt hec preſentibus honeſtis viris infraſcriptis Hermanno libero viceſculteto, Martino albo, Wynardo dicto snair, Cůnemanno in Weizgaſſin, Heynemanno dicto mertin, Heynemanno dicto meynfranke, Syfrido rebeſtok, Johanne in kirchgaſſin predicto, Martino filio martini predicti et Cůnemanno snair scabinis Weſaliensibus Teſtibus ad hoc vocatis et rogatis. In quorum omnium robur et teſtimonium sigilla diſcretorum virorum Cůne-

Digitized by Google

manni in Weizgaſſin, Syfridi rebeſtok et Johannis in kirchgaſſin scabinorum predictorum ad preces meas preſentibus sunt appenſa. Nos quoque vniuerſi et singuli .. scabini prenarrati omnia et singula premiſſa sub sigillis hiis appenſis recognoſcimus eſſe vera. Datum et actum a. dni M°. CCC°. XII°. XVII°. Kal. aprilis.

Es hängen noch zwei Siegel:

1. † S. CONEM .. (wei)ZGAZE, *zerbrochen. (Ein drachenartiges, schreitendes Thier, den Kopf rückwärts gewendet, beisst sich in den aufgeringelten Schwanz).*
2. *Abgerissen.*
3. † S'IOHANNIS IN KIRGAZEN, *wohlerhalten. (Dreieck-Schild; Oberrand eine schmale Querleiste, darunter der rechts gewendete streitfertige Löwe).*

---

684. Petrus, Erzbischof von Mainz, incorporirt dem Kl. Eberbach das Patronat der Kirche zu Waldertheim.

1312, *Mai 9.*

Ocul. Mem. II, fol. CV, a.

Petrus dei gratia ſce maguntine ſedis archiepisc. ſacri imperii per Germaniam archicancell. viris religioſis et honeſtis deuotis ſuis dilectis .. abbati et conuentui monaſterii eberbacensis ord. cyſterc. nostre dyoceſis ſalutem in domino. Quum ob defectum temporalium ſpiritualia ſepius quam animarum ſaluti congruat docente noſ experiencia negliguntur, ſalubre non modicum et pium eſſe cenſemus viriſ religioſis diuino cultui mancipatis et quieſcentibus ad pedes dni cum maria temporalium rerum augere ſtipendia ne de neceſſaria ſuſtentatione ſolliciti a ſpiritualium contemplatione retrahi compellantur. verum quod nobis ſupplicaſtis ut cum iuſpatronatus ecclesie par-

Digitized by Google

rochialis ville Waldertheim nostre dyocesis per strenuum uirum Cunradum de Rudensheim militem ac fridericum. Wilhelmum et Cůnradum armigeros. filios quondam Wilhelmi militis fratris predicti Cůnradi cum omni iure quo ad ipsos pertineba tad id nobilis uiri Hermanni de Hoenvels a quo dictum juspatronatus cum bonis attinentibus feodi titulo despendere dinoscitur, expresso accedente consensu ob omnipotentis dei sueque genitricis marie laudem et honorem, in vos et monasterium uestrum sit pure simpliciter et irreuocabiliter transiatum ac vobis et monasterio uestro libere condonatum ac donationem huius seu translationem in vos factam nostrum consensum adhibere et dictam ecclesiam cum redditibus prouentibus et obuentionibus eidem attinentibus dei amoris intuitu incorporare et vnire de nostra benignitate et gratia vobis et vestro antedicto monasterio dignaremus. Nos igitur predecessorum nostrorum, uenerabilium archiepiscoporum maguntinorum qui vos et monasterium vestrum pro diuersitate temporum multis affectibus et fauoribus sunt amplexi vestigiis inherere uolentes et eundem fauorem erga uos non minuere sed pocius ad dei gloriam augmentare vt hospitalitatem ac alia caritatis opera ampliori deuocione vos sectari delectet et pro nostra salute omnipotentem dominum deprecari dicte donationi seu translationi jurispatronatus vobis factis nostrum consensum adhibemus liberum ac memoratam eoclesiam parrochialem in Waldertheim cum suis prouentibus redditibus et obuentionibus vobis et monasterio uestro eberbacensi predicto literis presentibus incorporamus et vnimus liberaliter et benigne. Et ne sepedicta ecclesia debitis et consuetis officiis defraudetur. et populus ipsius parrochie in sacramentis ministrandis defectum aliquem

Digitized by Google

in ſalutis ſue diſpendium patiatur, volumus per uoſ vicarium loci prepoſito preſentari qui plebiſ curam gerat et diuina officia ibidem peragat ut eſt moris cui vicario de prouentibus dicte ecclesie tantam portionem volumus aſſignari de qua honeſtum uictum et ſuſtentationem habere, hoſpitalitatem tenere, jura papalia, episcopalia ac prepoſiti loci perſoluere aliaque omnia incumbentia commode valeat ſupportare. Reſiduum vero quod ſupereſt de redditibus, prouentibus et obuentionibus liceat vobis et monaſterio veſto inperpetuum ueſtriſ iuſtiſ vſibus applicare. In cuius incorporationis et vnicionis per noſ vobis facte euidentiam et memoriam perpetuam preſentes literas nostri ſigilli mvnimine roboratas vobis tradimus gratioſe.

Actum et datum Pingwie. anno dni. M°. CCC°. XII°. ſeptimo idus Maii.

---

685. Das Kl. Eberbach ſtiftet für Dydo von Scharpinstein, Edelknecht, eine Kapelle zu Kederich.

1312, *Mai 30.*

Ocul. Mem. II. fol. XXV, a.

Datum per copiam. Nos frater Wilhelmus abbas et Conuentus Monasterii Eberbacensis ord. Cyſterc. Mogunt. dyoc. tenore presentium literarum recognoscimus et ad vniuerſorum noticiam cupimus peruenire quo nos racione multorum bonorum nobis et monaſterio nostro per Dydonem de Scharpinſtein. armigerum, amicum et familiarem nostrum dilectum gratuite impenſorum tenebimur et debemus conſtruere pro ſalute ipſius Dydonis ac progenitorum ſuorum capellam in curia nostra ſita in villa kederich. et in eadem miſſam vnam per-

Digitized by Google

petuam, vna cum vniuerſis neceſſariis que ad capellam et Miſſam huiuſmodi requiruntur firmiter ordinare. Quam quidem miſſam de mane propter pauperes et laborantes homines vnus de nostris monachis celebrabit. Hoc adiecto quod quocienscunque huiuſmodi miſſa per vnam integram ſeptimanam neglecta fuerit abſque cauſa evidenti, racionabili et legitima, tociens .. priori qui pro tempore fuerit in Blydinſtad tamquam inquiſitori huiuſmodi negligenciarum, vnam marcam denar. colon. bonorum et legalium tribus hallensibus pro denario quolibet computandis tenebimur ipso requirente et inquiſicionem de negligencia huiusmodi debiti factam abſque contradictione qualibet preſentare, aſſignare. de qua quidem marca ſic recepta per negligenciam a nobis quod abſit .. ipse prior expenſas ab ipso factas recipiet, reſiduum vero in toto, conuentui in Blydinſtad pro conſolacione ſeu pytancia miniſtrabit. In cuius rei firmitatem perpetuam sigillum nostrum preſentibus literis duximus appendendum. Datum Anno dni. M°. CCC°. XII°. III°. Kal. Junii.

---

686. Der Novize Berward Funcke von Leheim bringt dem Kl. Eberbach eine Jahres-Rente mit.

1312, Juni 11.

Orig. Urk. im Gr. G. Staatsarchiv zu Darmstadt.

Judices ſce Maguntine ſedis Tenore preſencium recognoſcimus — quod Berwardus filius Heinrici dicti funcke de Leheym | exiſtens nouicius monaſterii Eberbacenſis infra annum probacionis ſue in nostra preſencia conſtitutus — penſionem annuam trium librarum hallen-

Digitized by Google

ſium legalium quam a dicto monaſterio et de abbate et conuentu ibidem hactenus habuit — ex ordinacione matrone Rylindis bone memorie ſue conſanguinee de Oppinheym, reſignauit — in hiis ſcriptis renuncians nichilominus infra tempora ſue probacionis predicte ex cauſis racionabilibus et legittimis coram nobis oſtenſis et aſſignatis monaſterio predicto brebende ſue et omni juri que habet in eodem — faciens de hiis finem et quitanciam pure ſimpliciter et in totum promittens inſuper idem Berwardus cum minoris etatis adhuc exiſtat abbati et conuentui predictis fide corporaliter preſtita in manus nostras loco et nomine juramenti nobis ſollempniter ſtipulando nullo vnquam tempore per ſe vel per alios minoris etatis ſeu juris communis beneficio vel aliqua cauſa aut ingenio predictum monaſterium in rebus vel perſonis ſuis inquietare nec impetere vel moleſtare — — nec litem vel grauamen eidem monaſterio inferre vel inferenti conſentire et ſpecialiter occaſione bonorum per predictam Rylindim de Oppinheim dicto monaſterio relictorum — viceuerſa vero dicti abbas et conuentus in locum et vicem dicte penſionis — promiſerunt eidem B. et preſentibus promittunt annuam penſionem quindecim maldrorum bone legalis ſiliginis menſure Maguntine ſingulis annis quamdiu vixerit — aſſignare ac Maguntie preſentare ſuis peractis laboribus et expenſis etc. — — Eſt eciam appoſitum et additum quod si dictus Berwardus contra premiſſa vel eorum aliquod fecerit vel venerit aliqua arte vel ingenio quoquo modo per ſe vel per interpoſitas perſonas quominus omnia premiſſa et ſingula debitum ſorciantur effectum extunc dicti abbas et conuentus a ſolutione et preſentacione penſionis predicte erunt ipso facto penitus liberi et ſoluti et de hoc idem Ber-

Digitized by Google

wardus fecit et facit dicto monaſterio et perſonis ſuis in hiis ſcriptis exnunc prout extunc finem et quitanciam ſpecialem. In quorum — teſtimonium — ſigillum nostrum ad peticionem predictorum duximus preſentibus apponendum. Actum et datum anno dni M⁰. CCC⁰. duodecimo. III⁰. Idus Junii.

Das Siegel ist abgerissen.

---

687. Das Domcapitel in Mainz ertheilt dem Kl. Eberbach seine Einwilligung zu der Uebernahme des Patronatsrechts in Waldertheim.

—

***1312**, Nov. 25.*

Ocul. Mem. II, fol. CV, b.

Nos Otto decanus Totumque capitulum maioriſ ecclesie maguntine Tenore preſentium recognoſcimus et ad vniuerſorum noticiam uolumus peruenire quod nos ad dei omnipotentis honorem et gloriam genitricis ſue marie nostre conſiderationis conuertenteſ intuitum cupientes et ad profectum religioſorum uirorum ad pedes dni quieſcentium cum maria. beniuoli ſemper et ultro et ultronei inueniri cupientes vt religioſi uiri .. abbas et conuentus monaſterii eberbacenſis ord. cyſterc. maguntine dyoceſis nobis gratioſe dilecti, hoſpitalitatem maiori alacritate exercere valeant et pro noſtra ſalute deprecari domiuum delectet eoſdem, ad incorporationem ſeu unicionem ecclesie parrochialis ville Waldertheim dicte dyoceſis cuius iuſpatronatus ad dictoſ .. abbatem et conuentum ſeu monaſterium eberbacenſe pertinere dinoſcitur, per reuerendum in Chriſto patrem et dnum nostrum dnum Petrum archiepiscopum maguntinum eiſdem fac-

Digitized by Google

tam liberaliter et benigne, nostrum conſenſum et aſſenſum beniuolum adhibuimus et preſentibus in nomine dni adhibemus. In cuius nostri conſenſus adhibiti firmitatem et robur perpetuum ſigillum nostrum preſentibus litteris duximus appendendum.

Datum a. dni. M°. CCC°. XII°. In feſto beate Katherine virginis et martiris.

---

688. Der Pleban Friderich schenkt dem Kl. Eberbach seine Weincrescenz zu Lorche.

—

***1312**, Nov. 28.*

Orig. Urk. im K. Staatsarchiv zu Idstein.

Ego Fridericus canonicus ſci Petri extra muros Moguntie et plebanus in Lorche | vniuerſis preſentium inſpectoribus cupio fore notum quod Religioſis viris . . abbati et | conuentui in Ebirbach in remeduim anime mee ac meorum progenitorum omnium | totum crementum meum vini exiſtens et apparens hoc anno in Lorche dedi donaui iure et conſuetudine dationis libere ac donationis et per omnia proprietatis titulo tenendum habendum et poſſidendum et ſecundum ſuum libitum invſus et vtilitatem dicti Ebirbacenſis prouide conuertendum, contradictione omnium heredum meorum quibuſcunque modis iuribus et conſuetudinibus vel ſtatutis porcionem hereditatis aut bonorum noſtrorum qualiumcunque de iure aut gratia expectantium non obſtante. In cuius rei teſtimonium prefatis religioſis . . hanc literam tradidi ſigillorum noſtrorum et Canonicatus et plebanatus mu-

Digitized by Google

nimine roboratam. Datum anno dni M°. CCC°. XII°. feria tercia ante feſtum beati Andree apoſtoli proxima decurrente.

Beide Siegel hängen an Pergamentstreifen, a) links das beſchädigte kleine Siegel des Plebans (S. FRIDER .... LOR..) *b) rechts das ziemlich gut erhaltene Canonicats-Siegel:*

† S. FDICI. CAN. EC. S. PET. EX. MVRO. MAGVT.

---

689. Das Kloster Rupertsberg bei Bingen bescheinigt dem Kl. Eberbach den Empfang einer abgetragenen Schuld.

1312, *Dec. 5.*

Orig. Urk. im K. Staatsarchiv zu Idstein.

Nos . . . magiſtra et conuentus ſanctimonialium ordinis ſci benedicti in monte ſci | Ruperti iuxta pingabiam preſentibus publice profitemur Nos recepiſſe a viro religioſo et honeſto | dno abbate de Ebirbach quadraginta marcas colon. denariorum bonorum et legalium nobis numeratas | traditas et aſſignatas ab eodem quas quidem marcas prefatus dnus abbas ex parte dni patris reuerendi petri archiepiſcopi Moguntini de debito .C. librarum magnorum turonenſium quo ipſi dno Epiſcopo tenebatur de mandato et iuſſu eiuſdem dni epiſcopi ſoluit tradidit et aſſignauit. cum qua pecunia ememus ſeu comparabimus quatuor marcarum redditus pro puellis neptis ſuis que apud nos recepte ſunt procurante ſepedicto dno et volente. In cuius facti teſtimonium ſigillum noſtrum preſentibus eſt appenſum. Datum anno dni M°. CCC°. XII°. In vigilia beati Nicholai epiſcopi.

Das an Pergamentstreif angehangene Siegel fehlt.

Digitized by Google

690. Peter, Erzbischof von Mainz, beauftragt das Kl. Eberbach, ein ihm vorgeschossenes Kapital an mehrere benannte Frauenklöster rückzuzahlen.

—

***1313**, Febr. 10.*

Orig. Urk. im K. Staatsarchiv zu Idstein.

Nos Petrus dei gratia ſce Maguntine ſedis Archiepiscopus ſacri Imperii per Germ. Archicancellarius tenore preſencium | recognoſcimus et fatemur nos commiſiſſe et preſentibus committimus Religioſis viris, deuotis nostris dilectis .. Abbati | et conuentui Monaſt. Eberbacensis ord. Cyſterc. nostre dyoces. ut de centum libris Turonenſium magnorum nostre | perſone conquiſitis in quibus nobis obligati exiſtunt, ſubſcriptis Monaſteriis vel conuentibus quibus ob dei ho|norem ſueque genitricis Marie gloriam nec non nostram, progenitorum et amicorum nostrorum ſalutem, ac Eccleſie nostre proſperitatem, graciam ſpecialem et munificencie nostre manum exhibere voluimus in hac parte, ſubſcriptam pecuniam pro empcione reddituum annuorum in ſolucione nobis facienda per eoſdem aſſignent et preſentent plenarie loco nostri primo videlicet Religiosis dominabus de Veteri Cella infra muros Maguntinos pro emendis redditibus quinque marcarum quinquaginta marcas. Dominabus de ſca Agnete pro emendis redditibus duarum marcarum viginti marcas. Dominabus de Nouo monaſterio dicto ad albas dominas pro emendis redditibus duarum marcarum viginti marcas. Dominabus de Dalen. extra muros Maguntinos pro emendis redditibus trium marcarum triginta marcas. Dominabus de Monte ſci Ruperti prope pinguiam

Digitized by Google

pro emendis redditibus quatuor marcarum quadraginta marcas. Dominabus de Vlenhuſen pro emendis redditibus quatuor marcarum quadraginta marcas. Dominabus de Ibengin pro emendis redditibus duarum marcarum viginti marcas. Dominabus de Cluſen pro emendis redditibus duarum marcarum viginti marcas. Dominabus vero de Dyffendal pro emendis redditibus quatuor marcarum quadraginta marcas. talibus adiectis condicionibus et annexis ut in monaſteriis ubi neptes noſtre ſunt recepte huiusmodi redditus ſic ipsis per nos empti nostris neptibus ad vſus earum ſpeciales et necessitates quamdiu vixerint de permiſſione et licencia . . abbatiſſarum ſeu magiſtrarum quibus ſubſunt fideliter annis ſingulis miniſtrentur, poſt mortem vero ipsarum huiusmodi redditus die qua miſſa de beata virgine ſeu veſpere quamdiu vixerimus modo quo in Monaſterio Eberbacensi ob nostram reuerenciam et proſperitatem peragitur a dictis conuentibus vbi neptes habemus, vna cum conuentibus ubi neptes non habemus, celebrari debent in conſolacionem et pitanciam ſpecialem prefatis conuentibus anno quolibet miniſtrentur, viam vero vniuerſe carnis nobis ingreſſo anniuerſarium nostrum et memoriam nostri fideliter peragent conuentus omnium monaſteriorum predictorum cum amminiſtratione conſolacionis ſeu pitancie ſupradicte. Et ut hec omnia ſecundum ordinacionem nostram in modum preſcriptum a ſingulis monaſteriis predictis firmiter et inuiolabiliter obſeruentur, litteras ſingulorum monaſteriorum preſcriptorum obligatorias nobis voluimus exhiberi. In cuius commiſſionis per nos prefatis. . abbati et conuentui monaſterii Ebirbacensis facte teſtimonium preſentes litteras eiſdem sigillo nostro dedimus communitas. Datum Anno dni. M°. CCC°. Tercio decimo, IIII°. Idus

Digitized by Google

Februar. — — Summa denariorum predictorum ſiue Marcarum CCC^{to}. marce colon. denariorum.

An Pergamentstreif hängt, vortrefflich erhalten, das Siegel des Ausstellers. Umschrift:

S. PET.DĪ. GRĀ. SCE. MOGVNT. SEDIS. ARCHIE . . . . . , RI.IMPII.P. GERMAN. ARCHICANCELL.

---

691. Heinrich, Pfarrherr zu Dynheim, vermacht dem Kl. Eberbach eine Jahresrente von Gütern bei Lorche.

1313, *Febr. 28.*

Orig. Urk. im K. Staatsarchiv zu Idstein.

Nos Frater Wilhelmus dictus Abbas Totuſque Conuentus Monaſterii Eberbacensis Ord. Cyſterc. Magunt. dyoc. Recognoſcimus | et ad vniuerſorum — noticiam volumis peruenire quod honeſtus et diſcretus vir dns Heinricus | Rector ecclesie parrochialis ville Dynheim noſter familiaris amicus viginti quinque maldra ſiliginis redditus annuos | ſeu perpetuos quos pro centum libris hallens. bone et legalis monete erga strenuum militem Heinricum dictum Schezzelin ſuper medietate molendini cuiusdam in villa Lorche ad ipsum militem pertinentis jure et titulo proprietatis dinoſcitur comparaſſe, nobis et nostro monaſterio in remedium et ſalutem anime ſue et progenitorum ſuorum in ſimplicem et puram elemoſinam titulo veri ſeu legalis teſtamenti a nobis perpetuis temporibus recipiendos ſeu poſſidendos donauit ſollempniter et legauit pactis condicionibus et penis mediantibus infraſcriptis a nobis et ſucceſſoribus nostris vniuerſis inuiolabiliter obſeruandis Videlicet quod predictos redditus viginti quinque maldrorum ſiliginis Menſure Maguntine prefato dno Heinrico Rectori ſingulis

Digitized by Google

annis quamdiu vixerit apud monasterium nostrum predictum aut in ciuitate Maguntina vbi magis eidem placuerit et eligendum duxerit infra Assumpcionis et Natiuitatis b. Marie virginis duo festa dare promisimus et assignare in omnem euentum nostris periculis et expensis. Ipso vero viam vniuerse carnis ingresso predictos redditus annis singulis inperpetuum Cellerario coquine nostre qui pro tempore fuerit integraliter et ad plenum presentabimus seu presentari faciemus qui quidem cellerarius de prefatis redditibus quolibet anno in festo sci Bonifacii incipiens die qualibet, in fero, duo oua aut aliquid equiualens cuilibet monacho et conuerso infra muros nostros existenti et non extra secundum quod dicti redditus extendere se poterunt ministrabit caseo pitancia seruiciis seu consolacionibus consuetis propter hoc nullatenus subtrahendis dictisque redditibus in nullos vsus alios conuertendis. hoc adiecto quod si in amministratione predicta absque necessitate euidenti et causa racionabili negligentes fuerimus in toto vel in parte secundum omnes condiciones premissas vel aliquam premissarum extunc pro negligencia huiusmodi quociens ex nostra incuria euenerit tociens duas marcas denar. colon.. Priori monasterii in Blydenstad ordinis sci Benedicti predicte dyocesis seu conuentui ibidem in veram et iustam penam a nobis voluntate spontanea electam dare et assignare ad suam requisitionem tenebimur in consimiles vsus seu consolaciones dicti conuentus de Blydenstad in remedium dicti Heinrici et salutem fideliter ministrandas. Est eciam hoc annexum quod si vnquam aliquo tempore propter imminentem et fortuitam necessitatem vel vtilitatem prefatos redditus nos vendere contingeret vel commutare, totam pecuniam seu bona in commutatione

Digitized by Google

huiusmodi habita vel recepta in alios redditus equiualentes et in nullos alios vſus fideliter pro amminiſtratione predicta modis omnibus conuertemus, Anniuerſarium quoque dicti dni Heinrici ſecundum nostrum morem et conſuetudinem cum orationibus conſuetis fideliter peragemus. In quorum omnium firmitatem perpetuam preſentibus literis sigillum nostri monaſterii duximus appendendum. Anno dni M°. CCC°. XIII°. II. Kal. Marcij.

Von dem Siegel des Abtes hängt noch ein Stückchen an.

---

692. Rudolf, Rhein-Pfalzgraf, befreit das Kl. Eberbach von Entrichtung des Zolls in Chube.

—

***1313**, März 12.*

Orig. Urk. im K. Staatsarchiv zu Idstein.

Nos Rudolfus dei gratia comeſ palatinus Reni. dux Bawarie notum facimus preſencium inſpectoribus | vniuerſis Quod inſpectis deuotis ſeruiciis nobis per dnum venerab. Abbatem et conuentum | Monaſterii Erbacenſis ordinis Ciſterc. Mogunt. dyoc. exhibitis humiliter et impenſis Nos | ipſi monaſterio Erbachensi ob reſpectum predictorum ſeruiciorum . . nec non ob remedium anime noſtre et progenitorum noſtrorum hanc gratiam fecimus et auctoritate preſencium duximus faciendam Quod ipsum monaſterium et ipsius nuncios ab omni exactione thelonei in Chvba. de cremento vini et bladi ſeu frumenti eiuſdem monaſterii nec non aliis expenſis quocumque nomine cenſeantur. ipsi monaſterio neceſſariis que traducere habent in Reni alueo aſcendendo ſeu deſcendendo quamdiu ibidem recipiemus theloneum reddidimus et auctoritate preſentium reddimus liberos ac ſolutos. Dantes eis omnem

Digitized by Google

libertatem in predicto theloneo Chvbe quam habent et habuerunt .. in theloneo noſtro Bacheraci tempore ex antiquo. In cuius rei teſtimonium preſentes damus ſigilli noſtri munimine roboratas. Datum Moguncie anno dni Milleſimo Trecenteſimo tercio decimo. Quarto Idus Marcii.

An Pergamentstreifen hängt von dem Reutersiegel des Ausstellers nur noch die untere Hälfte.

---

693. Syfrid von Dotzheim, Ritter, vermacht dem Kl. Eberbach eine Geldsumme zu einer frommen Stiftung.

1313, *März 27.*

Orig. Urk. im K. Staatsarchiv zu Idstein.

In nomine dni Amen. Nos frater Wilhelmus Abbas totusque Conuentus monasterii in Ebirbach ordinis Cyſterciens. Moguntine dyocesis ad perpetuam rei memo|riam cupimus vniuerſis has litteras viſuris et audituris fore notum publice profitentes quod honeſtus et ſtrenuus vir nostri monaſterii gracioſus et | familiaris amicus dns Syfridus de Dotzheim miles ſpe motus ſalutis eterne et ut apud diſtrictum judicem poſt miſerum preſentis vite | ſtatum ſibi veniam pro delictis, et ſuo filio viam vniuerſe carnis ingreſſo ac progenitoribus ſuis vniuerſis ſalutem valeat miſericorditer impetrare de bonis eidem a deo collatis nobis et monaſterio nostro predicto centum marcas denariorum Colon. tribus hallenſibus pro denario quolibet computatis in prompta et numerata pecunia aſſignauit tradidit et donauit de quibus nos pagatos eſſe confitemur ſub pactis et condicionibus infraſcriptis videlicet quod cappellam vnam honeſtam in loco per ipsum nobis demonſtrato edificari faciemus et in eadem miſſam

Digitized by Google

perpetuis temporibus celebrari de mane ob dei omnipotentis honorem et laudem ſue genitricis Marie necnon ſalutem et memoriam ſui et filii ſui ac progenitorum ſuorum, una cum lampade ardente per noctem tenebimur ordinare. Et ut continua apud deum memoria dicti militis habeatur promiſimus et preſentibus promittimus eidem per nos firmiter ordinandum a quolibet monacho et conuerſo infra monaſterium conſtitutis quolibet die dominico dici unum pater noſter et Ave Maria pro ipsius et predictorum remedio et ſalute. Preterea tenebimur et ad hoc nos et ſucceſſores nostros firmiter preſentibus obligamus quod ſingulis annis imperpetuum in feſto beate Marie Magdalene ad quam dictus miles ſpecialem deuotionem habere dinoſcitur conuentui nostro ſeruicium ſeu conſolacionem honeſtam de vino franconico pane triticeo in vigilia predicti feſti piſtaco ac bonis piſcibus miniſtrabimus et miniſtrari abſque diminucione qualibet fideliter faciemus. Si vero propter intemperiem vel inclemenciam aeris aut alia impedimenta et cauſas racionabiles piſces habere in dicto feſto non poſſemus huiusmodi defectum ſine capcione et dolo infra ſeptimanam dictum feſtum proxime ſequentem, tenebimur refundere et plenarie reſarcare. Hoc adiecto quod annis ſingulis prior monaſterii de Blidinſtad qui pro tempore fuerit in perſona propria ad nostrum monaſterium venire debet et conuocatis . . priore, suppriore et senioribus nostri monaſterii interrogabit eoſdem in conſcientias ſuas de condicionibus premiſſis et amminiſtracione ſeruicii predicti et informacione habita veritatis in hac parte eorundem verbis contentus ſi nos abſque neceſſitate euidenti et cauſa racionabili in premiſſa amminiſtracione ſeruicii ſeu conſolacionis, vel condicionibus aliis predictis negligentes vel remiſſos

Digitized by Google

inuenerit extunc in veram penam a nobis voluntarie electam dicto priori de Blydenſtad quinque marcas denariorum Colon. tempore dumtaxat negligencie tenebimur abſque contradictione qualibet preſentare in ſui conuentus vſus et conſolationes conſimiles conuertendas. Alioquin ſi dictas quinque marcas tempore negligencie huiusmodi ipsi .. Priori dare renuerimus et dicte pene contra dixerimus abſque racione prefatus .. prior ad omnia bona nostra in villa kederchin reſpectum habebit quouſque cum jure nos euicerit ſuper pena ut predicitur perſoluenda. Ceterum prefatus miles ordinauit nobis conſencientibus que annis ſingulis ſepedicto .. priori de Blydinſtat ut ad laborem inuestigationis predicte voluntarius exiſtat duas caligas nouas duos pedules tenebimur preſentare. In quorum omnium et ſingulorum perpetuam firmitatem preſentibus litteris sigillum nostrum duximus appendendum. Actum et datum Anno dni. M°. CCC°. XIII°. In feſto Annunciationis beate Marie virginis gloriose.

An Pergamentstreif hängt wohlerhalten das Siegel des Abtes von Eberbach.

---

694. Peter, Erzbischof von Mainz, verzichtet auf die Rückzahlung eines ihm schuldigen Kapitals zu Gunsten des Frauenklosters Diffendal.

1313, *April 15.*

Orig. Urk. im K. Staatsarchiv zu Idstein.

Nos soror Agnes abbatiſſa totuſque conuentus sanctimonialium in Diffendal tenore litterarum preſencium Recognoſcimus et ad vniuerſorum noticiam vo-

Digitized by Google

lumus peruenire quod cum Reuerendus in Chriſto pater dnus P. archiepisc. Moguntinus ex ſpeciali liberalitatis gratia et fauore venerabili dno .. abbati et conuentui monasterii Ebirbacensis ordinis Cyſterc. ſuis litteris patentibus ſuper hoc confectis quas ipse dnus .. abbas et conuentus habere noſcuntur, auctoritate plenaria commiſerit vice ſua ut de pecunia ſeu debito in quo prefato dno .. archiepiscopo obligati exiſtunt quadraginta marcas denariorum col. tribus hallenſibus pro quouis denario computandis nobis et monaſterio nostro ad vſus et vtilitatem nostri monasterii pure propter deum et in elemoſinam ſimplicem traderent, darent et preſentarent nomine iuſte ſolucionis eidem domino .. Archiepiscopo per eoſdem faciende, et ipſa pecunia predicta ſic nobis preſentata eſſent dicti dnus abbas et conuentus in tali parte debiti ſimpliciter abſoluti, nec de cetero alicui homini ſuper eadem pecunia nobis aſſignata aliquatenus reſponſuri, virtute itaque commiſſionis huiusmodi et potestate memorati dnus .. abbas et conuentus ſuo et monaſterii ſui nomine XL. marcas denariorum Coloniensium ut premittitur bone pecunie et legalis, nobis integraliter perſoluerunt, dederunt et aſſignauerunt, et noſ dnum .. abbatem et conuentum predictos ſeu monaſterium ipſorum quitos et liberos noſque pagatas de dicta pecunia per eoſdem profitemur ſimpliciter et dicimus per preſentes. Datum anno dni M°. CCC°. XIII. in feſto Paſche.

Von dem Siegel hängt noch ein Stückchen an.

Digitized by Google

695. Urkunde gleichen Betreffs zu Gunsten des Frauenklosters Godistal.

—

***1313**, April 15.*

Orig. Urk. im K. Staatsarchiv zu Idstein.

Nos Gertrudis... abbatiſſa totuſque conuentus monasterii sanctimonialium in Godiſtal Moguntine diocesis tenore litterarum | preſencium Recognoſcimus et ad vniuerſorum noticiam volumus (u. s. w. wie in voriger Urk.) ut de pecunia ſeu debito in quo prefato dno... Archiepiscopo obligati exiſtant, viginti marcas denariorum colon. — pure propter deum et in elemoſinam ſimplicem traderent. (u. s. w.) Datum annno dni M°. CCC°. XIII°. in feſto paſche.

Das anhängende Siegel in rothem Wachs mit der Umschrift .....ISSE.IN.GODISD.. *ist stark verletzt.*

---

996. Urkunde gleichen Betreffs zu Gunsten des Frauenklosters Neu-Kloster in Mainz.

—

***1313**, April 15.*

Orig. Urk. im K. Staatsarchiv zu Idstein.

Nos soror Liſa abbatiſſa totuſque conuentus sanctimonialium noui monaſterii in Maguntia tenore litterarum preſencium | Recognoſcimus (u. s. w. wie in voriger Urk.). ut de pecunia ſeu debito in quo prefato dno.. Archiepiscopo obligati exiſtunt viginti marcas denariorum Coloniens. ſimpliciter traderent — (u. s. w.). Datum anno dni M°. CCC°. XIII°. in feſto Paſche.

Das Siegel ist nur zur Hälfte erhalten.

Umschrift: . ABBE . ET . CŌVET? NOVI.....

Digitized by Google

697. Urkunde gleichen Betreffs zu Gunsten des Frauenklosters in Clusin.

—

***1313**, April 15.*

Orig. Urk. im K. Staatsarchiv zu Idstein.

Nos soror Margareta Magistra totusque conuentus sanctimonialium in Clusin ordinis sci Benedicti tenore literarum presencium | recognoscimus (u. s. w. wie in voriger Urk.) — ut de pecunia seu debito in quo prefato dno.. Archiepiscopo obligati existunt viginti Marcas denariorum Colon. — nobis et monasterio nostro — traderent (u. s. w.) Datum Anno dni M°. CCC°. XIII°. in festo pasche.

Das Siegel ist abgerissen.

---

698. Urkunde gleichen Betreffs zu Gunsten des Frauenklosters in Ulinhusin.

—

***1313**, April 15.*

Orig. Urk. im K. Staatsarchiv zu Idstein.

Nos soror Kunegundis abbatissa totusque conuentus monasterii sanctimonialium in Ulinhusin ordinis Cysterc. Mogunt. dyocesis | tenore presencinm literarum Recognoscimus (u. s. w. wie in voriger Urk.) — ut de pecunia seu debito in quo prefato dno.. Archiepiscopo obligati existunt quadraginta marcas denariorum Col. — traderent (u. s. w.) — Datum anno dni M°. CCC°. XIII°. in festo Pasche.

An Pergamentstreif hängt das kleine parabolische Siegel des Convents. Umschrift: ... E. SCE. (mar)IE. IN. HVSE ...

Digitized by Google

699. Urkunde gleichen Betreffs zu Gunsten des Frauenklosters S. Robertsberg.

—

1313,

Orig. Urk. im K. Staatsarchiv zu Idstein.

Nos .. Magiſtra totusque conuentus ſanctimonialium montis ſci Roberti ordinis ſci Benedicti Tenore preſentium recognoſcimus | (u. s. w. wie in obiger Urk. Nr. 694), — ut depecunia ſeu debito in quo prefato dno .. Archiepiſcopo obligati exiſtunt, quadraginta marcas denariorum Colon. — nobis et monasterio nostro — traderent — [u. s. w. wie oben] — Datum anno dni M°. CCC°. XIII°.

Das an Pergamentstreif anhangende Siegel des ausstellenden Klosters ist nur noch im Mittelstück vorhanden, die ganze Umschrift weggebrochen.

---

700. Das Frauenkloster in Ibingen versichert den Erzbischof Peter in Mainz seiner ewigen Dankbarkeit für empfangene Wohlthaten.

—

1313.

Orig. Urk. im K. Staatsarchiv zu Idstein.

Nos ſoror Gertrudis magiſtra totusque conuentus sanctimonialium in Ibingen ordinis ſancti Benedicti Moguntine dyoc. publice | profitemur et recognoſcimus per preſentes. quod cum Reuerendus in Chriſto pater dnus P. archiepiſcopus Moguntinus de largitate ſue ca|ritatis ob honorem dei ac genitricis eius Marie nec non ſue ac progenitorum ſuorum animarum remedium et ſalutem

Digitized by Google

viginti marcas denariorum Colon. nobis ſeu noſtro monaſterio dederit pro duarum marcarum redditibus perpetuis conparandis. quos videlicet redditus in certis quibuſdam bonis iamiam dinoſcimus conparaſſe Quam quidem pecuniam venerabilis pater Wilhelmus abbas Ebirbacenſis ex parte et nomine dicti dni .P. archiepiſcopi nobis numerauit tradidit et aſſignauit de ſumma debiti in quo predictus abbas prefato dno archiepiſcopo tunc temporis tenebatur. Nos igitur huiuſmodi caritatis beneficii non immemores ſeu ingrate, predicto dno.. Archiepiſcopo nobis ſua temporalia prebenti noſtra ſpiritualia gracioſis affectibus compenſantes deliberatione et conſenſu inter nos prehabito vnanimi et concordi promittimus preſentibus nos ſtringendo quod annis ſingulis quam diu prefatus dnus archiepiſcopus vixerit pro ſalute et proſperitate eius Eccleſie ſue ac ſuorum omnium amicorum feria quarta jejunii quatuor temporum in auctumpno. veſperas de ſancta Maria virgine glorioſa et in craſtino immediate ſequenti Miſſam de eadem celebrabimus ſollempniter et deuote. Ipſo vero defuncto anniuerſarium eius cum vigiliis et orationibus necnon cum miſſa defunctorum ſollempniter celebranda ſecundum nostram conſuetudinem annis ſingulis in die obitus ſui peragemus. Tali condicione addita et annexa quod predicti redditus duarum marcarum die qua miſſa de beata virgine per nos celebratur vel ipſius dni.. Archiepiscopi anniuerſarium peragitur prout ſuperius eſt expreſſum nostro conuentui quolibet anno cedent in conſolacionem et pitanciam ſpecialem. In cuius recognicionis firmitatem ac euidenciam perpetuam omnium premiſſorum preſentes literas sigillo nostro communitas prelibato dno..

Digitized by Google

Archiepiscopo dedimus ſuper eo. Actum et Datum Anno dni M°. CCC°. XIII°.

An Pergamentstreif hängt, wenig beschädigt, das parabol. Siegel des Klosters:.. GILLV. SCEIMARIE IN IBINGEN. *(Im oberen Feld Maria mit dem Kinde, als Brustbild, im unteren Ausschnitt eine knieend betende Figur mit der Beischrift:* MISERERE MEI.

---

701. Dether, Graf von Katzinelinbogin, befreit das Kl. Eberbach vom Zoll bei S. Goar.

—

***1313**, Mai 12.*

Orig. Urk. im K. Staatsarchiv zu Idstein.

Detherus comes de Katzinelinbûgin Vniuerſis preſentem paginam inſpecturis salutem cum noticia veritatis. | Noueritis nos ob diuine remunerationis intuitum necnon fauoris ſpecialis quo relig... Abbatem et conuentum Monaſterii in Erbach — mera caritate proſequimur obtentu omnia bona et Res — Eiſdem Abbati et Conuentui pertinentia Renum que aſcendentia in porcione thelonii nobis apud ſcm Gûarum competentem quitos et liberos in perpetuum dimiſſe Mandantes & c.

In cuius rei euidenciam sigillum noſtrum huic scripto duximus apponendum. Datum anno dni M°. CCC°. XIII°. sabbato post dominicam Jubilate domino.

Das an Pergamentstreif anhängende kleine Siegel des Grafen von rothem Wachs ist sehr verwischt und am Rande beschädigt.

Digitized by Google

702. Die Diöcesen Mainz u. Strassburg empfangen ein päpstliches Schreiben wegen Hülfeleistungen für das gelobte Land.

1313, *Aug. 10.*

Orig. Urk. im K. Staatsarchiv zu Idstein.

Nos Johannes dei gracia episcopus Argentinenſis Recognoſcimus et tenore preſentium publice profitemur, Nos | in die beati Laurencii sub anno dni Milleſimo: Trecenteſimo. Terciodecimo a Religioſo viro fratre Petro | monacho monaſterii de Eberbach ordinis Cyſterc. copiam litterarum apostolicarum tranſmiſſarum Reuerendo in Chriſto patri domino P. archiepiscopo Moguntino et aliis episcopis prouincie Moguntine et nobis ſuper collectione decime | per ciuitatem, diocesim et prouinciam Moguntinam in ſubſidium terre ſancte, sub sigillo eiuſdem dni.. Moguntini prout apparebit prima facie, recepiſſe. In cuius receptionis teſtimonium sigillum noſtrum preſentibus eſt appenſum. Datum anno dni et die predictis.

An Pergamentstreif hängt ein Bruchstück des Siegels. Umschrift: † IOHANN . . . . . ECCLESIE ARGENTINENSIS.

---

703. Henrich, Pleban in Ostrich, stiftet eine ewige Messe in Godisdal.

1313, *Nov. 1.*

Orig. Urk. im K. Staatsarchiv zu Idstein.

In nomine dni Amen. Nos soror Gerdrudis Abbatiſſa totuſque conuentus monaſterii monialium | in Go-

Digitized by Google

diſdal ordinis Cyſterc. Mogunt. dyoceſis Recognoſcimus et ad vniuerſorum has literas intuentium | noticiam cupimus peruenire Quod vir honeſtus et diſcretus dnus henricus canonicus ecclesie ſci | Victoris extra muros Moguntinenses exiſtens Plebanus in villa Oſtrich diligenti deliberatione prehabita et ſpontanea voluntate officium vnius miſſe perpetue ad vnum altare in nosto monaſterio per ſacerdotem ydoneum cottidie dicende niſi cauſa legittima vel euidens neceſſitas talem ſacerdotem excuſauerit ad laudem dei et gloriam ſue genitricis Marie. nec non ob ſue anime remedium et progenitorum ſuorum ſalutem Reuerendi in Chriſto patris ac dni dni P. ſce Moguntine ſedis archiepiſcopi conſenſu et auctoritate primitus ad hoc accedentibus ordinauit ſalubriter et inſtituere prouidit ad cuius altaris dotacionem et ſacerdotis pro tempore ibidem celebrantis ſuſtentacionem ex eiuſdem plebani ordinacione Nos de bonis et curia, agris, vineis, arboribus, paſcuis et cenſibus vini, pecunie, capponum et pullorum ſitis in villa Eltevil et terminis eiusdem quondam . . Dapifero de Rynberg attinentibus que dictus ple banus nobis et monaſterio noſtro erga heredes quondam predicti . . . dapiferi comparauit necnon de viginti et duobus iugeribus agrorum cum eorum attinentiis in villa ſeu terminis eiuſdem, dictam Winkele ſitorum erga Petrum dictum fridel ciuem Moguntinum per eundem plebanum emptorem que ſimiliter noſtro monaſterio tradidit irreuocabiliter et donauit, tenemur et tenebimur ad hoc, nos et nostrum monaſterium perpetuis temporibus obligantes ſacerdoti predictam miſſam dicenti annis ſingulis dare et expedire, ſoluere et aſſignare viginti et quatuor maldris ſiliginis legalis menſure Moguntine infra aſſumpcionis et natiuitatis beate Marie virginis duo feſta nec non

Digitized by Google

vnam amam vini de viginti ſex ſolidis denariorum Colon. legalium et bonorum tribus hall. pro denario quolibet conputandis. Decem et ſeptem cappones duos pullos ac vnum cuſelinum nucum in feſto beati Martini hyemalis omni occaſione poſtpoſita et ſemota. Inſuper dicto ſacerdoti ſic apud nos celebranti de Curia ſeu manſione in villa Winkele apud ſcum Egidium iuxta portam inferiorem prouidebimus gracioſe ut habitet et moretur in eiſdem. Preterea prefatus .H. ordinauit et voluit quod dicti beneficii ſeu ſacerdotis ordinacio ſeu preſentacio ſpectet ad abbatiſſam nostri monaſterii que pro tempore fuerit que quidem Abbatiſſa de conſilio et aſſenſu venerabilis patris dni Abbatis monaſterii Ebirbacenſis qui pro tempore fuerit de ſacerdote ydoneo prouidebit, et ſi dicto beneficio vacante ordinacio ſacerdotis ſeu inſtitucio per menſem neglecta fuerit niſi legittima cauſa excuſauerit, extunc ea vice tempore duntaxat negligencie ordinacio ſeu preſentacio dicti ſacerdotis ad honorabiles viros dnum .. Decanum et capitulum ecclesie ſci Victoris predicte abſque reclamacione qualibet pertinebit, huiusmodi tamen ſacerdotis ordinacionem ſeu preſentacionem prefatus dnus henricus ſibi ad vitam ſuam ſimpliciter reſeruauit. Eſt inſuper per eundem dnum plebanum adiectum et ordinatum quod quicquid de vniuerſis bonis predictis vltra redditus predictos ſacerdoti ut predicitur miniſtrandos deductis expenſis obueniret equaliter diuidemus et medietatem talium obuencionum in pitanciam per eſtatem in ſero hora cene ad refectorium nostrum Reſiduam vero medietatem in emendacionem veſtimentorum nostrorum prout nobis melius expedire videbitur conuertemus. Si vero quod abſit in aliquo iam dictorum negligentes inuente fuerimus vel remiſſe, extunc totum neglectum dnus ...

Digitized by

abbas et conuentus monasterii Ebirbacensis a nobis repetendi et in eorum consolationem conuertendi absque contradictione nostra qualibet habebunt liberam facultatem. Et ut hec omnia supradicta et singula perpetui roboris habeant firmitatem presentes literas sigillis honorabilium virorum dnorum Judicum sce Moguntine sedis necnon dni. abbatis Ebirbacensis predicti ac prefati dni henrici canonici seu plebani una cum nostri monasterii sigillo procurauimus communiri. Et nos... Judices sce Moguntine sedis predicti ac nos frater Wilhelmus abbas monasterii Ebirbacensis prefati Et ego henricus Canonicus sci Victoris seu plebanus ville Ostrich predictus ad instanciam et preces... abbatisse et conuentus predicti monasterii in Godisdal sigilla nostra literis presentibus duximus appendenda in robur et firmitatem perpetuam omnium premissorum. Actum et datum anno dni M°. CCC°. XIII°. In festiuitate omnium sanctorum.

Die Siegel sind:

1. *Bis auf ein Stückchen weggebrochen.*
2. SIG. ABB. DE EBERBACH *(in rothem Wachs mit den 2 Lilien.)*
3. ....ENRICI CANON. SCI VICTOR...
4. *Fehlt.*

---

704. Heinrich von Reckerode übergibt dem Kl. Eberbach sich u. seine Habe.

—

***1313**, Nov. 11.*

Orig. Urk. im K. Staatsarchiv zu Idstein.

Nos Gerlacus comes de Nassowe notum facimus presencium inspectoribus vniuersis Quod piis desideriis | que

Digitized by Google

Heinricus de Reckerode ad Sacrum Ordinem Ciſterſienſem Monaſterii Erbacensis habere dinoſcitur | cuius religioni ſe vna cum rebus ſuis pro ſalute anime ſue ſalubriter committere decreuit reſiſtere volumus ſed | pocius ut effectum ſortiantur debitum promouere sibique plenariam licenciam ac nostrum conſenſum liberum vt ea que corde concepit propere adimpleat impertire harum teſtimonio litterarum sigilli nostri munimine ſignatarum. Datum anno dni M°. CCC°. XIII°. in die beati Martini episcopi.

Das Rettersiegel des Ausstellers hängt in einem Bruchstück an.

---

705. Werner Schenk von Sterrinberg, Ritter, macht dem Kl. Eberbach seine Güter in Mossebach zum Geschenk.

***1314**, Juni 24.*

Orig. Urk. im K. Staatsarchiv zu Idstein.

In nomine dni Amen. Nos Wernherus dictus pincerna de Sterrinberg miles, nec non Paza eiuſdem colla|teralis legittima Recognoſcimus et notum eſſe cupimus vniuerſis tam preſentibus quam futuris quod nos pari volunta|te et deliberatione diligenti prehabita communicata manu ob gloriam et honorem dei omnipotentis ac laudem ſue genetricis virginis Marie, nec non in remedium animarum noſtrarum et ſalutem omnium progenitorum noſtrorum ac propinquorum vniuerſa bona noſtra in villa Moſſebach et terminis eiuſdem ſita cum omnibus ſuis pertinentiis quocumque nomine vel titulo exprimantur tamquam propria et nullo feodi

Digitized by Google

titulo obligata ſub omni jure et libertate quibus hactenus libere et quiete poſſedimus, honorabilibus et religioſis viris .. abbati et conuentui monaſterii Ebirbacenſis ordinis Cyſterc. Mogunt. dyoceſis tradidimus et donauimus donacione ſollempni inter viuos pure irreuocabiliter et in totum nichil nobis vel heredibus noſtris juris in ipſis bonis et pertinentiis ſuis reſeruantes, ſed ſimpliciter eadem bona in ipſos Religioſos et eorum monaſterium in hiis ſcriptis tranſferimus et tranſtulimus cum effeſtucatione et renunciatione coram scultetis et scabinis ville predicte in ſtrata publica per nos ſuper eiſdem bonis factis, aliis ſollempnitatibus adhibitis circa huiusmodi donationem debitis et conſuetis. In cuius donacionis per nos facte robur et firmitatem perpetuam sigillum mei Wernheri predicti quo ego Paza prefata contenta ſum preſentibus litteris eſt appenſum. Actum anno dni M°. CCC°. quartodecimo. VIII°. Kal. Julii.

An Pergamentstreif hängt das Siegel von rothem Wachs; das obere Stück fehlt. Umschrift: . . . ERI PINC'NE D'STRIN . . .

---

706. Quittung des Frauenklosters Ibingen über ein vom Kl. Eberbach empfangenes an Erzbischof Peter von Mainz schuldiges Darlehen.

1314, *Juni 28.*

Orig. Urk. im K. Staatsarchiv zu Idstein.

Nos soror Gertrudis magistra totusque conuentus sanctimonialium in Ibingen ordinis ſci Benedicti Moguntine dyoceſis tenore literarum preſentium recognoſcimus | et ad vniuerſorum noticiam volumus peruenire quod

cum Reuerendus in Chriſto pater dnus P. archiepiſcopus Moguntinus ex ſpeciali ſue liberalitatis gracia et | fauore venerabili patri dno Abbati et conuentui Ebirbacenſi ordinis Cyſtercienſis ſuis literis patentibus ſuper hoc confectis quas ipſe dnus | abbas et conuentus habere noſcuntur, auctoritate plenaria commiſerit vice ſua, ut de pecunia ſeu debito in quo prefato dno .. archiepiſcopo obligati exiſtunt viginti marcas denariorum Colon. tribus hallenſibus pro quouis denario computandis nobis et noſtro monaſterio ad vſus et vtilitatem noſtri monaſterii pure propter deum et in elemoſinam traderent, darent et preſentarent nomine iuſte ſolutionis eidem dno P. Archiepiſcopo per eoſdem faciende et ipſa pecunia predicta ſic nobis preſentata, eſſent dicti dnus .. abbas et conuentus in tali parte debiti ſimpliciter abſoluti nec de cetero alicui hominum ſuper eadem pecunia nobis aſſignata aliquatenus reſponſuri. Virtute itaque commiſſionis huiusmodi et poſteſtate memorati dnus abbas et conuentus ſuo et monaſterii ſui nomine viginti marcas den. Colon. (u. s. w. wie oben Nr. 694). Dantes preſentes literas sigillo noſtro sigillatas in teſtimonium ſuper eo. Actum et datum Anno dni. M°. CCC°. XIIII°. In vigilia beatorum Petri et Pauli apoſtolorum.

Das an Pergamentſtreifen angehangene Siegel fehlt.

---

707. Teſtament des Clerikers Bertold von Glimindal.

1314, *Juli 2.*

Orig. Urk. im K. Staatsarchiv zu Idſtein.

Nouerint vniuerſi tam preſentes quam futuri preſencium inſpectores. quod ego Bertoldus de Glimin-

Digitized by Google

dal clericus in ſalutem et remedium anime mee | meorumque parentum animarum legaui et lego poſt obitum meum bona mea taliter infra ſcripta. primo videlicet. XXXIII⁰. marcas colon. | quas habeo in parata pecunia penes dnas religioſas in Diffindal conſeruatas que diſtribuende vel dande ſunt ſub hac forma. videlicet XX. marcas ad emendum perpetuos reditus ſufficientes ad lumen perpetuum ſeu lampadem ardentem perpetuo in ecclesia ville Niderinheſſebach cuius empcionis exſecucionem Hermanno fratre meo et Nicolao cognato in animas eorum fideliter recommiſi, ita ut ſi quo modo neglectum ſeu tardatum fuerit ex eorum negligencia de eo in die iudicij reddant altiſſimo racionem. It. Abbatiſſe et conuentui in Diffindal*) III. marcas de quibus cuilibet moniali vnus ſolidus miniſtretur. It. ſpecialiter preter has cognatis meis monialibus ibidem Bibardi vnam marcam. Gedrudi unam marcam. Sophie de Landatem et ſue cognate vnam marcam, Menezam de ſcarpinſtein et Liſin de Gerartſtein unam marcam. It. Giſelin de Neſſin omnia vaſa mea argentea. Item ad ſtructuram ecclesie in Ruendal. II. marcas. It. II. marcas ad ſcribendum vel emendum librum miſſale ecclesie in Rode et alios XVI. ſolid. col. in quibus ipsa ecclesia Rode mihi tenebatur. Item II. marcas ſacerdotibus premiſſis celebrandis. Item Dilmanno confeſſori in Diffindal et dno Petro ſocio ſuo II maldra ſiliginis. It. Rorico capellano ibidem tunicam unam**). It. de quatuor marcis quas tenet Nicolauſ filius ſororis mei. legaui primo fratri ſuo in Weldin. II. marcas.

*) Die zwischen *) **) stehenden Worte sind in der Urkunde durchgestrichen.

Digitized by Google

It. Hetdewigi ſorori mee ad ſcum Georium vnam marcam. It. in Dellinhain ad ſcum Nicolaum dimidiam marcam. It. matri prioris Ebbirbacensis incluſe dimidiam marcam. It. de pecunia ſeu debitis in quibus tenentur michi H. de Naſſauen et Rupertus de Larheim quid agendum ſit cum ipsis ordinaui. Item Hetdewigi famule mee omnia utenſilia domus mee que habeo in Moguntia videlicet lectum unum, quatuor linciamina, duo menſalia et vnum monutorium. ıtem eidem farcam vnam in Obirwaldaffin. Item plebano in Ruendal in die anniuerſarii mei. VI. hall. quas dabit Gozzo filius binhunt. III. hall. et Sophia ſoror eius III. hall. in feſto ſci Martini. It. de aliis debitis meis ac de vino blado et ceteris bonis omnibus que poſt obitum meum inuenta fuerint legaui Plebano de ſcirſtein vnam marcam. It. ad ſcum Johannem in inferiori Waldaffin. VIII. ſol. col. It. in eadem villa ad ſcam Alheydem VIII. ſol. It. ad ſcum Martinum in ſuperiori Waldaffin. VIII. ſol. col.. It. pro ſeruicio in ſepultura mea. XVIII. ſol. col. pro piſcibus et duas amas vini. Item pro ſpenda pauperibus VIıI. maldra ſiliginis et vnam carratam vini. Item de epitaphio ſeu lapide ſuper ſepulcrum meum ac aliis ad ſepulturam neceſſariis comparandis prout decet meorum amicorum fidelitati ac prouidencie recommitto. Ego Bertoldus de Glimindal clericus diuina gracia inſpirante predictam legacionem bonorum meorum ſeu ordinacionem teſtamenti mei feci ſana mente et corpore ita valido quod ſedere, equitare, ire quo debebam potui ſine baculo vel adiutorio hominum aliquorum. — In teſtimonium et firmitatem omnium premiſſorum ſigillum meum proprium duxi preſentibus apponendum. Actum Anno

Digitized by Google

dni. M°. CCC°. XIIII°. ipſo die proceſſi et martiniani ſanct. martirum.

Das wohlerhaltene parabolische Siegel zeigt im Felde S. Martinus mit dem Bettler, im Fuss den Wappenschild (ein dreieckiges Herzschildchen, darin ein Stern) des Ausstellers. Umschrift: † S'BRTOLDI. CLER. DE. GLIMEDAL.

---

708. Abt Heinrich von Cisterz ertheilt dem Kl. Eberbach seinen Consens zur Abtragung oder Umwandlung einer Schuld.

—

[1314, Aug. 14.]

Ocul. Mem. II, fol. XCVII, a.

Venerabili et in Chriſto sibi karissimo . . coabbati ſuo atque conuentui de eberbacho Frater Heinricus abbas cisterciensis cum ſincera dilectione ſalutem. Peticionem ueſtram ſuper abſolutione obligationis in qua generali capitulo tenemini, nobis per uenerabilem . . coabbatem nostrum de clara ualle et dilectum filium fratrem Heinricum monachum de otterburch oblatam de conſilio trium primorum abſente quarto ſuper bona fortuna vobis cordialiter applaudantes exaudire decreuimus in hunc modum, quod de ſumma pecunie quam nobis in hoc initanti capitulo reddere uolueritis, partem annue et perpetue penſionis quantitatem reddende pecunie contingentem dinimi faciemus. aut de tota obligatione pro tota ſumma voſ abſolui totaliter faciemus. Commutationem uero dicte obligationis in aliquem vel aliquos ordinationi diffiinitorum generalis capituli reſeruamus. Datum Cyſtercii In vigilia aſſumptionis virginis glorioſe.

Digitized by Google

709. Conrads von Rüdesheim, Ritters, und seiner Familie Vermächtniss an das Kl. Eberbach.

1314, Sept. 7.

Orig. Urk. im K. Staatsarchiv zu Idstein.

Nos Conradus et Bizela coniuges, ac Conradus filius noster milites de Rudenſheym ad vniuerſorum preſencium et | inſpectorum noticiam cupimus peruenire quod in remedium animarum nostrarum ac omnium progenitorum nostrorum noſtrum teſtamentum | vnanimi conſenſu, ſana deliberatione prehabita irreuocabiliter et in perpetua tempora duraturum cõndimus et ordinamus in hunc modum. Primo conferimus et donamus donacione legitima inter viuos in figura iudicii ſecularis monaſterio Ebirbacenſi et perſonis eiuſdem, dignis laudibus die noctuque alacriter deo famulantibus atque noſtre ſaluatrici beate Marie virgini glorioſe centum marcas denariorum colon. legalium et bonorum in promta pecunia ſi nobis fortuna arriſerit, ſin autem ad quinque annos immediate ſubſequentes viginti marcas quolibet anno eiſdem dabimus et aſſignabimus vel aliquibus nobis forte quod abſit defunctis ſuperſtes ſeu viuus ibidem pro nobis faciet et complebit donec centum marcas denariorum colon. tribus hallenſibus pro denario quolibet computandis, dicto monaſterio aſſignauerit ad altare omnium ſanctorum in eodem monaſterio Ebirbach conſtructum quod eiſdem centum marcis dotamus. In nomine dni in hiis ſcriptis. Ita tamen vt ad ipsum altare officiet aliquis ſupra taxatum numerum inibi monachorum, cauſa harum centum marcarum cum quibus redditus decem marcarum debent comparari, habita tota pecunia monachus receptus diligenter ſicut racionem altiſſimo redditurus, quas quidem

Digitized by Google

centum marcas recepimus a sereniſſimo domino Rege Bohemie, Polonie et comite Lutzellenburgenſi racione feodi et eius aſſenſu dictum altare dotauimus illa pecunia. Ita quod nos nostrique heredes eaſdem decem marcas annuatim ad altare prefatum aſſignandas teneremus feodaliter publicum inſtrumentum ſuper hoc confectum et eidem dno... Regi traditum vt demonſtrat. Item eidem monaſterio tradimus et conferimus ſimili donatione decem maltra ſiliginis annuatim in villa Armiſheym cedencia conuentui dicti monaſterii pro ouis poſt exaltationem ſce crucis ſingulis annis poſt obitum noſtrum mei Cunradi videlicet et vxoris mee Byzele prenotate miniſtranda. Item eadem donatione et eodem modo conferimus eiſdem .. religioſis duas marcas annuatim ſuper quindecim jugera nostra que emimus in Gauilſheym ſita ad portam Ebirbacenſem pauperibus pro antiquis calceis et veſtimentis diſtribuendas, fideliter et ex toto. Item ſi nos omnes predicti diſceſſerimus abſque heredibus legitimis ab hac vita, ſimplici et legittima donacione inter viuos conferimus et donamus omnibus ſollempnitatibus accedentibus debitis et conſuetis curiam nostram in Rudenſheim ſitam quam inhabitamus hiis condicionibus adiectis et firmiter obſeruandis. primo videlicet quod dictam curiam vendant vel penes proborum virorum .. scabinorum dicte ville conſcientias eſtiment et pecuniam ſeu precium dicte curie in annuos redditus conuertant vnam marcam annuatim dantes dimidiam ſcilicet ad eccleſiam ſci Jacobi parochiam nostram, et dimidiam marcam ad hoſpitale pauperum, capellam ſce katherine hac condicione quod duo ſolidi colon. cedant clericis parochiam officiantibus et noſtrum anniuerſarium peragentibus, reliqui quatuor ſolidi colon. ad lampadem altaris virginis

Digitized by Google

glorioſe, duo etiam ſolidi alterius dimidie marce cedant ſacerdoti officianti capellam ſce katherine, alii vero quatuor ſolidi infirmis pro ſuis neceſſitatibus fideliter miniſtrentur, Reſidua autem pecunia de redditibus dicte curie proueniens .. abbas et conuentus dicti monaſterii Ebirbacenſis in nostro anniuerſario quod .. omnibus officialibus prefati monaſterii in ſuas conſciencias committimus .. pitanciam prout poterunt faciant generalem. Si vero heredes habuerimus, ut aliquis nostrum deceſſerit ante quam curia ad manus predictorum perueniat alii qui ſuperuixerint vel alius ſi vnus viuus pre ceteris remanſerit, tres ſolidos colon. de bonis nostris ſibi permanentibus a nobis relictis annuatim parochie, ſacerdotibus vnum, duos ſolidos ad lampadem ſce Marie, tres ſolidos ad hoſpitale, ſacerdoti vnum ſolidum colon. et infirmis duos ſolidos colon. omni diligencia miniſtrabit. Ita tamen vt heredes noſtri ſi quos habuerimus, integram marcam annuatim de bonis noſtris, dimidiam ad parochiam et dimidiam ad hoſpitale dent eo modo vt monachi facerent, ſi curia noſtra ſupradicta ad ipsos eadem donatione qua prediximus deueniret. It. eadem donatione legamus et conferimus quindecim ſolidos colon. denariorum ſuper eandem curiam cenobiis ſubnotatis, primo tres ſolidos colon. monialibus in Vlnhuſen. It. tres ſolidos colon. ad montem ſci Ruperti prope pingwiam. It. tres ſolidos colon. monialibus in Cluſen. It tres ſolidos colon. monialibus in Gotſdal. Item tres ſolidos colon. monialibus in Dyffindal. Ita vt anniuerſarium noſtrum hiis cenobiis ſuo tempore fideliter peragatur. It. ordinamus et conferimus post mortem omnium nostrum redditus trium maltrorum ſiliginis Agneti moniali in Ibingin annuatim et cenobio ipsius post eius mortem ad nostrum anniuerſarium

Digitized by Google

peragendum. It. conferimus capelle ſci Nicholai ſuper foſſatum caſtri nostri dimidium iugerum vinee ſub Ibingin ſitum quam emimus ſimiliter post nostrum omnium predictorum deceſſum. Item vineas ſubſcriptas dedimus in veram et ſimplicem ſolucionem debitorum Gerhardo et Johanni fratribus dictis kemmerer de Wormacia militibus ſiue pro recompenſatione quorumdam aliorum bonorum ipsis attinencium per me Conradum ſeniorem antedictum venditorem. Primo duo iugera vinearum an der helden ſita quorum tercia pars feodalis eſt a dno Archiepiscopo Moguntino et due partes proprie. It. quinque quartalia of me Nuwinlende in vna particula. It. vnum quartale ibidem. It. tria quartalia retro curiam nostram in vna particula. It. vnum ingerum ibidem offin berge. It. quartale in kiſelle. It. vnum quartale ſub Ibingen. It. Ego Conradus junior ſi ſine heredibus diſceſſero lego preſentibus vniuerſa bona michi proueniencia ex parte Jacobi clerici de Schornisheym cedencia poſt mortem domine Lyſe collateralis Heyncelini militis dicti de Gerhardiſtein ad loca et cenobia vniuerſa infra ſcripta inter ſe equaliter et proporcionaliter diuidenda, primo parochie noſtre in Rudenſheim. It. hoſpitali ibidem. It. Capelle noſtre ſci Nicholai ibidem. It. ad montem ſci Ruperti. It. in Vlinhuſen. It. in Ibingen. It. in Cluſen. It. in Gotſdal. It. in Diffindal. It in Ebirbach. It. ad gradus ſce Marie Moguntie.—It. ad ſcum Martinum ibidem. Item ad dominam nostram in Wormacia. It. ad ſcum Martinum ibidem. — It. vnam marcam de eiſdem bonis pauperibus pro elemoſina. It. ad parochiam in Gauwilſheim. It. monialibus ad nouum monasterium in Moguntia. It. fratribus in Wyndiffpach. — It.

Digitized by Google

dno Wernhero ſacerdoti dicto piſtor in Wormacia dimidiam libram hallenſium. It. puelle matris mee vnam marcam. It. duas libras cuidam pauperi conſanguineo meo nobis attinenti vel ſuis heredibus do et lego tribuendas. It. eodem modo et eodem tempore. domina Clemencia relicta quondam Wilhelmi frstris mei militis de Rudenſheim, Fridericus, Wilhelmus et Conradus filii eiuſdem armigeri donauerunt et legauerunt monaſterio Ebirbacenſi predicto cuilibet ipsorum sex maltra ſiliginis Moguntine menſure, ſi ſine heredibus legitimis ab hac vita deceſſerint ab ipsis procreatis. Acta ſunt hec coram Gyſelberto ſculteto et vniuerſitate ville Rudenſheim predicte preſentibus et aſtantibus dno Ottone decano maioris ecclesie Moguntine, Thilmanno, Theoderico dicto kint et Gyſelberto dicto vos militibus, Ingebrando ſubſoulteto et... scabinis, Cunemanno Bettinbecher, Reynhardo et Hennekino fratribus, Hannemanno dicto Seckiln, petro Helkinman dicto Heimbecher et... filio Herbordi ſculteti nec non aliis quam pluribus fide dignis. Dantes preſentes litteras sigillis honorabilis dni Ottonis decani predicti, ac mei Conradi ſenioris, et pro filio meo Conrado juniore, nec non pro Clemencia relicta fratris mei Wilhelmi antedicta vna et filiis fratris mei Friderico, Wilhelmo ət Conrado iamdicti prefatis monaſterio et perſonis firmiter sigillis in teſtimonium omnium premiſſorum, et Nos Conradus junior miles ac Clemencia relicta quondam Wilhelmi militis prefati, Fridericus, Wilhelmus et Conradus fratres armigeri ſuperius annotati ſigillis propriis carentes preſentes litteras prefatos dominum Ottonem decanum et Conradum ſeniorem militem ſuis ſigillis omni cura rogauimus

Digitized by Google

communiri. et Nos Otto decanus ac Conradus ſenior iam predicti ad preces et inſtancias omnium ſupra memoratorum sigilla noſtra preſentibus appendimus in teſtimonium rei geſte. Actum et datum anno dni Milleſimo. Trecenteſimo. quarto decimo. Septimo Idus Septembris.

An Pergamentstreifen hängen die wohlerhaltenen Siegel.

1. † S. OTTONIS. DECAN(I)ECCLIE. MO(g)VNTIN.
2. † S. CONRADI. DE. RVDENSHEIM.

---

710. Das Kl. Eberbach erhält die Vergünstigung zur Aufnahme von Pfründnern.

***1314**, im Septemb.*

Ocul. Mem. II. fol. XXVI, 1.

Frater Heinricus abbas Cyſterciensis totuſque conuentus abbatum Capituli generalis venerabili et in Chriſto sibi karissimo coabbati ſuo de Ebirbach. et conuentui eiuſdem loci Salutem et ſinceram in dno caritatem. Veſtris piis ac venerabilibus precibus fauorabiliter inclinati vt ſi aliqui deuocione ducti diuina pro aliquibus prebendis apud vos inſtaurandis redditus ad hoc sufficientes perpetuos vestro monaſterio deputare ſeu donare decreuerint tot perſonas quot per huiusmodi redditus ſine grauamine et dampno monaſterii veſtri ſuſtentari et nutriri poterunt vltra numerum perſonarum vobis et monaſterio veſtro per vestrum viſitatorem juxta ſtatutum dni Bonifacii pape ſecundum facilitates taxatum vel taxandum. recipere et veſtire ad honorem dei et laudem ſue genetricis Marie libere valeatis per preſentes nostras literas benignius indulgemus. Datum apud Cyſtercium. anno dni M°. CCC°. XIIII°. tempore capituli generalis.

Digitized by Google

711. Peter von Bechtolfesheim, Ritter, nimmt den Klosterzehnten zu Dienheim in Pacht.

—

***1314**, Sept. 30.*

Orig. Urk. im Grossh. G. Staatsarchiv zu Darmstadt.

Nos Eberhardus dei gratia fuldenſis Eccleſie Abbas. Gubernator Monaſterij sci Johannis prope fuldam | pro tempore. Hartardus Decanus totusque Conuentus eiuſdem Monaſterij recognoſcimus publice, quod pari | conſenſu strenuo Militi Petro de Bechtolfesheim. decimas noſtras in Dienheim et Tolnſheim, ad | ſpacium ſeptem annorum feſto beati Michahelis. anni dni Milleſimi. Trecenteſimi. Quartodecimj. currere inciPiencium, pro Trecentis Maldris ſiliginis Mogunt. Menſure locauimus et conceſſimus rationabiliter atque iuſte quam Annonam ſingulis ſeptem annorum predictorum, ſub ſuis periculis et expenſis, ad Granarium Hoſpitis quemcunque ſibi in Ciuitate Mogunt. aſſignauerimus in Craſtino Natiuitatis beate Marie virginis omnimode preſentabit, noſtris Nunciis ad ipſum tranſmiſſis, ad ſuſcipiendum annonam, tam diu prouiſurus in expenſis, donec nobis predicta annona in Mogunciam fuerit preſentata, vel poſt Natiuitatis craſtinum octo diebus lapſis ſi preſentata non fuerit ut predicitur, fideiuſſores moniti in obſtagiis ſe recipient, fideiuſſionis debitum facientes. Eciam annuatim in prima ebdomada Quadrageſime ſex libras piperis et duos bonos salmones eſtimatos ad vnam Marcam Colon. denariorum, cum Cathedraticis et expenſis in predictarum villarum Eccleſiis ſynodancium archipresbyterorum, ſoluet et deponet alia iura, ſiquidem ab eiſdem eccleſiis requiruntur. Et licet bonis ſepedictis aut eccleſiis dictarum villarum a Judicibus Eccleſiaſticis vel eciam

Digitized by Google

ſecularibus quoquam modo impetitis id deponere teneatur et ſopire, tamen grandine aut exercitu regali ſuperuenientibus bonis prenotatis, nobis mature intimabit, noſtros quoque nuncios ad ipſum tranſmiſſuri, ſibi ſi voluerit locabimus, quo ad illum annum decimam noſtram vbi tale dampnum acciderit, aut aliis quibuscumque, dummodo predicto Militi pro defectu illius anni annus immediate ſubſequens ad implendum ſeptennium predictum aſſignetur. Nichilhominus annona predictarum decimarum collecta et orreis inducta cum fuerit, ſi grando aut exercitus regalis vineis ſuperuenerit ex hoc nullum dampnum ſuſtinemus. vt autem ſingula premiſſa plenum ducantur ad effectum nobis octo fideiuſſores in ſuis litteris notatis, conſtituit Ita quod ſi aliqua ſecus infringerentur non ſeruata iuxta continenciam preſencium, ex tunc ſui fideiuſſores per nos moniti milites et Armigeri in Opido Omeſtad, Ciues in Ciuitate Mogunt. apud publicos hoſpites ſe recipient obſtagia facientes, donec ſingule condiciones alterate fuerint omnimode retractate. Exſpirato quidem ſeptennio predicto, decime prelibate ad Monaſterium ſci Johannis ſepedictum libere reuertentur. Et in omnium premiſſorum euidentium et certitudinem ampliorem has litteras noſtrorum ſigillorum robore videlicet dni abbatis et Conuentus predictorum dedimus fideliter communitas. Anno domini Milleſimo CCC°. XIIII°. In Craſtino beati Michahelis.

Das Siegel des Abtes hängt nur in einem Bruchstück an; das Conventssiegel ist abgerissen.

Digitized by Google

712. Das Kl. Eberbach entrichtet seine Schuld an den Erzbischof Peter von Mainz.

1314, *Oct. 25.*

Orig. Urk. im K. Staatsarchiv zu Idstein.

Nos P. dei gracia ſce Moguntine ſedis Archiepiscopus sacri Imperii per Germaniam Archicancell. Recǫgnoſcimus et ad vniuerſorum noticiam volumus peruenire quod Religioſi viri... Abbas et.. Conuentus Monaſterii | Ebirbacensis ord. Cyſterciensis nostre dyoces. deuoti noſtri dilecti in debito quo nobis obligantur | trecentas libras hallensium bonorum et legalium in empcione quadringentorum maldrorum ſiliginis apud Frankinvort habita pro noſtris uſibus. maldro quolibet pro quindecim ſolidis hallensium empto nobis integraliter et ſimpliciter ſoluerunt de quibus Trecentis libris iamdictis ipsos... abbatem et conuentum quitos et liberos noſque pagatos dicimus publice per preſentes sigillo nostro in facte ſolutionis teſtimonium communitas. Datum in Caſtra prope Frankinuort Anno dni M°. CCC°. quartodecimo. VIII°. kalend. Novembris.

Das Siegel ist abgerissen.

---

713. Berthold von Glymendal, Cleriker, vermacht dem Kl. Eberbach eine Leibrente.

1314, *Dec. 13.*

Orig. Urk. im K. Staatsarchiv zu Idstein.

Nouerint vniuerſi preſentium inſpectores et auditores quod Ego Bertholdus dictus de Glymendal clericus cupi|ens ſaluti anime mee ſalubriter prouidere ob dei omnipotentis honorem et laudem ſue genetricis Marie |

Digitized by Google

legaui et donaui. lego preſentibus et dono donacione ſollempni et legittima inter viuos. honorabilibus viris | dno Abbati et conuentui monaſterii Ebirbacensis ordinis Cyſterc. Moguntine dyoc. viginti maldra ſiliginis, in quibus racione penſionis mee anni preſentis mihi tenentur, tali condicione et pacto quod eadem viginti maldra ſic per me legata et donata poſtquam viam vniuerſe carnis ingreſſus fuero abſque dilacione ſiue mora, cedant ad miſſam inchoandam per me apud dictum monaſterium Ebirbacenſe ordinatam, nichil juris in eiſdem maldris meis heredibus reſeruando. In cuius donacionis mee teſtimonium sigillum meum duxi preſentibus appendendum. Datum anno dni M⁰. CCC⁰. quarto decimo. in feſto beate Lucie virginis.

Das Siegel ist von seinen Streifen abgerissen.

---

714. Hartung von Emilhusin, Bürger zu Bopard, u. seine Frau Elisabeth verkaufen dem Kl. Eberbach einen Weinberg bei Bopard.

1315, Jan. 22.

Orig. Urk. im K. Staatsarchiv zu Idstein.

Vniuerſis preſentes literas viſuris et audituris Nos Hartungus dictus de Emilhuſin opidanus Bopardienſis et Elizabeth eius | vxor legitima notum eſſe volumus et preſentibus publice recognoſcimus et fatemur Quod nos pari voluntate — vendidimus et vendimus in hiis ſcriptis — religioſis viris et honeſtis dnis.. abbati et conuentui monaſterii Eberbacensis ord. Ciſterc. ementibus et recipientibus pro ſe et ſuis ſucceſſoribus in perpetuum vineam ſitam in territorio opidi Bopardiensis in

Digitized by Google

loco qui volgariter zigenrebach appellatur cuius vinee tales ſunt confines, ab uno latere dns Wynandus canonicus ecclesie ſci Symeonis treuerensis, ex alio latere Elizabeth relicta quondam Reinemanni armigeri Bopardiensis pro certa ſumma pecunie nobis et ſindico dicti monasterii numerata — cui vinee coram .. sculteto et scabinis Bopardiensibus in judicio ſeculari expreſſe renunciauimus — pure et ſimpliciter eiuſdem vinee poſſeſſionem tradentes eiſdem .. abbati et conuentui liberam poſſeſſionem vinee supradicte quam quidem vineam a predictorum abbatis et conuentus ſindico recepimus — iure emphiteotico perpetim poſſidendam per nos et nostros hereditarios ſucceſſores pro octo ſolidis denariorum bonorum et legalium in Bopardia pro tempore vſualium perſoluendis eiſdem annis ſingulis perpetuo in feſto natiuitatis dominice nomine cenſus ſeu annue penſionis etc. In teſtimonium itaque omnium premiſſorum sepedictis .. abbati et conuentui hanc literam tradidimus sigillo strenui viri dni Henrici dicti bawari ſculteti Bopardiensis vna cum sigillo dni Johannis Ywani canonici Bopardiensis tradidimus firmiter roboratum. Et nos Henricus ſcultetus et Johannes ywani prefati ad rogatum ambarum parcium recognoſcimus ſigilla nostra preſentibus appendiſſe. Actum et datum anno dni Milleſimo. CCC⁰. quintodecimo. In die b. Vincencii martiris preſentibus Anſelmo dicto piſce viceſculteto, Symone de Rufoleone, petro dicto Colbe ſcabinis Bopardiensibus et quampluribus aliis fide dignis.

Das erste Siegel: † HENRICI. BAW. MILIT. DE. BOP. *(im Schilde der streitfertige Löwe, (rechts gewendet) hängt wohlerhalten an; das zweite fehlt.*

Digitized by Google

715. Joh. von Wilre u. Guda, Eheleute, verkaufen dem Kl. Eberbach einen Weinberg zu Wilre.

—

***1315**, Jan. 22.*

Orig. Urk. im K. Staatsarchiv zu Idstein.

Vniuerſis preſentes literas viſuris et audituris Nos Johannes de Wilre dictus de Emilhuſen, et Guda eius uxor legitima notum eſſe volumus et | preſentibus publice regognoſcimus et fatemur quod nos pari voluntate vnanimi conſenſu et manibus coniunctis vendidimus et vendimus in hiis ſcriptis pro | nobis et nostris heredibus Religioſis viris et honeſtis dnis.. abbati et conuentui monaſterii Eberbacenſis ord Ciſterc. ementibus et recipientibus pro ſe et ſuis ſucceſſoribus in perpetuum vineam ſitam in pertinenciis dicte ville Wilre in loco qui dicitur An der hunheldin vulgariter in vico molendini cuius vinee tales ſunt conſines, ab uno latere.. filius Wigandi dicti Roc de Campe, ab alio latere Thilemannus gener quondam Willekini dicti philomene de Bopardia pro certa ſumma pecunie nobis a syndico dicti monaſterii numerata, tradita et ſoluta, cui vinee coram sculteto et scabinis Bopardiensibus in judicio ſeculari expreſſe renunciauimus etc. quam quidem vineam a predictorum — ſindico recepimus et recipimus iure emphiteotico perpetim poſſidendam — pro quatuor ſolidis denariorum bonorum et legalium in Bopardia pro tempore vſualium. perſoluendis eiſdem annis ſingulis perpetuo in feſto natiuitatis dominice nomine cenſus ſeu annue penſionis et ſi in dicto feſto ſoluere non potuerimus ſeu non ſoluerimus inducias eiuſdem ſolutionis habebimus uſque ad octauas Epiphanie dni proxime ſecuturas ſine qualibet captione. verum ſi eundem cenſum

Digitized by Google

in eiſdem octauis Epiphanie immediate ſubſequentibus non ſoluerimus extunc elapſo dicto termino ab omni jure quod nobis in dicta vinea competebat ſeu competere poterat nostris heredibus cademus penitus ipſo facto et ipſa vinea ad memoratum monaſterium reuoluetur contradictione qualibet non obſtante. Sane eſt adiectum quod post obitum nostrum dicta vinea per nostros hereditarios ſucceſſores nullatenus diuidetur ſed remanebit penitus indiuiſa quod ſi ſecus actum fuerit vel eciam attemptatum et quicquid ex hoc vel ob id ſecutum fuerit eoipſo erit irritum et inane. Preterea ſi post obitus nostros ex ſucceſſione hereditaria ſeu alio quouis modo mutationem fieri contigerit de ipsa vinea nos et nostri heredes ſeu quicunque eidem vinea ſucceſſerint ad onus ſine ius quod vulgariter vurhure appellatur, nullatenus tenebuntur, sed ad recipiendam ipsam vineam sindico dicti monaſterii ſoluent ſex denarios vſuales et vltra hoc a quoquam compelli non poterunt nec debebunt &c. &c. In teſtimonium itaque omnium premiſſorum sepedictis .. abbati et conuentui hanc literam tradidimus sigillis honeſtorum virorum dni Henrici dicti Bawari ſculteti Bopardiensis et dni Johannis Ywani. Canonici ecclesie Bopardiensis firmiter roboratam. Et nos Henricus ſcultetus et Johannes Ywani predicti ad rogatum ambarum parcium recognoſcimus nos ſigilla nostra preſentibus appendiſſe. Actum et datum a. dni. Mill. CCC⁰. quintodecimo. In die b. Vincentii martiris preſentibus Anſelmo dicto piſce viceſculteto Symone de Rufo leone, Petro dicto Colbe scabinis Bopardiensibus et quampluribus aliis fidedignis.

Beide Siegel fehlen.

716. Rupert von Larheim, Edelknecht, verkauft seine Güter bei Holtzhusen an das Kl. Eberbach.

1315, März 23.

Orig. Urk. im K. Staatsarchiv zu Idstein.

Nos Gyſo dnus de Molſperg necnon Sophia collateralis ipsius legittima. Tenore preſencium literarum Recognoſcimus et | ad vniuerſorum noticiam cupimus publice peruenire, quod Nos pro nobis et heredibus nostris deliberacione diligenti prehabita | vendicioni legittime bonorum Ruperti de Larheym armigeri ſitorum in villa et terminis Holtzhuſen prope Rebeſangen, facte Religioſis et honorabilibus viris .. abbati et conuentui Monaſterii in Eberbach ord. Cyſt. Moguntine dyoceſis per Rupertum memoratum ſuper quibus quidem bonis Redditus dimidii maldri ſiliginis et dimidii maldri Tritici habere quondam noſcebamus, noſtrum conſenſum beniuolum adhibuimus et irreuocabiliter adhibemus Renunciantes ſimpliciter et preciſe pro nobis et heredibus nostris prefatis redditibus vlterius ſuper dictis bonis non petendis omnique alii juri ſeu dominio quocumque nomine nuncupatis racione dictorum bonorum nobis competentibus nichil nobis vel heredibus nostris juris vel facti in posterum reſeruantes, preſertim cum redditus nostri predicti per Rupertum memoratum ſuper certis bonis ſuis et Curia ſitis in villa Larheym plenarie et certitudinaliter demonſtrati exiſtant. Et ſic demonſtracione ſeu recompenſa ſufficienti nobis facta et per nos voluntarie recepta laudata et approbata dicimus et pronunciamus preſentibus nostris literis empcionem per dictos Religioſos factam ſeu vendicionem per memoratum Rupertum de nostro expreſſo conſenſu peractam gratam et ra-

Digitized by Google

tam habere perpetuo et dicta bona vendita a predictis redditibus ſeu aliis juribis que nobis quouis modo in dictis bonis competere videbantur, penitus libera et ſoluta. In cuius rei et conſenſus nostri perpetuam firmitatem Sigillum nostrum preſentibus literis duximus apponendum. Datum anno dni M°. CCC°. Quinto decimo, in feſto Paſche.

An Pergamentstreif hängt ein Stück von der oberen Hälfte des Reitersiegels. Die Umschrift ist fast ganz weggebrochen.

---

717. Gerlach, Graf von Nassau, befreit das Kl. Eberbach von der Entrichtung des Rheinzolls in Cuba.

***1315**, April 5.*

Orig. Urk. im K. Staatsarchiv zu Idstein.

Nos Gerlacus comes de Naſſowe notum facimus preſentium inſpectoribus vniuerſis quod in remedium | anime noſtre et animarum progenitorum noſtrorum .. venerabili dno .. abbati, fratribus et cenobio in Eberbach, | ordinis Cyſterc. Moguntine dyoceſis, hanc graciam fecimus et auctoritate preſentium duximus faciendam, quod ipſum monaſterium et ipſius nuncios ab omni exactione et ſolutione thelonei in Cuba de cremento vini et Bladi ſeu frumenti eiuſdem monaſterii nec non rebus aliis, victualibus et expenſis quocumque nomine cenſeantur, ipſi monaſterio neceſſariis que traducere habent in Reni alueo aſcendendo ſeu deſcendendo, quamdiu ibidem recipiemus theloneum, reddidimus et auctoritate preſentium reddimus liberos ac ſolutos, volumus eciam ut ſi predictum theloneum apud Cubam per obligationem ſeu quemcunque modum alium in alium vel alios tranſtulerimus predicto cenobio Eberbacenſi huius-

Digitized by Google

modi gratia ei per nos facta, rata et inconuulsa penitus conseruetur. Dantes nostris .. officialibus et procuratoribus firmiter in mandatis, ut prelibatis dno .. abbati, fratribus et cenobio in Eberbach eandem gratiam ipsis per nos factam, ratam et illibatam conseruent, sicut nostram indignationem voluerint euitare. In cuius rei testimonium presentes damus sigilli nostri munimine roboratas. Datum anno dni M°. CCC. quinto decimo. Nonis Aprilis.

An Pergamentstreif hängt das wohlerhaltene Reitersiegel des Ausstellers.

† S'GERLAC(I)COMIT(I)S DE NASSOWE.

---

718. Die Begine Metza von Mainz macht dem Kl. Eberbach alle ihre Güter bei Scherstein zum Geschenk.

1315, *Juli 10.*

Orig. Urk. im K. Staatsarchiv zu Idstein.

Iudices sce Moguntine sedis recognoscimus in hiis scriptis Quod constitutis in nostra presencia .. Syndico seu procuratore .. abbatis et conuentus monasterii Eberbacensis ex vna et Metza Begina dicta de Pomerio ex parte altera predicta Metza confessa | est in jure et publice recognouit se omnia bona sua immobilia que habere dinoscitur in villa Scherstein et terminis eiusdem | videlicet curiam, areas, domos, horrea, edificia qualiacunque, arbores, vineas, agros arabiles, terras cultas et incultas, pas|cuas, census in denariorum pecunia, capponibus seu pullis et alia omnia et singula jura nec non obvenciones que ad ipsam Metzam aliqualiter occasione bonorum eorundem pertinere dinoscuntur, ad presens vel in

Digitized by Google

futurum ob intuitum diuini amoris et propter grata beneficia ſibi a dictis abbate et conuentu multifarie impenſa, et remedium anime ſue, nec non ſuorum progenitorum donatione inter viuos liberaliter et corporaliter contuliſſe, et in coſdem . . abbatem et conuentum eadem bona cum plenitudine omnium jurium ſuorum et poſſeſſiones ipſorum cum jure dominii que in ipſis bonis dicta Metza habuit plenarie et integre tranſtuliſſe ac eiſdem . . abbati et conuentui ſeu monaſterio ſupradicto poſſeſſionem eorundem bonorum, cenſuum et jurium omnium corporaliter tradidiſſe, renuncians eadem Metza pure, ſimpliciter et in totum omni jure dominii et poſſeſſionis bonorum predictorum occaſione et tranſlationis facte donacionis ſupradicte. Inſuper dicta Metza recognouit et in jure eſt confeſſa coram nobis ſe vnam curiam ſitam in Moguntia, ex oppoſito monaſterii fratrum minorum dictam zume knoppe, et vnam curiam ſitam in Scherſtein nec non vineam quandam ſitam in terminis ville eiuſdem ad dictum monaſterium pleno iure pertinentes ſibi locatas ex parte ipſius monaſterii ad dies vite et non amplius locacionis titulo poſſidere et tenere que curie tam in Moguntia quam in Scherſtein et vinea ſeu vinee ad dictum monaſterium poſtquam, dicta Metza diem clauſerit extremum, reuertentur et redibunt libere contradictione qualibet poſttergata . . Datum anno dni milleſimo trecenteſimo quintodecimo. VI⁰. Idus Julii.

Das anhangende Siegel des Gerichts ist zerbrochen.

Digitized by Google

719. Peter und Engeltrudis von Buren, Geschwister, erwerben dem Kl. Eberbach benannte Güter bei Walt-Hilbersheim.

—

***1315**, Aug. 18.*

Orig. Urk. im K. Staatsarchiv zu Idstein.

Nos frater Wilhelmus dictus abbas et conuentus monasterii in Eberbach ord. Cysterc. Mogunt. dyocesis | Recognoscimus per presentes quod dilecti nobis in Christo Petrus et Engiltrudis vterini de Buren | juxta Enkerich bona infrascripta in villa et terminis ville Walthilbirsheim sita suis de | nariis nobis et monasterio nostro predicto possidenda in hunc modum compararunt, videlicet quod eisdem Petro | et Engeltrudi quam diu vixerint octo maldra siliginis Pingwensis mensure annis singulis in omnem euentum intra ciuitatem Pinguensem demus et integraliter presentemus Hec sunt bona et eorum situs. Primo videlicet unum jugerum an Mulinrech versus hedinsheim. It. duo jugera et dimidium of dem Boumgarten. It. tria quartalia of der gruben. It. ibidem duo jugera que fuerunt Ebirhardi. It. tria quartalia super fossatum Windisheim se extendencia. It. duo jugera zû Bruchin juxta agros Sturleri. It. due virge zu Rûden apud agros Emelrici. Insuper predicti Petrus et Engiltrudis quatuor maldrorum siliginis moguntine mensure redditus erga Heymonem et Gerlacum villanos de Gauhilbirsheim comparauerunt nobis et monasterio nostro de bonis infrascriptis pro suppignore obligatis in perpetuum tribuendos. sub hac forma quod predicta quatuor maldra prefatis Petro et Engiltrudi quoaduixerint annis singulis assignemus et integraliter persoluamus. uno autem eorum defuncto ipsa quatuor maldra siliginis ad nostrum

Digitized by Google

monaſterium libere reuoluentur. Hec ſunt bona et ſitus eorum de quibus predicta quatuor maldra ſunt ſoluenda. Primo vnum duale vinearum zu Barcheim apud Petrum de Eckelſheim militem It. vnum jugerum agri ibidem. It. vnum jugerum agri under der Strazin tendens an den Sepat. It. vnum jugerum agri an den Wartboumeline inferius apud fritzonem de Rodeberg. hoc ſane prouiſo quod predicti octo maldrorum redditus poſt ſepedictorum Petri et Engiltrudis deceſſum vna cum quatuor maldris poſt vnius eorum obitum ad nos et noſtrum monaſterium redibunt et libere deuoluentur. iuxta fratris Enffridi monachi noſtri ordinationem conuentui noſtro pro pitancia et conſolacione miniſtrandi. Dantes preſentes literas sigillo nostro sigillatas in teſtimonium ſuper eo. Datum anno dni M°. CCC°. XV. kal. Septembris.

Von dem Siegel hängt noch ein Stückchen an.

---

720. Das Kl. Eberbach übernimmt die in vorhergehender Urk. bezeichnete Schenkung.

***1315**, Aug. 21.*

Orig. Urk. im K. Staatsarchiv zu Idstein.

Nos Wilhelmus dictus Abbas totusque Conuentus monaſt. Ebyrbac. Cyſterc. ordinis Magunt. dyocesis publice recog | noſcimus per presentes quod in Chriſto nobis dilecti Petrus et Engiltrudis vterini de Buren iuxta Enkerit | annuos et perpetuos redditus octo maldrorum ſiliginis Piuguens. menſure. nobis ac nostro monaſterio ſuis denariis compararunt | huiusmodi redditus per . . heredes dicte de Roden de villa Walthilberſ-

Digitized by Google

heim ad nostram curiam Bredinuas expedite presentandos suis labo|ribus et vecturis, obligantes nichilominus et ponentes nobis subpignora scilicet agros in Walthilbersheim subnotatos. | videlicet vnum jugerum in Mulinrech situm versus hedernsheim. It. duo jugera et dimidium ufdem Bomgarten (iuxta Einritum *)). It. tria quartalia vf der Gruben. It. ibidem duo jugera que fuerunt Ebyrhardi. It. tria quartalia super fossatum Wyndensheim. It. duo jugera zu Bruchen iuxta agros Storleri sita. It. due virge agri quod zuo Ruden vulgariter dicitur apud Einricum. pro redditibus superius memoratis. Nos autem predictorum octo maldrorum redditus Petro et Engiltrudi predictis nostris laboribus et expensis in Pinguia nomine pensionis annuatim ministrabimus ad tempora sue vite. Tali quidem condicione adiecta quod post obitum alterius eorum duo maldra predicte pensionis. tunc vero superstite mortuo residua sex maldra que superstes quoaduixerit percipiet ad nos et nostrum monasterium sine quolibet impedimento libere reuertentur. Insuper hoc addito ut predicti redditus siliginis pro tritico commutentur quod triticum post aduentum dni fideliter annis singulis in pane triticeo nostro conuentui in ipsorum ac omnium progenitorum suorum animarum remedium ministretur. In quorum omnium euidenciam pleniorem nostrum sigillum presentibus est appensum. Datum anno dni M°. CCC°. XV°. XII. Kal. Septembr.

Das Siegel des Abtes hängt beschädigt an

*) Die eingeklammerten Worte sind im Orig. ausgestrichen.

Digitized by Google

721. Die Begine Mentha von Osterspeya macht dem Klosterhof Bredinvas verschiedene Renten zum Geschenke.

—

***1315**, Aug. 21.*

Orig. Urk. im K. Staatsarchiv zu Idstein.

Nos Wilhelmus dictus abbas totusque conuentus monaſterii Ebyrbacenſis Maguntine dyoceſis publice recognoſcimuſ in hiis | ſcriptis. Quod cum in Chriſto nobis dilecta puella Meutha Beginna in Oſterſpeya annuos et perpetuos redditus | septem ſcilicet maldrorum pinguenſis menſure ſiliginis nobis ac noſtro monaſterio comparauerit quos redditus . . infra ſcripti nec non ipſorum heredes de bonis et agris ſubnotatiſ dabunt et dare tenebuntur imperpetuum nobis ac noſtro monaſterio ſingulis annis ad curiam noſtram Bredinuas ſuis vecturis et laboribus preſentando videlicet Conradus dictus kobe. de villa Walthilberſheym dimidium maldrum de dimidio iugere zu Cruzen. It. Cuſa dicta Ulechen vnum maldrum de vno iugere in holwege et de duabuſ virgiſ quod vulgariter zuo Ruden dicitur zu Cruzen. It. herborduſ iuxta tiliam dimidium maldrum de tribus quartalibus zu Morwyſen. It. Heinricus Woche et Sabina dimidium maldrum de tribus quartalibus vinearum in Bûdelen iuxta Agnetem et Godelmannum et dimidio agri quod dicitur se et vno quartali et dimidio agri retro montem. It. Storch et Johannes dictus Man vnum maldrum de dimidio iugere zu paffinheken et de virga agri uf den Rûdelen et de quartali uf Engen rade. de tribus quartalibus uf den Rûden. de dimidio iugere in Quendal. iuxta Storlerin. et de particula in Wſtendicherwege. It. quinque quartalia in der Grubyn et quinque quartalia ſuper pomerium. ſunt ſubpignona duorum maldrorum

Digitized by Google

et dimidii. Item tria quartalia agri in heſpe ſita — et due virge iuxta Crucen.. et due virge zu Crucen ſunt ſubpignora vnius maldri. Nos memoratos ſeptem maldrorum annuos redditus predicte Menthe noſtris laboribus ſet ipſiuſ expenſis in Bopardya vel in Speyge prout inter predicta duo loca ſibi magis competere videbitur annuatim penſionis nomine ad ſue vite tempora miniſtrabimus bona fide. Poſt eius vero deceſſum ſepedicti redditus cum ſuis ſubpignoribus ad nos et noſtrum monasterium libere reuoluentur. Itaque nulli de ſuis heredibus aut propinquis de penſione predicta tenebimur reſpondere. Tali conditione adiecta firmiter obſeruanda. ſcilicet ut predicta ſeptem maldra ſiliginis fideliter commutentur in ſex maldra tritici que fideliſſime per aduentum dni quolibet anno noſtro conuentui in pane triticeo pro ipſius ac omnium ſuorum progenitorum animarum remedio miniſtrentur. Dantes has literas noſtro ſigillo roboratas in euidentiam premiſſorum. Anno domini M°. CCC.°. XV°. XII°. Kal. Septembris.|

Das Siegel iſt von ſeinem Pergament-Streifen abgeriſſen.

---

722. Die Matrone Elizabeth verkauft einen Jahrzins von ihrem Weinberg bei Kube.

1315, *Aug. 24.*

Orig. Urk. im K. Staatsarchiv zu Idſtein.

Nos vniuerſi et ſinguli. ſcabini in Kuba notum facimus preſentium inſpectoribus vniuerſis quod honeſta matrona | domicella Elyzabeth coram nobis propter hoc ſpecialiter conſtituta commorans in cymiterio Kube, vendidit et tra|didit iuſte vendicionis tytulo Diſcrete perſone Agneti ſorori Theodorici dicti Vende armigeri, ac

Digitized by Google

ſuis heredibus | unam marcam annui et perpetui cenſus denariorum bonorum tribuſ hallenſibus pro denario quolibet computatis ſuper vineam ſuam quondam retro ecclesiam Kube ſitam pro certa pecunie summa ipſi Elyzabeth a prefata Agnete integraliter tradita et soluta In natiuitate dni annis ſingulis eidem agneti de dicta vinea iugiter perſoluendam et ad sex tantum ſeptimanas ſi neceſſe fuerit aut ſi contigerit denarios teſtimonialeſ dando in judicio conquerendo. Hac condicionc adiecta videlicet quod sepedicta Agnes de huiusmodi marca ordinare ſeu diſponere poterit pro ſue voluntatis libito contradictione qualibet non obſtante. In cuius rei debitam firmitatem et robur perpetuum necnon ad preces Elyzabeth prenarrate nos ... scabini predicti in kuba sigillum nostrum commune preſentibus duximus apponendum. Egoque Elyzabeth iam dicta omnia et ſingula premiſſa ſub ſigillo preſentibus appenſo profiteor eſſe vera. Datum in die beati Bartholomei apostoli anno dni M°. CCC°. XV°.

Das Siegel ist abgerissen.

---

723. Wilhelm Struppehaber, Edelknecht, verkauft einen Jahrzins von seinen Gütern in Kube.

1315, *Aug. 29.*

Orig. Urk. im K. Staatsarchiv zu Idstein.

Nos ... scabini in kuba ſinguli et vniuerſi tenore preſentium publice profitemur constare vo | lentes harum literarum inſpectoribus quibuſcunque quod prouidus vir Wilhelmus dictus ſtruppe | habere armiger propter hoc ſpecialiter in noſtra conſtitutus preſentia sanus et incolumis vendidit | et tradidit iuſte vendicionis tytulo diſcrete matrone Agneti ſorori Theodorici dicti venden armi-

Digitized by Google

geri ac ſuis heredibuſ vnam marcam denariorum bonorum annui et perpetui cenſus Tribus hallensibus pro denario quolibet numeratis ſeu numerandis pro certa pecunie summa sibi ab agnete prefata integraliter tradita et ſoluta ſuper bona ſua infraſcripta videlicet ſuper terciam partem domus ſue quam inhabitat. It. ſuper terciam partem orti ſub eadem domo ſiti. It. ſuper terciam partem vinee ſite retro domum domine Criſtine dicte dilengen. It. ſuper terciam partem vinee ſite zu hermans ſchure. It. ſuper terciam partem vinee zu yffen necnon generaliter et ſpecialiter ſuper omnia bona ſua et ad ipſum pertinentia in diſtrictu ſeu territorio kube ſituata In feſto Natiuitatis dni annis ſingulis Agneti predicte aut ſuis heredibus de bonis preſcriptis perpetue aſſignandam. Quem quidem cenſum Wilhelmus predictns in manus Agnetis prelibate reſignauit pure ſimpliciter et expreſſe cum omnibus iuribus et conſuetudinibus ad hoc debitis et conſuetis, ad sex vero ſeptimanas tantum ſi neceſſe fuerit vel ſi contigerit cum denariis teſtimonialibus in judicio conquerendo. In quorum omnium euidens teſtimonium ac firmitatem perpetuam nos ... scabini in kuba prenotati Commune sigillum noſtrum ad preces Wilhelmi ſupradicti preſentibus appoſuimus in teſtimonium veritatis. Quod ego Wilhelmus iam dictus profiteor eſſe verum. Datum et actum ipso die decollationis beati Johannis baptiſte Anno dni Milleſimo Trecenteſimo Quintodecimo.

Das unversehrte Siegel in grünem Wachs hängt an.

† S. SCVLTETI DE CVBA ET SEPTEM SCABINORVM PACIS.

Digitized by Google

724. Heinrich, Pfarrer zu Dinheim, setzt das Kl. Eberbach zu seinem Erben ein.

1315, *Decb. 20.*

Orig. Urk. im Gr. G. Staatsarchiv zu Darmstadt.

In nomine ſce et indiuidue Trinitatis. Amen. Ego Heynricus paſtor ecclesie ville | Dinheym Quamuis viribus aliquantulum deſtitutus corporalibus, compos tamen mentis mee | matura deliberacione prehibita propter mortis hore incertitudinem humane nature ex ſui fragilita | tis et condicionis neceſſario et finaliter imminentis condo et ordino testamentum ultime voluntatis mee in hunc modum. Primo in remedium anime mee ac in omnium progenitorum et benefactorum meorum animarum ſuffragium ſalutare do dono et lego donatione irreuocabili immutabili legitima inter viuos monaſterio Ebirbacenſi ordinis Ciſterc. Mogunt. dyoceſis omnia bona mea tam in blado vino libris utenſilibus domus, quam in aliis rebus meis iam apparentia et post mortem meam inuenta in locis quibuſlibet quocunque nomine sortiantur, ſubnotatis condicionibus firmiter obſeruandis. Primo et principaliter volo quod viginti quinque maldra ſiliginis Mogunt. mensure penſionis perpetue comparata olim per me apud predictum monaſterium remaneant apud idem monaſterium ſecundum ordinacionem meam prius factam in ſuo vigore quum omnino volo permanere prout in litteris ſuper hoc confectis plenius continetur. It. ordino et volo quod conuentui ſepedicti monaſterii de rebus meis vniuerſis quinque libre hallenſium pro piſcibus ad conſolationem et pitantiam in die obitus mei fideliter miniſtrentur cum duabus et dimidia amis vini in duobus vaſculis iacentis Moguntie apud honeſtum virum Jacobum dictum zů me froſche.

Digitized by Google

It. volo de rebus meis sex libras hallenſium pro belkino et duas libras hall. pro cera dari ad exequias meas in dicto monaſterio vbi ſepulturam meam eligo peragendas. It. de eiſdem bonis et rebus meis octo maldra ſiliginis Moguntine menſure et vnum pulmentum piſarum cum duabus amis cereviſie volo et ordino ad portam Ebirbacenſis monaſterii pauperibus integraliter erogari in die ſepulture mee ſi poterit fieri competenter. It. volo de eiſdem rebus meis duo maldra ſiliginis ad hoſpitale pauperum in Ebirbach monaſterio predicto infirmis fideliter miniſtrari. It. volo et ordino Ulrico ſacerdoti apud ſcam Claram Moguntie tunicam meam blaniam meliorem ſubfurratam cum duobus cappuciis ad ipſam pertinentibus dari post mortem meam ut ſuarum orationum me faciat iugiter participem et conſortem. It. volo quod Hermanno famulo meo due tunice dentur et ſuis laboribus ſecundum diſcretionem reſpondeatur qui mihi laborioſe ſeruiuit et obedienter prout ab ipſo loco et tempore requirebam. It. duo maldra ſiliginis plebano in villa Ebirbach do et lego in quibus mihi idem tenebatur. It. omnia debita mea in quibus mihi Thilmannus vicarius meus in villa Dynheim tenebatur ſibi do et ſimpliciter remitto ut in miſſis et orationibus ſuis mei memoriam habeat et me deo ſemper recommendet. It. debita mea omnia et que mihi debentur et que meis creditoribus ex certa et nota cauſa debeo manu fideli meo ſubnotato requirenda et ſoluenda in parte et in toto ſecundum poſſibilitatem et mearum rerum facultates duxi non improuide committenda hiis omnibus et ſingulis ſecundum ordinationem meam expeditis et completis reſiduam ſubſtantiam rerum mearum frater Enſridus prior Eberbacenſis quem de conſenſu et voluntate ſui abbatis

Digitized by Google

in manufidelem meum ſimpliciter et irreuocabiliter eligo de conſilio pociorum ſue congregationis in pitantias generales diſtribuendam ſicut melius eis conuenit ordinet et diſponat. Inſuper volo et ordino quod perpetuis temporibus dicti monasterii fratribus in anniuerſario meo ac meorum progenitorum ibidem annis ſingulis peragendo ſollempniter ſpecialis pitantia ut mei in ſuis orationibus iugem memoriam habeant ministretur. In omnium et ſingulorum premiſſorum robur euidens rogo et peto sigillum ſapientis viri Wigandi cantoris ecclesie sce Marie ad gradus Moguntie apponi pretentibus in teſtimonium ſuper eo. Et ego Wigandus cantor predictus ad preces partis vtriuſque ſigillum meum duxi preſentibus apponendum. Acta sunt hec anno dni M°. CCC°. XV°. feria proxima ante feſtum beati Thome apostoli. *)

---

725. Schenkungsbrief der Begine Katharina Ring von Alzei über Güter bei Heymersheim für das Kl. Eberbach.

***1316**, Jan. 13.*

Orig. Urk. im K. Staatsarchiv zu Idstein.

Wigandus cantor ecclesie ſce Marie ad gradus Mogunt. Judex a reuerendis dnis — Judicibus sce Mo-

*) Mit dieser ist eine andere Urk., die dasselbe Testament mit geringen Abänderungen in der Bestimmung der Almosen wiederholt, zusammengenäht. Ihr Schluss lautet: Et nos decanus ecclesie predicte Judex et conſeruator rerum monaſterii Ebirbacenſis a ſede apostolica delegatus ad peticionem fratrum Ebirbacensium nec non Heinrici paſtoris in Dinheim | predictorum nobis factam sigillum nostrum appendimus in robur et teſtimonium omnium premiſſorum. Actum et datum anno dni M°. CCC°. septimo decimo XIIII. Kal. Octobr.

An beiden sind die Siegel abgerissen.

Digitized by Google

guntine | ſedis conſtitutus Recognoſcimus quod conſtitutis in nostra preſencia ... sindico ſeu procuratore monaſterii Ebirbacenſis ex | una et Katherina begina filia Wernheri dicti Ring armigeri de Alzeia ex parte altera recognouit ſponte et publice eſt confeſſa coram nobis ipsi monaſterio ob remedium anime ſue et ſuorum progenitorum necnon pure et ſimpliciter propter deum decem maldra ſiliginis et maldrum auene Wormaciensis menſure annue et perpetue penſionis que eadem Katherina in villa heymerſheim habere et poſſidere dinoſcitur ſuper certis bonis ibidem ſitis ac omnia alia bona ſua mobilia et immobilia, cenſus, penſiones, hereditates, deuoluciones ac res ſuas alias et bona qnaſcumque quas in preſenciarum tempore poſſidet vel in futurum, et que ad eandem Katherinam deuolui poterunt ſeu pertinere qualitercumque quocumque nomine cenſeantur, necnon ſe ipsam corporaliter donacione inter viuos donauiſſe perpetuo et tradidiſſe, dans et preſtans fidem loco juramenti dictam Katherinam firmiter promittendo quod contra prefatas donacionem et traditionem ſui et ſuorum arte vel ingenio nunquam veniat vel preſumat aliqualiter contrauenire. In quorum recognicionis et confeſſionis teſtimonium partibus predictis et monaſterio ſupradicto has literas nostro sigillo communitas tradidimus ſuper eo. Datum anno dni et actum Milleſimo Trecent. sextodecimo In octaua Epiphanie.

Das anhangende Siegel ist stark beschädigt.

Digitized by Google

726. Peter, Erzbischof von Mainz, bescheinigt dem Kl. Eberbach den Empfang einer Abschlagzahlung auf sein Darlehen.

1316, *Febr. 13.*

Orig. Urk. im K. Staatsarchiv zu Idstein.

Nos Petrus dei gracia ſce Mogontine ſedis Archiepiſcopus ſacri Imp. per Germaniam Archicancell. | Recognoscimus quod honorabilis et Religioſus vir Wilhelmus Abbas monaſterii in Ebirbach | Cyſterc. ordinis, deuotus noster dilectus nobis centum libras groſſorum Thuronensium quas ei pro vtilitate dicti monaſterii ſui mutuauimus, perſoluit in pecunia numerata uſque ad quadraginta et triginta quatuor libras Hallenſium in quibus ipſe et predictum ſuum monasterium adhuc nobis remanent obligati. Super quo ipsis preſentes literas dedimus sigilli nostri munimine roboratas. Datum Anno dni. M°. CCC°. sexto-decimo. Idus Februarii.

Von dem Siegel des Ausstellers hängt noch ein Bruchstück an.

727. Ein Vermächtniss des Ritters Joh. Hartfust von Cöln über Gefälle bei Kederche.

1316, *April 4.*

Orig. Urk. im K. Staatsarchiv zu Idstein.

Nos frater Wilhelmus dictus abbas totusque conuentus monaſterii Ebirbacenſis ordinis Cyſterc. Moguntine | dyoceſis ad vniuerſorum noticiam cupimus peruenire quod duodecim marcis bonorum denariorum tribus hallenſibus pro denario | quolibet computatis nobis et noſtro monaſterio aſſignatis per manufideles honeſti viri Johannis dicti Hartfuſt | militis ciuis colon. felicis memorie com-

Digitized by Google

parauimus redditus vnius marce perpetuos in dicti Johannis ac ſuorum progenitorum remedium animarum quos in Anniuerſario ſepedicti Johannis ideſt in vigilia beati Martini epiſcopi noſtro conuentui pro pitancia miniſtrabimus fideliter et ex toto, bona vero de quibus predicta marca nobis et nostro monaſterio Cunradus dictus frater plebani de Kederche ſoluit iu eadem villa Kederche ſunt ſita et plenius ſubnotantur. Primo .II. iugera vinearum of me altwigis. It. .II. iugera vinearum in Santgrubin. It. V. quartalia zu den setzelingin. It. vnum iugerum agri amme ufgenden ſtucke. It. vnum iugerum ſitum iuxta predictum agrum. It. dimidium iugerum zů Lindenſtůke. It. dimidium iugerum agri ſitum ultra viam qua itur Ebirbach. It. vnum quartale zu Reyne. It. due particule in Grüpenbach ſite. It. area ſita in villa predicta iuxta Gertrudun dictam Wiſen. In cuius rei teſtimonium preſentes literas ſigillo noſtro tradimus communitas. Datum anno dni M°. CCC°. XVI°. ipſo die palmarum.

Das am Pergamentstreifen anhangende Siegel des Abtes ist bis auf ein Stückchen weggebrochen.

---

728. Elyzabeth Sichestebin verkauft ihren Weinberg bei Cube.

1316, *Juli 8.*

Orig. Urk. im K. Staatsarchiv zu Idstein.

Vniuerſis presentes literas viſuris et audituris Ego Elyzabeth dicta sicheftebin opida|na in Cube notum facio publice recognoſcens quod ſana mentisque mee compos ven|didi et in hiis ſcriptis vendo iuſte vendicionis titulo Diſcrete perſone Agneti ſorori The-|

odorici dicti vende ſuisque heredibus vineam meam ſitam ůf deme Manewerke conterminatam vinee honeſti viri dni Gerlaci dicti grans militis de qua quidem vinea Eidem agneti prius dedi vnam marcam annui cenſus perpetue habendam et poſſidendam pro octo marcis denariorum bonorum tribus hallenſibus pro denario quolibet numeratis mihi ab eadem agnete integraliter numeratis, traditis et ſolutis dictamque vineam in manus Theodorici vende predicti nomine Agnetis ſororis ſue memorate libere reſignaui et in hiis ſcriptis reſigno cum omnibus ſollempnitatibus ad hoc debitis et conſuetis, promittens ſepedicte Agneti de huiusmodi vinea per annum et diem warandiam facere debitam et conſuẽtam. Et nichilominus renuncio per preſentes pure ac ſimpliciter omni juri quod mihi in dicta vinea competebat ſeu competere poterat quoquam modo Omnibus exceptionibus et defenſionibus vtriuſque juris ciuilis ſeu canonici excluſis penitus in premiſſis. In quorum omnium teſtimonium et robur perpetuum commune sigillum .. scabinorum in Cube ad peticionem meam preſentibus est appenſum. Nos quoque scabini in Cuba iamdicti profitemur sigillum nostrum ad preces Elyzabeth ſupradicte preſentibus appendiſſe in teſtimonium premiſſorum. Datum et actum Kyliani et ſociorum eiuſ martirum anno dni M°. CCC°. XVI°.

Das gleiche Siegel, wie oben, (N: 723) von braunem Wachs, hängt wohlerhalten an.

---

729. Johann von Cronenberg, Edelknecht, stellt seine Gewaltthätigkeiten gegen das Kl. Eberbach ein.

1316, Juli 10.

Orig. Urk. im K. Staatsarchiv zu Idstein.

Vniuerſis preſencium inſpectoribus Ego H. burgrauius

Digitized by Google

de Starkenberg cupio fore notum quod Johannes| de Cronenberg armiger, religiosos viros... Abbatem et Conuentum monasterii Ebirbacensis necnon ipsorum bona | minus iu te, immo penitus contra justiciam impugnat hostiliter, prout in multis diebus placiti iam patuit declaratum, coram pluribus fide dignis sepius ego ipse pro eisdem Religiosis omnem iusticiam et iusticie ordinem exhibui sicut et exhibuere quam plurimi fautores eorundem in presencia nobilium burgensium consanguineorum predicti Johannis seu aliorum quorumcunque proborum integraliter faciendam que omnia pènitus recusauit. Datum anno dni M⁰. CCC⁰. XVI⁰. In die septem fratrum martirum beatorum.

Am Pergamentstreifen hängt ein Bruchstück, die obere Hälfte des dreieckigen Siegels, (im Felde zwei aufrechtstehende gebogene Sparren) Umschr. ✝ S *(hei)* MR.....IRSHEIM.

730. Friederich von Bygen, Ritter, spricht das Kl. Eberbach frei von allen auf seinem Lehensgut bei Dotzheim ruhenden Abgaben und Lasten.

1316, *Juli 31.*

Orig. Urk. im K. Staatsarchiv zu Idstein.

Judices sce Moguntine Sedis. Recognoscimus per presentes quod constitutis in nostra presencia procuratore monasterii Ebirbacensis | nomine procuratorio et pro ipsis ex parte vna et Friderico dicto de Bygen milite domino ex causa feodi ville Dotzheim ex parte | altera. Idem Fridericus suo tutorio siue curatoris Hermanni filii sui minoris ac aliorum heredum suorum nomine recognouit et publice fuit in jure confessus quod omnia bona

Digitized by Google

dicti Monaſterii mobilia et immobilia preſencia sita in villa Dotzheim et terminis eiuſdem ſub diſtrictu et iuriſdictione domini eiuſdem Friderici, ab omni exactione talliis, Stûris ſeu precariis ab eodem Friderico ſeu ſuis heredibus ac personis aliis quibuſcunque ſunt et debent eſſe immunia, libera et ſoluta et nichil ſibi ſuisque heredibus ſucceſſoribus prefatis de dictis bonis ſeruicii exactionis ſeu tallie nomine hactenus vel inantea dari vel tradi debere, renuncians nichilominus pro ſe ac dictorum ſuorum heredum ac ſucceſſorum nomine omni exactioni tallie et precarie ac ſeruicio nec non juri exactionis ſi quod ſibi ac dictis heredibus ſuis in dicta villa competiit in bonis ſupradictis, Inquilinos et colonos dictorum bonorum qui pro tempore fuerint ſunt vel erunt, ſimiliter eodem iure et libertate et ad nulla ſeruicia teneri exactionalia ratione dictorum bonorum. Idem Fridericus nomine quo ſupra fuit et eſt confeſſus elegit quoque predictus Fridericus ſuo tutorio ſiue curatorio hermanni filii ſui predicti ac heredum ſuorum nomine ſponte et voluntarie, quod si ipse vel heredes ſui predicti inantea vel in futurum aliqua ſeruicia, exactiones, tallia, precarias ſiue sturas de predictis bonis Inquilinis vel colonis eorundem bonorum petierit vel exegerit vltra voluntatem monaſterii ſupradicti in ipſum et eius heredes ſeu ſucceſſores excommunicationis ſententiam ad dictorum .. abbatis et conuentus inſtantiam proferre debeamus omni iudiciorum ſtrepitu quieſcente. Actum anno dni M°. CCC°. XVI°. II. Kal. Auguſti.

An Schnur hängt wohlerhalten das Siegel des Gerichts: † S. IVDICVM SCE MOGVNTINE SEDIS; *nebst Rückſiegel:* † SECRETVM IVDICVM.

Digitized by Google

731. Die Gebrüder von Leyge, Edelleute von Lorch, schenken dem Kl. Eberbach alle ihre Besitzungen.

1316, *Aug. 24.*

Orig. Urk. im K. Staatsarchiv zu Idstein.

Nos Cunradus miles de Rudinsheim Renicowie vicedominus.. Sculthetus.. scabini.. milites et vniuerſitas | ville Lorche Recognoſcimus per preſentes et ad vniuerſorum tam preſentium quam futurorum noticiam cupimus | peruenire quod conſtituti in noſtra preſentia et in figura iudicii noſtri perſonaliter Cunradus, Johannes et Hertwi|nus nec non Ida ſoror eorundem fratrum de Lorche dicti de Leyge, armigeri, ſani tam mentium quam corporum ſuorum non coacti ſed vnanimi conſenſu et bona deliberatione prehibita ac ſpontanea voluntate iidem fratres videlicet Cunradus, Johannes et Hertwinus nec non Ida eorum soror, ſe omnia et ſingula bona ſua tam preſentia quam futura, acquiſita et in poſterum per ipſos acquirenda, tam etiam mobilia quam immobilia vbicunque locorum ſita, que dare et conferre poterant cuicumque volebant, prout coram nobis iudicatum ſententialiter fuerat et prolatum pure et ſimpliciter propter deum in ſalutem et remedium animarum ſuarum ac progenitorum ſuorum dederunt contulerunt et aſſignauerunt Venerabilibus ac Religioſis viris... Abbati et conuentui monaſterii Ebirbacensis ord. Cysterc. tenenda, habenda et in perpetuum poſſidenda, contradictione qualibet ſeu quorumlibet non obstante. Que quidem bona omnia et ſingula tam mobilia quam immobilia ac eciam preſencia quam futura ad inſtantiam et rogatum noſtrum et predictorum Germanorum predicti.. Abbas et conuentus prefatis fratribus Cunrado. Jo. et Hert. locauerunt et

Digitized by Google

conceſſerunt, locant et concedunt per preſentes iuſto locationis titulo poſſidenda quam diu vixerint, pro vna ama vini ſingulis annis memoratis.. Abbati et conuentui monaſterii Ebirbacenſis nomine cenſus in omnem euentum perſoluenda. In quorum omnium et ſingulorum premiſſorum teſtimonium et firmitatem perpetuam nos Cunradus vicedominus.. Sculthetus et Stephanus milites predicti noſtra nec non scabini vniuerſitatis noſtre sigilla ad petitionem predictorum.. abbatis et conuentus Monaſterii Ebirbacenſis et Cunradi. Jo. et Hert. fratrum preſentibus literis duximus appendenda. Actum et datum Anno M°. CCC°. XVI°. in feſto beati Bartholomei apoſtoli.

An Pergamentstreifen hängen ziemlich wohl erhalten die Siegel:

1. † S. CVNRADI DE RVDENSHEIM; *(Im Oberthell des Schildes der Turnierkragen, darunter die 6 (3, 2, 1) Lilien).*
2. ... HERMANI HOLKIN *(sc)*VLTHETE DE LORKE *(Schild mit Querbalken, darüber 7 (4, 3) Lilien, darunter 5 (3, 2) Lilien (in braunem Wachs).*
3. .... VNIV*(erst)*TATIS IN LORIC.. *(Im Kreis das Mainzer Rad mit 6 Speichen (in grünem Wachs).*
4. † S. STEPHANI MILITIS DE LORCHE. *(Schild mit Querbalken, darüber 3, darunter 3 (2, 1) dreitheilige Rosetten).*

---

732. Katherina von Katzenelenbogen, Witwe, bestätigt die Befreiung des kl. Eberbach von dem Rheinzoll bei S. Goar.

1316, *Nov. 5.*

Orig. Urk. im K. Staatsarchiv zu Idstein.*)

Nos Katherina Relicta quondam nobilis viri dni Dytheri comitis de Katzenellinbogin Recognoſcimus|

*) Die Urkunde ist zweimal vorhanden. Das Duplikat, von dessen Siegel nur noch ein Stückchen anhängt trägt das Datum vom 11. Nov.

Digitized by Google

per preſentes et ad vniuerſorum tam preſentium quam futurorum noticiam cupimus peruenire quod nos ob dei | ſueque genitricis Marie reuerenciam et honorem, gratiam et libertatem a pie memorie dno noſtro | Dythero predicto religioſis viris.. abbati et conuentui monaſterii in Ebirbach ord. Cyſt. Mogunt. dyoceſis conceſſas roborare confirmare et gratas tenere cupientes eiſdem religioſis.. Abbati et Conuentui ob grata deuocionis eorum merita et ſalutem anime memorati dni Dytheri indulſimus et preſentibus indulgemus quod tam fratres quam nuncii et naues prefati monaſterii nec non bona eorum alia qualiacunque ad ipsum monaſterium pertinentia que per Reni alueum aſcendere contigerit in theloneo nostro apud ſcm Goarem quamdiu idem theloneum noſtre perceptioni et ordinationi ſubiacere dinoſcitur, quoad partem nos contingentem, ſint a ſolutione thelonei et ab exactione qualibet abſoluti. Ita quod nobis procuratoribus.. officialibus, thelonearіis vel famulis nostris nichil penitus tribuant vel perſoluant. In cuius rei teſtimonium sigillum nostrum preſentibus literis duximus appendendum. Datum anno dni M°. CCC°. XVI°. Nonas Nouembris.

Das an Pergamentstreifen anhangende Damensiegel ist gut erhalten. Umschrift: † S. KATERIE. CLEVA. RELICTA CŌTIS. D. HESSELB. DNI. D'BRY.

---

733. Kaufbrief des Kl. Eberbach über die Güter der Hedwig von Nanninstul zu Bacharach.

1317, Febr. 22.

Orig. Urk. im K. Staatsarchiv zu Idstein.

Nos Wilhelmus prepositus montis ſce Marie aput Bopardiam, Johannes Ywani canonicus ecclesie

Bopardiensis, Hermannus de foſſato et Wigandus reinemduni milites de Bopardia teſtamentarii seu manufideles quondam dne Hedewi|gif de Nanninſtûl ad vniuerſorum noticiam volumus peruenire quod noc vendidimus et vendimus in hiis ſcriptis iuſte | venditionis titulo religiosis viris .. abbati et conuentui monaſterii Eberbacensis ord. Ciſterc. omnia bona immobilia sita in terminis ville Bacheracensis quocumque nomine aut titulo conſtant pro certa ſumma pecunie quam ab eiſdem religioſis nos recepiſſe confitemur in pecunia numerata nobis tradita et soluta et pro ſalute anime dicte Hedewigis penitus conuertiſſe prout in inſtrumento teſtamenti ipsius plenius continetur Renunciantes ſimpliciter et expreſſe omni juri si quod nobis in dictis bonis competere poterat et debebat. Promittimus etiam ipsis religioſis facere ut moris eſt warandiam debitam et conſuetam. In cuius rei teſtimonium prefatis .. abbati et conuentui Eberbacensi has literas tradidimus ſigillis nostri Wilhelmi prepositi et Johannis canonici predictorum vna cum sigillo execucionis ecclesie Bopardiensis quibus nos Hermannus et Wigandus predicti contenti ſumus firmiter roboratas. Datum a. dni Mill. CCC⁰. septimo decimo. feria quarta post dominicam qua cantatur Inuocauit.

Drei Siegel fehlen.

---

734. Heylmann, Priester zu Mainz, verkauft dem Kl. Eberbach seine Rheinaue bei Nieder-Ingelheim.

1317, Mai 3.

Orig. Urk. im K. Staatsarchiv zu Idstein.

Diſcretis viris ac honeſtis .. sculteto et scabinis in inferiori Ingelheim ac omnibus et | ſingulis quorum

Digitized by Google

intereſt vel intereſſe poterit .. Ego heylmannus preco eccleſie Sci Mauritii Ma|guntini notum facio preſentium continentia literarum quod vendidi iusto locationis titulo inſu|lam meam in terminis ville veſtre predicte ſitam religioſis viris dominis de Erbach. | Quare Criſtianum meum cognatum exhibitorem preſentium conſtitui ac conſtituo procuratorem meum et nuncium ſpecialem ad dictam inſulam reſingnandum meo nomine et vice ac alia omnia et ſingula facturus que circa reſignationem huius fuerint neceſſe ſecundum quod in veſtra villa eſt conſuetudinis et iuris cum tam propter diuerſa diſcrimina viarum quam etiam grauem mei corporis infirmitatem dicte reſingnationi perſonaliter non valeam intereſſe. Et hoc vobis ſub ſigillo meo proprio cupio fore nota. Datum anno dni M°. CCCXVII°. in die Inventionis ſce crucis.

Das kleine, kreisrunde Siegel ... HEIL. SEC. .... ist sehr abgeschliffen. Man erkennt den Ritter S. Mauritius, stehend, mit der Lanze in der Rechten, dem Schilde (mit dem Reichsadler) in der Linken.

---

735. Ludwig, Römischer König, erneuert die Privilegien seiner Vorfahren für das Kl. Eberbach.

1317, *Juni 19.*

Orig. Urk. im K. Staatsarchiv zu Idstein.

Ludowicus dei gracia Romanorum Rex semper Auguſtus Vniuerſis Sacri Romani Imperii fidelibus preſentes litteras inſpecturis gratiam ſuam et omne bonum. Venientes ad noſtre Maieſta|tis preſentiam Honorabiles et Religioſi viri Abbas. et Conuentus Monaſterii de Eberbach Cyſterc. ordinis Moguntine dyoceſis deuoti noſtri dilecti nobis humiliter ſupplicarunt vt Priuilegium per

diue | Recordationis Rudolfum Romanorum Regem ſibi conceſſum et per inclite memorie Heinricum Imperatorem et Albertum Regem Romanorum predeceſſores noſtros poſtmodum confirmatum innouare et confirmare de | benignitate Regia dignaremur. Cuius priuilegii tenor est talis. Rudolfus d. g. etc. ... a. dni Mill. Ducentesimo LXX°. terçio. Regni uero nostri anno primo. Nos igitur deuotis ſupplicationibus memorati abbatis et conuentus ad imitationem dictorum predeceſſorum noſtrorum fauorabiliter annuentes dictum Priuilegium et omnia in eo contenta Innouamus et preſentis ſcripti patrocinio confirmamus. In cuius innouationis et confirmationis noſtre teſtimonium preſentes litteras exinde conſcribi et Maieſtatis nostre sigillo iuſſimus communiri. Datum Bacheraci. XIII. Kalend. Julii. Indictione quinta decima. Anno dni Milleſimo trecenteſimo septimo decimo. Regni vero noſtri anno Tercio.

An roth seidener Schnur hängt das fast unversehrte Majestäts-Siegel: † LVDOWICVS. DEI. GRACIA. ROMANORVM. REX. SEMPER AVGVSTVS. *Ein Duplikat, mit obiger Urk. wörtlich gleichlautend, hat das fast ganz zerbrochene Siegel an einem Pergamentstreifen hängen.*

---

736. Ludwig, Römischer König, befreit das Kl. Eberbach von der Entrichtung seiner Rheinzölle zu Furstenberch, Bacharach und Chube.

—

***1317**, Juni 19.*

Orig. Urk. im K. Staatsarchiv zu Idstein.

Nos Ludovicus dei gracia Romanorum Rex ſemper Auguſtus notum facimus preſencium inſpectoribus vniuerſis. Quod in reme|dium anime noſtre et animarum progenitorum nostrorum Honorabilibus et religioſis viris

Digitized by Google

Abbati et conuentui Monaſterii in Eberbach Ciſtercienſis ordinis Mogunt. dyoc. paternis in hac parte veſtigiis inherentes hanc graciam fecimus ut Naues ſuo vino, frumento ſeu quibuscumque aliis victualibus onerate per diſtrictum nostrum apud Furſtenberch, Bacheracum et Chûbam deorſum et ſurſum in Reno ſine applicatione et conductus ſiue thelonei necnon denariorum qui volgariter Chnappenpfenninge dicuntur commeacione ſolute et libere perpetuo tranſuehantur. Ita tamen quod ipsi vel eorum fidedigni Nuncii predicta vinum, frumentum et victualia alia declarent ſub debito obediencie et ordinis vel iuramenti, ſi perſone religioſe non fuerint, de propriis crementis, redditibus ſeu prouentibus, agriculturis et vinetis et non per medium alium sibi et ſuo monaſterio attînere. Volumus etiam ut ſi predictum conductum ſeu theloneum apud Bacharam per obligacionem ſeu quemcumque medium alium vel alios tranſtulerimus predicto monaſterio Eberbacenſi huiuſmodi gratia ei per nos facta, rata et inconuulſa penitus conſeruetur. Dantes nostris officialibus et procuratoribus firmiter in mandatis ut prelibatis .. abbati et conuentui monaſterii Eberbacenſis eandem gratiam ipsis per nos factam ratam et illibatam conſeruent, ſicut nostram indignacionem voluerint euitare. In cuius rei teſtimonium preſentes litteras conſcribi et sigillo maieſtatis noſtre iuſſimus communiri. Datum Bacheraci XIII°. Kal. Julii. Anno dni Milleſimo Trecenteſimo Septimo decimo. Regni vero noſtri anno Tercio.

An rother seidener Schnur hängt ein Bruchstück von dem Majestätssiegel ..... A. ROMANORUM RE ... *(unteres Drittheil.) Ein Duplikat der Urk. trägt das unversehrte Majestäts-Siegel;* † LVDOVICVS DEI GRACIA ROMANORVM REX SEMPER AVGVSTVS.

Digitized by Google

737. Papst Johannes XXII bestätigt die Inkorporation des Klosters Altmünster zu Mainz in den Cisterciensserorden und dessen Visitation durch den Abt von Eberbach.

—

1317, *Juli 2.*

Orig. Urk. im Grossh. G. Staatsarchiv zu Darmstadt.

Johannes epiſcopus ſeruus ſeruorum dei Dilectis in Christo filiabus Abbatiſſe et Conuentui Veteris Monaſterii Moguntinenſis | Ciſtercienſis ordinis Salutem et apoſtolicam benedictionem. Juſtis petentium deſiderijs dignum eſt Nos facilem prebere conſenſum et uota que | a rationis tramite non diſcordant, effectu proſequente complere. Sane petitio ueſtra nobis exhibita continebat quod dudum bone| memorie Siffredus Archiepiſcopus Moguntinus paupertati et quieti ueſtre, quam propter deum uoluntarie ſuſtinetis paterna uolens | ſolicitudine prouidere, de conſenſu Capituli generalis Ciſtercienſis vos et monaſterium ueſtrum auctoritate ordinaria Ciſtercienſi ordini | incorporauit connexit et uniuit, quodque poſt incorporationem et unionem huiuſmodi ſub habitu et profeſſione ordinis memorati | in poſſeſſione vel quaſi exemptionis et libertatis, quibus alia Monaſteria dicti ordinis potiuntur, per Septuaginta annos | et amplius extitiſtis pacifice et quiete, impenſo uobis a dilecto filio.. Abbate Monaſterii Euerbacenſis dicti | ordinis eiuſdem dioceſis, uiſitationis et correctionis officio a tempore incorporationis huiuſmodi iuxta ordinationem Archiepiſcopi| et Capituli predictorum quotiens extitit oportunum. Nos itaque ueſtris ſupplicationibus inclinati, quod ſuper hoc ab | eiſdem Archiepiſcopo et Capitulo prouide actum eſt ratum et gratum habentes illud auctoritate apoſtolica confirma|mus, et preſentis ſcripti patrocinio communimus. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtre

Digitized by Google

confir|mationis infringere uel ei auſu temerario contraire. Siquis autim hoc attemptare preſumpſerit indignationem| omnipotentis dei et beatorum Petri et Pauli apoſtolorum eius ſe nouerit incurſurum. Datum Auinionis VI Non. Juli pontificatus noſtri anni Secundo.

Das Bleisiegel mit der Inschrift: IOHANNES P. P. XXII *und dem Avers:* SPASPE *über den beiden Köpfen hängt an roth- und gelbseidenen Fäden.*

---

738. Pachtbrief des Kl. Eberbach über seine Weinberge zu Drechtingishusen.

1317, Aug. 1.

Orig. Urk. im K. Staatsarchiv zu Idstein.

Nos frater Wilhelmus Abbas et conuentus monaſterii in Eberbach ord. Cyſterc. Mogunt. dyoc. | Recognoſcimus per preſentes et ad vniuerſorum tam preſencium quam futurorum noticiam cupimus peruenire | quod vineas noſtras in Drehtingiſhuſin et eius terminis ſitas locauimus et conceſſimus perſonis inferius cum ſitu vinearum preſentibus plenius annotatis pro media parte vini in eiſdem creſcentis singulis annis ad torcular nostrum in Drechtingiſhuſin ſine dolo et fraude ſuis laboribus et expenſis preſentandi poſſidendas jure hereditario per hunc modum videlicet quod nullus ſubſcriptarum perſonarum vineas ſuas et ſibi locatas per nos in plures partes diuidat etc. etc. Hec ſunt perſone et ſitus vinearum eiſdem locatorum. Primo Geze filie dicte Geyling vna vinea zů Battenrod It. Cunrado dicto Schele quatuor vinee vna an der Rychinbach vna amme Ghenſeborne, vna amme Eychenebuſze vna of der Leyen It. vna Eckelmanno of der Leyen ſita. It. Petro

Digitized by Google

fratri ſuo vna an deme gehauwenſtucke. It. heynemanno dicto arbeydere due vinee vna retro ortum nostrum et vna anden Setzelingen. It. Heinrico dicto Beudekin vna andem Armbroſtucke. It. Gertrudi priuigne Lapicide due vinee vna amme Lindinberge et vna ander kaderecce. It. Mengoto vna ander kaderecce. It. Hannemanno odacker due vna andem veltwege et vna andem Borgwege. It. Arnoldo filio paſtoris tres vinee vna ander abicheyldin, ſecunda andem veltwege, tercia amme Snabilſtucke. It. Elizabeth quatuor vinee vna ammeSnabilſtucke, ſecundaandem Veltwege, tercia andem Burgwege quarta dicta Hûbeſtucke. It. Emerchoni dicto Gawe vna ander Abicheldin. It. Gerlaco kûſeler vna ander Redelucke It. Emerchoni Gheinheimere due vna of der Rychinbach et vna an deme Ghehauwenſtucke. It. Petro Morhart vna amme Cygilpade. It. Arnoldo dicto Oneynknecht due vinee vna of der Leygen et altera an der Richinbach. It. Geze relicte preconis due vna zů Gerin et altera ander abicheyldin. It. Arnoldo quatuor vinee vna amme floſze, ſecunda amme Ghenſeborne, tercia dicta daz Ghehawenſtucke, quarta ander Abicheyldin. It. Wenzoni dicto Sylinſchych vna zů Gerin. It. Bertholdo dicto Rode vna dicta daz Schafſtucke. It. Gertrudi relicte Herdeni vna ofder hube et vna ander Redelucke. In quorum omnium et ſingulorum teſtimonium ac euidentiam pleniorem preſentes literas sigilli nostri munimine tradidimus communitas. Actum et datum a. Dni. M°. CCC°. XVII°. Kal. Auguſti.

Das Siegel fehlt.

Digitized by Google

739. Testament Wernhers von Winterowe, Ritters.

***1317**, [Sept. 9.]*

Orig. Urk. im K. Staatsarchiv zu Idstein.

In nomine ſce et indiu. trin. Amen. Ego Wernherus miles de Winterowe, licet corporalis | aliquantulum deſtitutus viribus, compos tamen mentis mee | incertitudinem hore mortis preuenire cupiens teſtamentum meum preſentibus Religioſis viris fratribus Enffrido priore meo confeſſore et Syfrido dicto de Weſterburg monachis in Ebirbach necnon diſcreto viro dno Cunrado plebano in Heyſinſheim condo et ordino in hunc modum. Primo videlicet quod debita mea ſubnotata pueri | mei in hereditate mihi ſuccedentes ſecundum facultates mearum rerum perſoluant perſonis infraſcriptis | Primo duas marcas et vnum maldrum siliginis dno Cunrado plebano meo predicto. Item tres | ſolidos col. denar. ſeruo eiuſdem. Item duodecim libras hallens. pro panno Reynaldo dicto Minnere ciui Mogunt. | Item circa decem et octo marcas Cunrado dicto Beheimer ciui Mogunt. Item viginti duo | maldra siliginis Agneti et Elizabeth monialibus in Weydas de penſione trium maldrorum annis | ſingulis racione teſtamenti predictarum monialium matris deputata. Item duas marcas conuentui | in Weydas. Item duo maldra ſiliginis conuentui | in Weydas per quondam ... uxorem meam legata | perpetuo neglecta a tempore mortis uxoris mee predicte. Item omnia legata teſtamentaliter per Hildegard | quondam uxorem meam quorum literam frater Cunradus predicator de Bacheraco in Moguntia confeſſor | eius retinuit, ſunt minime perſoluta, ſed de bonis meis ſoluantur tempore ſuccedente. Item | minuta debita ſcita uel obliuioni tradita iuramento vel

Digitized by Google

alio modo verificationis declarata | heredibus meis proximis committo plenius perſoluenda. Item do et lego donatione legittima ſex | maldra ſilginis Mogunt. menſure duabus filiabus meis in Ibingin ſuper bona mea in Heyſinſheim taliter ut cum vna mortua fuerit, tria maldra, quando vero ſuperſtes reliqua tria maldra ad heredes meos integraliter reuertantur. Item .. filie mee in Engildal tantum ad dies vite ſue tria maldra ſiliginis preſentanda de bonis meis in Algiſheim. Item filie mee in Huſin tria maldra ſiliginis de bonis meis in Heyſinſheim que quidem tria maldra filia mea defuncta in remedium anime mee ac omnium progenitorum meorum apud dictum cenobium Huſin perpetuo remaneant contradictione heredum meorum qualibet non obſtante. Item do et lego irreuocabiliter vnum maldrum siliginis perpetui cenſus hoſpitali pauperum infirmorum in Moguntia de bonis meis in Algiſheim ſoluendum. Item ſeruo meo Cunemanno equum quem ipſe equitat, filiis meis eciam committo ut ipsum premoneant et ſecundum eorum diſcretionem aliquid addant. Item Hebele ancille mee vaccam meliorem. Item Alheydi ancille mee tunicam meam eſtiualem. Item Cunrado venatori meo albam tunicam. Item paruulo ſeruo meo. C. vnum ſubtunicale. Item do et lego immutabiliter dimidium jugerum vince quam nouiter emi .. plebano ecclesie in heyſinſheim qui pro tempore fuerit ut meum anniuerſarium annis ſingulis peragat, ac dominicis diebus mei memoriam habeat in mea parochia prenotata. Item recepi centum marcas a clementiſſimo dno Heinrico imperatore ut eadem pecunia compararem redditus decem marcarum vel bona mea propria comparata eiſdem redditibus perpetuo obligarem. et eoſdem.

Digitized by Google

X. marcarum redditus in feodum ab eo et ſuis heredibus legittimis in Lutzillenburg comitibus ego et mei heredes virilis ſexus reciperemus et teneremus ſecundum generalem feodalium conſuetudinem, pro quibus redditibus curiam meam dictam Sůmerowe perpetim obligo preſencium per tenorem. Item ſub eiſdem condicionibus recepi centum libras Hallens. a reuerendo dno... Archiepiscopo Colon. ut ab ipſo et ſuis ſucceſſoribus redditus X. librarum hallens. ego et mei heredes feodaliter tenemur pro quibus bona mea in Bielſtein non improuide duxi obliganda. Item filiis meis ſub periculo animarum ſuarum duxi ſtudioſius committendum quod pratum meum in Superiori Ingilnheim ſitum a fratre Honorabilis viri dni Syfridi de Solmiſſe canonici Moguntini ſi ſuis dominis oſtenderit veritatem, in feodum recipient quod ſi nequiuerit, a Rege Romanorum vel alio domino prout a ſapientibus informati fuerint recipiant quodlibet ſine mora. Inſuper omnia et ſingula premiſſa filiis meis ea fidelitate qua deo et mihi obligantur animam meam exonerando, paterne committo ipsis fidelem amicum meum dnm Cunradum plebanum meum in heyſinſheim necnon fratrem Ruker cognatum meum conuerſum in Ebirbach, aſſocio in hiis ſcriptis ut ipsorum conſilio et auxilio ſicut deo racionem reddituri fideliter exequantur In cuius rei teſtimonium sigillum diſcreti viri dni Cunradi plebani mei predicti ad preces meas preſentibus eſt appenſum. Actum et datum anno dni. M°. CCC°. XVII°. In cruſtino beate Marie virginis.

Das Siegel ist abgerissen.

740. Arnold Hauschilt, Priester zu Bacherach, schenkt dem Kl. Eberbach alle seine Habe.

1317, Oct. 17.

Orig. Urk. im K. Staatsarchiv zu Idstein.

Nos frater Wilhelmus abbas totusque conuentus monasterii in Ebirbach ord. Cysterc. Mogunt. diocesis Re| cognoscimus per presentes — quod honestus vir dns Arnoldus sacerdos de Bacheraco dictus Hauschilt pia deuotione ductus, sana mente et adeo forti corpore quod absque hominum releuamine ad judicium seculare in Bacheraco accessit et in presentia Craftonis scultheti.. dicti Heyden, Heinrici dicti Drade ac aliorum quorundam scabinorum nec non Johannis dicti de Silberberg, Petri dicti de husin sacerdotum et plurimorum fide dignorum concurrentibus omnibus sollempnitatibus necessariis et consuetis in eodem judicio omnia bona sua tam mobilia quam immobilia nobis et nostro monasterio dedit contulit et donauit donatione legitima inter viuos. hiis tamen condicionibus adiectis firmiter obseruandis primo videlicet quod a nobis et nostris successoribus.. abbatibus et senioribus conuentus nostri predicti vna persona in monachum altare sci Johannis Baptiste in ecclesia monasterii nostri constructum officiatura recipiatur vltra numerum personarum nobis ab ordine pretaxatum, heredes autem prefati Arnoldi sacerdotis de altaris collatione eiusmodi monachi receptione dum dictum altare vacare contigerit vllo tempore se intromittere non valebunt. Insuper prouentus bonorum — in communem vtilitatem nostri conuentus debeat expendi consilio seniorum domus nostre. Hec autem sunt bona nobis ad dotationem predicti altaris assignata videlicet

Digitized by Google

Curia ſua quam inhabitat in vallo Bacheracensi dicto Naweghe ſita. Item vinea in Woluiſheylden ſita. It. vinea inderabichelden. Item vinea in Bainbach juxta Renum. It. vinea in Rebengeriſhelden apud villam Naurod ſita. Si vero vna perſona ratione iſtorum bonorum prouentuum recepta non fuerit tempore oportuno vel prouentus dictorum bonorum in communem vtilitatem nostri conuentus vt predictum eſt deductis expenſis minime miniſtrantur extunc honorabiles viri canonici pingwensis ecclesie huiusmodi prouentus in pios vſus expendendos recipient donec talis defectus integraliter fuerit reformatus. Anniuerſarium etiam prenotati dni Arnoldi ac omnium progenitorum et benefactorum ipsius in noſtro monaſterio annis ſingulis ſecundum ordinis nostri conſuetudinem ſollempniter peragemus. Preterea bona prenotata antedicto Arnoldo iuſto locationis titulo annis ſingulis pro libra cere in purificationem b. Marie virginis ſoluenda quamuis in alio loco eiuſdem juriſdictionis et dominii tamen coram eiſdem .. scultheto et .. scabinis manu nostra propria ſolum ad dies ſue vite locauimus — post eius vero obitum Truda soror ipsius ſepedictam curiam noſtram inhabitabit diebus duntaxat quibus adUixerit abſque quolibet preiudicio poſſeſſionis proprietatis ac cuiuslibet nostri juris. Ceterum quedam bona preter annotata ſuperius nobis etiam per eundem Ar. ſacerdotem collata ad eius preces humiles predicte Trude ſorori ſue reſignauimus ac libere dedimus jure hereditario poſſidenda. Primo videlicet peciam vinee in Eygildele ſitam. It. peciam ofme velde ſitam. It. domum cum orto apud Dalburne. Inſuper coram eiſdem .. scultheto et .. scabinis omnia bona mobilia prefato Ar. ac dnis Johanni dicto zume Silbirberge et Petro dicto

Digitized by Google

de Hûſin ſacerdotibus ab ipso Ar. pro veris et legitimis manufidelibus electis tam in debitis cremento vini ac aliis rebus mobilibus quam domus ſue ſubſtancia reſignauimus dſſtribuenda penes ſue libitum voluntatis. In robur et euidentiam omnium premiſſorum sigillum nostrum preſentibus literis duximus appendendum. Actum et datum Anno dni. M°. CCC°. XVII°. In vigilia b. Luce ewangeliſte.

Von dem Siegel des Abtes in rothem Wachs hängt noch ein Stück an.

7141. Das Kloster Deingbach verkauft dem Kl. Eberbach Hof und Güter in Werstat.

1318, *April 9.*

Orig. Urk. im Gr. G. Staatsarchiv zu Darmstadt.

In nomine dni Amen. Quum ea que tractant homines in fuga temporis rapit obliuio, niſi vigeant voce teſtium| et teſtimonio litterarum, Hinc eſt quod nos soror Mecthildis dicta abbatiſſa totusque Conuentus in Deing|bach Cyſt. ordinis Mogunt. dyoc. notum eſſe cupimus vniuerſis preſentibus et futuris ad quorum notitiam preſens | ſcriptum peruenerit. Quod nos prouida deliberacione prehabita et voluntate concordi ad alleuitandum in parte et minuendum noſtri monaſterii predicti onera debitorum, a noſtris anteceſſoribus contractorum, quibus ad preſens existimns multipliciter aggrauate, nec non imminentibus et dampnabilibus periculis per varios euentus ingruentibus maturius obuiare volentes. vendidimus et tradidimus vendimus et tradimus in preſentibus juſto vendicionis titulo venerabilibus ac religioſis viris nobis in Chriſto kariſſimis domino.. abbatj et Conuentuj Ebirbacenſi,

Digitized by Google

dyoceſis et ordinis noſtri predicti, Curiam noſtram ſitam in villa Werſtat. cum ſuis attinentiis videlicet agris, vineis, pratis, communicatibus, prout ſe limitant et extendunt in marcha ville iam dicte. Expreſſius tamen nominantes octoginta tria cum dimidio jugera in terra arabili, vineis et pratis, cum redditibus, cenſibus, ſeu aliis prouentibus quibuscunque quocunque nomine cenſeantur, pro vere propriis, quod volgariter dicitur eyginne morginne, hoc eſt ab omni cenſu libera penitus et ſoluta, ſicut ipſa antedicta bona noſtra uſque in preſens ſecundum teſtimonium Sculteti et Scabinorum ville memorate, poſſedimus pacifice et quiete, Pro trecentum nonaginta nouem libris hall. bonorum et legalium nobis ante confectionem preſencium litterarum ſolutis, numeratis, traditis et aſſignatis. Ipſam quoque pecuniam in preſentibus recognoſcimus ad ſolucionem probabilem debitorum prefati noſtri monaſterii magis vrgencium integraliter et fideliter erogaſſe. Preterea renunciamus exceptioni non celebrati contractus, pecunie non numerate, non tradite, non ſolute, ac omni juri nobis ac noſtro monaſterio in dictis bonis et ſuis attinentiis quocunque titulo competenti, et tranſferimus in ſupradictos venerabiles viros religioſos et eorum ſucceſſores, quidquid juris ac vſus in prefatis bonis et ipſorum pertinenciis uſque in hodiernum diem pacifice et quiete habere dinoſcebamur, volentes et conſencientes ſimpliciter et pure Quod iidem Religioſi et eorum ſucceſſores ex nunc poſſeſſionem ſepedictorum bonorum, jurium ſeu pertinenciarum piarum, ſine contradictione qualibet apprehendant jure hereditario perpetuo poſſidendam. Promittimus etiam bona fide corporaliter preſtita loco et nomine juramenti, omni fraude, dolo, impeticione dominorum ſpiritualium, quorum juriſdictioni ſubiacemus

Digitized by Google

de medio ſublatis, ſuper eiſdem prefatis bonis ipſis viris religioſis prelibatis prestare warandiam debitam et conſuetam. Et quod contra predictam vendicionem ſeu poſſeſſionis tranſlationem, quam ſimpliciter et libere fecimus et facimus aliqua arte vel artis ingenio ſub quocunque acquiſito colore per nos vel per alium, aut alios vllatenus veniemus verbo vel facto, nec litem inferemus, aut inferre volentibus conſenciemus quouismodo. Insuper renunciamus beneficio reſtitucionis in integrum ac illi juri quo dicere poſſemus nos eſſe deceptas in prefata vendicione vltra medietatem iuſti precii vel id quod deeſt de iuſto precio ſuppleri. et omnibus exceptionibus ac defenſionibus tam iuris quam facti, Nec non Epiſtole diui Adriani, omnique juris beneficio canonici vel ciuilis, per que memoratum factum ſeu contractum poſſemus recindere vel ei aliqualiter contraire. specialiter renunciantes Conſtitucionibus, Priuilegiis, Epiſtolis, Litteris et graciis impetratis vel impetrandis aut indulgenciis quibuscunque conceſſis, aut concedendis, que nobis ac noſtro monaſterio ſupradicto prodeſſe poſſent et eiſdem religioſis aut eorum ſucceſſoribus pretaxatis obeſſe contra firmitatem et permanenciam omnium premiſſorum. Facta eſt hec vendicio et bonorum prefinitorum in foro Judicii ville ſepedicte reſignacio preſentibus viris honorabilibus et diſcretis tam religioſis quam ſecularibus videlicet Jo. plebano et paſtore ville Werſtat. Iacobo Cellarario. Ludwico Syndico et Henrico confeſſore ipſarum monialium monachis Eberbacenſibus. dno Ottone dicto vlmere diſpenſatore et Wolframo Conuerſo dictarum dominarum. Th. armigero de Beckilenheym. Bertholfo Sculteto dnorum de Lewinſtein et Sculteto ringrauii cognomento haberere et H. dicto Wllere,

Digitized by Google

Wenzone dicto gůtfleger, Cvnrado Lewinſteinre, Wernhero of me Waſen. Jacobo mezzellere et conmanno dicto Spede Scabinis ville ſupradicte ac aliis quampluribus fide dignis ſuper hec in teſtimonium conuocatis. Vt autem omnia premiſſa firmitatis perpetue robur obtineant preſentem paginam ipſis religioſis viris et eorum ſucceſſoribus ſepe memoratis Sigillo noſtro, dedi mus roboratam. Actum et datum anno domini M°. CCC°. XVIII° feria quarta ante dominicam qua cantatur Judica in paſſione dni.

Das wohlerhaltene Siegel von gelbem Wachs hat die Umschrift:
† S. ABBATISSE. RIWLI. SCE. MARIE.

---

742. Johann von Seyne, Burgmann zu Lympurg, und Alheit seine Frau, verkaufen ihre bei Else gelegenen Güter.

1318, *Mai 22.*

Orig. Urk. im K. Staatsarchiv zu Idstein.

Allen den die dyſin genvortegin brif vmmir me geſihint odir horint leſin dun kůnt ich Johan von Seyne burchman zu Lympurg vnde | Alheit min eeliche wirtin daz wir bit gesammdir hant rechte vnde redeliche han virkauft bit gehengniſſe allir vnſir gean erbin vnde | virkeufin an diſme genwortegin bribe ledekliche vnd zu eygentlichme rechte deme erſamin manne Hern Hertwinc van Gunfrode deme ſcholemeyſter zu Lympurg vnde ſynin erbin odir wen he zu erbin dar zu kuſit vmme ſechzich marc gudir penninge dri haller vur ie din penninch gezalt di he vns bezalt vnde gewert hait alle vnſe guit daz wir hain zu Elſe an dorfe odir an velde iz ſi an Eckerin an wiſin an weyde an Holze an waſzern an gartin an buwe an hobeſtedin an zinſin odir wi

Digitized by Google

daz guit gelegin ſi bit allim deme rechte daz dar zu horit wi daz genant ſi. Daz deſelbe Scholemeiſter vnde ſin erbin odir wen he zu erbin dar zu kuſit, daz vůrſprochene gut eweliche ſullint beſitzin vnd da myde ſchaffin als bit irme eygenin gude alliz daz ir wille iſt, wir han auch ieme zu elfe deme dorf diz guit vf gedran vnd dar vf virzigin bit halme vnde bit munde vnde gelobin ieme rechte werſchaf iar vnd dach zu důne, wie wir des nit in dedin darvur han wir ieme geſaſt zu burgin alſe burginrecht iſt Hern Petir van lympurg, Hern Johan van Brunſberg ritter, Rudegere van ofheym vnd Dilman van Staffele, wanne ſi gemanit werdint, daz ſi ieme in eynre erber herbůrge zu lympurg leyſtin ſullint alſe lange bit ieme di werſchaf ſi geſchien: wir gelobin auch diſin kauf eweliche ſtede vnde veſte zu haldene vnde numir dar widir zu důne bit wortin odir bit werkin noch bit keyner argir liſte. Vnde zu eyme vrkunde vnd zu eynre ewegin ſtedekeyde dirre vůrſchribene dinge ſo hat de' edelė man vnſe Here Gerlache dir Herre zu lympurg ſin Ingeſigel durch vnſe bede an dyſen genwortegin brif gehangin vnd des bekennin wir vůrgenannte Herre von lympurg vns daz wir důrch bede Johannis fan Seyne vnde ſinre wirtin vurgenant han vnſe Ingeſigil zu eyme vrkunde an dyſin genwortegin brif gehangin. Diz dinc iſt geſchien vnd dirre brif iſt gegebin do man zalte van godis gebůrte druzen hůndirt iar imme echzindin Jare dis mandagis vur ſente vrbanis dage.

An Pergamentstreifen hängt wohlerhalten das Rittersiegel:
† SIGILLVM(g)ERLACI DOMINI DE LYMPVRCH.

743. Emmerich und Wilhelm von Lewinstheyn verzichten auf alle Forderungen an dem Gute des Kl. Eberbach zu Werstat.

—

1318, *Mai 25.*

Orig. Urk. im Gr. G. Staatsarchiv zu Darmstadt.

Wir Emmerich eyn ritter vnde Wilhelm min bruder von Lewinſtheyn. Důn kůnt allin | den die dieſen gegenwortegen brieſ aneſehent odir horint leſen. Daz wir mit vnſer | beyder willen gůtliche vorzihen vf alle die vorderunge die wir hattin vf daz gůt zv Werſtat daz die vrowen von Deynbach hant vor kauft den Herren von erbach. alſo daz wir die vorgenanten vrauwin von Deynbach an dem vorgenanten gude nummer me wollen ge hinderen. Vnd daz diz ſtede vnde ganz vorlibe, Dar vmme ſo han wir Hern Wolframen vnſen neven gebeden daz er vns ſin ingeſigel zv eym vrkvnde hat gehangen an dieſen gegenwortegen brief. Wanne wir keyn eygen ingeſigel enhan. Diz geſchach do man zalte von criſtes geborte. duſent iar vnd druhvndert iar in dem achzehenſten iare an ſante vrbanes dage.

Das Siegel Wolframs (ein gekrönter Löwe) hängt wenig beschädigt an. † S. W ..... MI DE LEWENSTEINM..

---

744. Die Abtei Sigeberg genehmigt einen Tausch von Gütern zu Hircenowe zwischen dem dortigen Propst und dem Kl. Eberbach.

—

1318, *Juni 3.*

Orig. Urk. im K. Staatsarchiv zu Idstein.

Nos Theodericus dei gracia abbas totusquc conuentus monasterii Sibergensis ord. ſci benedicti Colon.

Digitized by Google

dyoceſis ad vniuerſorum noticiam volumus | peruenire et preſentibus publice recognoſcimus et fatemur Quod cum dilectus nobis in Chriſto Georgius prepoſitus celle nostre in | hircenoia Treverensis dyoc. Cum religiosis viris.. abbate et conuentu monaſterii Eberbacensis ord. Ciſterc. Mogunt. dyoceſis | quandam permutacionem ſeu concambium fecerunt nomine monaſterii nostri predicti et dicti Religioſi nomine monaſterii ſui antedicti quorundam bonorum subſcriptorum ſanctione pragmatica precedente et conſiderata vtilitate monaſterii vtriuſque videlicet permutando ſeu cambiendo duas vineas ad dictam cellam nostram hircenoiam spectantes quarum vna sita eſt in loco qui vulgariter dicitur hůrppinkelre, alia ex oppoſito ville Saltege juxta vineam hartmůdi militis que kegele vulgariter appellatur et tranſferendo dictas vineas ad relig. viros predictos Ipſique abbas et conuentus eberbacenses pro vineis enarratis permutauerint seu permutando tranſtulerint ad dictam cellam nostram hircenowe omnia bona ipsorum sita in terminis ville ovirkeſtere que iidem Religioſi conparauerunt pro Nantwico de Keſtere opidano Weſaliensi, videlicet domos, agros, prata ac alia omnia et singula quocumque nomine cenſeantur quorum bonorum medietatem Methildis dicta kulin opidana Bopardiensis dinoſcitur poſſidere et eſt confinis eorumdem. It. vnam marcam perpetui cenſus quam ſoluit annis ſingulis Nenkele de keſtere in feſto Natiuitatis dominice de tribus vineis quarum vna sita eſt in Lutbinroth, relique due in loco qui in leye vulgariter nuncupatur, et domum ſitam in ovirkeſtere necnon agros ſeu terras arabiles ſitos in pertinenciis dicte ville ouirkeſtere, que olim fuerunt Nenkelonis antedicti Nos conſiderata vtilitate euidenti Monasterii

Digitized by Google

nostri predicti dictas pronunciacionem tranſlacionem et concambium prout rite eſſe facte et legitime dinoſcuntur, pari voluntate et vnanimi conſenſu ratas et gratas habentes et eaſdem approbantes tenore preſencium confirmamus, volentes ipſas habere perpetui roboris firmitatem, permittimus inſuper bona fide religioſis antedictis ipsis de dictis vineis ad eoſdem tranſlatis ut moris eſt warandiam facere debitam et conſuetam ipſosque ab omni homine auctorizare defendere et legitime diſbrigare. Harum teſtimonio literarum sigillis nostris videlicet .. abbatis et conuentus Sibergensis predictorum firmiter munitarum. Actum et datum anno dni Mill. CCC⁰. decimo octavo. sabbato poſt aſcenſionem eiuſdem.

An Pergamentstreifen hängen zerbrochen die Siegel des Abtes und des Convents von Sigberg.

1. .. (th)EODERICIDIG(r)AT (ia.)

2. .... (sigeber)GENSIVM.

---

745. Methildis von Spele, Begine zu Bopard, vermacht dem Kl. Eberbach alle ihre Güter.

1318, *Juni 8.*

Orig. Urk. im K. Staatsarchiv zu Idstein.

In nomine ſce et ind. trinitatis. amen. Quoniam opus dei et hominum tunc rite proſequitur cum ra|cione ſwadente iuſticie rectitudo de beneficiis et ſummo deo bonorum largitione omnium conceſſis in | erogacione pia erga eos qui deuote pro vita eterna necnon ſuorum benefactorum remedio animarum ipsi fa|mulantur tamquam pondus diei et eſtus ſepius laſſis corporibus indefeſſis ſpiritibus portantes ſinceriter | et fideliter conſeruatur. Hinc igitur nouerint vniuerſi preſentes et futuri quod

Digitized by Google

ego Methildis begina opidana Bopardiensis. dicta de Speie diuinitus inſpirata Minthe matertere mee bone memorie ac aliorum parentum meorum votiuis informata monitis necnon ſingulariter et preciſe proprio motu ſpontaneaque voluntate ſana mente et corpore composque mei exiſtens — ne inteſtata decederem — in vltima et irreuocabili voluntate mea condo et ordino viua voce et ſcriptis legitimum teſtamentum meum perpetim duraturum ſecundum formam et modum ſubnotatum. Primo videlicet — dono donacione legitima inter viuos ſcilicet in figura judicii ſecularis Bopardie et Oſtirſpeye — religioſis viris .. abbati et monaſterio Ebirbacenſi — omnia bona mea immobilia quocunque ſorciantur nomine vel quibuſcunque ſituentur locis — vt dicti .. abbas et conuentus eadem bona cum omnibus juribus — exnunc proprietatis tytulo poſſideant teneantque condicionibus hiis adiectis primo videlicet vt curiam cum orto quam iam inhabito deinceps pro vna libra cere a monaſterio predicto michi in eodem judicio locatam eidem monaſterio annuatim in ſignum veri dominii et proprie poſſeſſionis in purificatione beate Marie virginis ſoluenda diebus quibus aduixero inhabitem ſeu inhabitare potero et valebo. Post meam vero mortem dicta curia cum ſuis edificiis ad predictum monaſterium — libere reuertatur. It. racione eorundem bonorum prefati .. abbas et conuentus Ebirbacensis mihi annis ſingulis quamdiu uixero infra aſſumpcionis et Natiuitatis beate Marie virg. duo feſta viginti. maldra ſiliginis et decem maltra tritici Moguntine menſure et in vindemia dimidiam carratam vini franci et dimidiam carratam hunici melioris crementi vinearum per me Methildim dicto monaſterio donatarum et in feſto Natiuitatis dni viginti marcas bone monete, tribus hallen-

Digitized by Google

ſibus pro quouis denario computandis vel alterius equiualentis monete que pro tempore vſualiter currit Bopardie. Necnon duo pirorum, totidem pomorum maldra et totidem modios id eſt ſummere nucum preſentabunt — in ciuitatem Moguntinam vel Confluentinam aut infra eaſdem ciuitates ad locum quemcunque apud Renum elegero ipsorum periculis laboribus et expenſis. Si vero ſepedicti .. abbas et conuentus in ſolucione huiusmodi penſionis mee negligentes quod abſit fuerint vel remiſſi, ego Methildis predicta velut ad vera ſubpignora reſpectum habebo ſuper omni defectu dicte penſionis ad omnia bona que dicto monaſterio contuli nichilominus et ad vineam eiuſdem monaſterii dictam zu den lucheren ſitam in hammone. Preterea poſt mortem meam penſio mihi debita in vino blado pecunia piris pomis et nucibus vna cum nonaginta nouem libris hallensium quas Mintha matertera mea dicto monaſterio in ceteris debitis legauit perpetuis temporibus cedet — ad dotationem duorum altarium vnius videlicet Bopardie in noua curia Eberbacenſi conſtruendum, alterius in monaſterio Eberbacenſi ſcilicet ſce trinitatis iam conſtructi ſub hac forma videlicet vt duo monachi ſacerdotes ſucceſſiue ſecundum timorem dei et proprias conſcientias dicta altaria officiantes eiusdem penſionis cauſa vltra numerum perſonarum ſepedicti monaſterii ab ordine taxatarum perpetim habeantur. quibus prebenda ſufficiens in vino blado et pecunia ac aliis neceſſariis honeſte ſecundum decentem monachorum ſtatum prouidebitur maturo conſilio amicorum meorum videlicet religioſorum virorum Enffridi prioris, Jacobi de Heyere cellerarii monachorum dicti monaſterii, dni Enffridi canonici ecclesie Bopardiensis, Cunradi dicti volpes et Petri dicti kolbe ſcabinorum ibidem ad

Digitized by Google

ordinacionem et prouiſionem huiusmodi electorum Reſiduum vero de predicta penſione et de debitis Minthe matertere mee prefatis amicorum meorum antedictorum diſpoſicione ordinacione et conſilio anniuerſarium meum Methildis aue mee Alberti auunculi mei, Minthe matertere mee ac omnium progenitorum meorum in ſepedicto monasterio cum miſſis vigiliis et oracionibus penes Cyſterciensis ordinis conſwetudinem annis ſingulis vna cum pleno ſeruicio bonorum piſcium, panis triticii, vini franci ipso die anniuerſarii ſub penis et obligacionibus ab amicis meis ſuper hoc electis et ſtatutis predicto monaſterio ac inflictis quolibet ſine dolo die qua decreuerint ſollempniter peragetur, completis autem premiſſis omnibus quicquid vel totum quod ſupererit a feſto Penthecoſtes quoad vſque durauerit et ſuffecerit in ouis vel aliis pitanciis conſimilibus ad meliorationem prebende refectorialis ab officialibus dicti monaſterii [1]) ad hoc deputatis fideliter miniſtrabitur ſub penis et cautelis [2]) conſilio amicorum meorum predictorum appoſitis [2]) perpetualiter et firmiter obſeruandis. It. ſepedicti .. abbas et conuentus de Ebirbach post mortem meam fratribus Alberto et Heinrico predicatoribus ſi ſuperſtites fuerint duas marcas denariorum colon. cuilibet vnam marcam quamdiu vixerint in feſto b. Martini hyemalis anno quolibet miniſtrabunt Inſuper ortum et domum in villa oſterſpeye iuxta eccleſiam ſitos et bona mea in villa Eſchebach ſita ab iſta donacione excepi et excipio eadem amicis meis predictis committo vt ipsa in mei ac omnium progenitorum meorum animarum remedium locis et perſonis ſecundum ſuas conſcientias diſ-

---

[1]) Eine spätere Urk. desselben Betreffs vom J. 1329 (s. unten) fügt hier hinzu: pro tempove, [2]) abamicis predicte M. ſupranotatisappoſitis.

Digitized by Google

tribuant et ordinent ſalutare. It. excepi et excipio vineam meam ex oppoſito ciuitatis Bopardie ſitam quam poſſum vendere legare cuicumque et quandocunque voluero vel etiam alienare ſicut et molendinum meum pendens in Reno. ac omnia bona mea mobilia iam habita in poſterum et habenda. cum cremento et fructu vinearum et arborum anni preſentis obuenientibus in bonis per me Methildim predictam monaſterio Eberbacensi collatis. que mobilia poſſum commutare et ordinare ſecundum mee libitum voluntatis. Acta ſunt hec anno dni M⁰. CCC⁰. XVIII⁰. feria quinta proxima ante feſtum Penthocoſtes que fuit VI⁰. Id. Junii in vico publico coram Anſhelmo viceſcultheto dicto piſcis, dno Enffrido notario ciuitatis, Cunone inter Judeos et Gerlaco Craftonis[3]) armigeris, Wilkino de Ouerſburc,[4]) Symone de Rufo[5]) leone, Cunrado dicto fůs[6]) Petro dicto kolbe. Hellone, Rulmanno de Simelario[7]) et Johanne nepote Ottonis scabinis Bopardie et quam pluribus aliis clericis et ſecularibus fidedignis, preſentibus eciam religioſis viris Enffrido priore Jacobo de Heyere cellerario et Thilmanno monacho Ebirbacensi, ſepedicta bona ſecundum conſwetudinem et juris ordinem per predictam Methildim in manum viceſchultheti, abſente ipso scultheto porrecta ac de eius manu eadem bona iidem monachi nomine et loco ſui monaſterii ſollempniter receperunt. In omnium premiſſorum tam actorum quam agendorum profeſſionem et recognitionem veritatis ego Methildis predicta vna cum abbate et monaſterio Ebirbacensi rogo ſuppliciter dnos Heinricum militem

---

[3]) Die spätere Urk. hat G. dicto Craft, [4]) obirſburg, [5]) Ruffo, [6]) Vos [7]) Symilario.

Digitized by Google

dictum Bauwarum ſculthetum et Enſfridum Canonicum et notarium opidi Bopardiensis vt ſua ſigilla huic inſtrumento apponant in teſtimonium ſuper eo. Et nos Heinricus miles ſculthetus et Enſfridus notarius predicti fatemur sigilla nostra preſentibus appenſa ad preces partis vtriuſque. Datum et actum anno et die ſuperius annotatis.

Das Siegel des Schultheissen († S. HENR. BAV'RI. MILIT. DE BOP.) *hängt wohlerhalten an; das des Stadtschreibers fehlt.*

---

746. Abt Wilhelm recognoscirt die Schenkung der Begine Methildis zu Bopard an das Kl. Eberbach.

1318, *Nov. 8.*

Orig. Urk. im K. Staatsarchiv zu Idstein.

Nos frater Wilhelmus dictus abbas totusque conuentus monaſterii in Ebirbach ordinis Cyſterc. Moguntine dyoc. | tenore preſencium recognoſcimus publice profitentes quod dilecta nobis in Chriſto puella Methildis begina opidana Bopar|dienſis dicta de Speye diuinitus inſpirata Minthe matertere ipsius bone memorie ac aliorum parentum ſuorum vo|tiuis informata monitis necnon ſingulariter et preciſe proprio motu ſpontaneaque voluntate ſana mente et corpore composque ſui exiſtens neceſſarie mortis horam incertam pre oculis habens — — omnia bona ſua immobilia — exceptis quibusdam bonis mobilibus et immobilibus ſubnotatis nobis et nostro monaſterio predictis in puram elemoſinam contulit — in figura judicii ſecularis tam Bopardie quam Oſterſpeye — condicionibus hiis adiectis primo videlicet vt curiam cum orto quam iam inhabitat deinceps pro vna libra cere a nobis ſibi in eodem judicio locatam noſtro monaſterio

Digitized by Google

annuatim in ſignum veri dominii ut proprie poſſeſſionis in purificatione b. Marie virg. ſoluenda diebus quibus aduixerit inhabitat ſeu inhabitare poterit et valebit, poſt eius vero mortem dicta curia cum ſuis edificiis orto et terminis ad nostrum monaſterium libere deuoluentur. It. racione eorundem bonorum nobis — per eandem Methildim collatorum eidem annis ſingulis quamdiu vixerit infra aſſumptionis et Natiuitatis b. Marie virg. duo feſta viginti maldra ſiliginis et decem maldra ſiliginis immo tritici Moguntine menſure et in vindemiis dimidiam carratam vini franci et dimidiam carratam hůnici vini melioris crementi nobis per eandem Methildim donatarum et in feſto natiuitatis dni viginti marcas bone monete tribus hallenſibus pro quouis denario computandis vel alterius equiualentis monete que pro tempore vſualiter currit preſentabimus — in ciuitatem Moguntinam vel Confluentinam vel infra eaſdem ciuitates apud Renum ad quemcunque locum elegerit nostris periculis laboribus et expenſis. It. duo maldra pirorum, totidem pomorum et duodecim modios id eſt Sûmerin nucum dare — eidem tenebimur — tempore vindemiarum condicionibus ſub premiſſis. Inſuper ſepedicte Methildi diebus quibus aduixerit annuatim duo plauſtra feni et qualibet ſeptimana vnum plauſtrum lignorum combuſtibilium dum equum in curia nostra Bopardie predicta pro noſtris vſibus tenemus — preſentare tenebimur ad que nos tenore preſencium ſicut ad cetera premiſſa eidem firmiter obligamus. Si vero nos.. abbas et conuentus antedicti in ſolucione huiuſmodi penſionis negligentes fuerimus quod abſit vel remiſii prefata Methildis velut ad vera ſubpignora reſpectum habebit ad omnia bona que nostro moaſterio contulit et ſuper hoc ad vineam nostri monaſterii dictam

Digitized by Google

zu den Lůchcheren [1]) ſitam in hammone reſpectum habebit. Preterea poſt mortem ſepedicte Methildis penſio vini bladi pecunie pirorum pomorum et nucum quam nostrum monaſterium diebus ſuis ipsi miniſtrabit [2]) vna cum nonaginta nouem libris hallenſium quas Mintha [3]) matertera ſua nostro manaſterio in certis diebus [4]) legauit cedet — totaliter et integraliter ad dotationem duorum altarium vnius Bopardie in noua curia nostra conſtruendi alterius in monaſterio nostro Ebirbach iam conſtructi videlicet Trinitatis taliter ordinanda videlicet vt duo monachi ſacerdotes ſucceſſiue, ſecundum timorem dei et proprias conſciencias dicta altaria officiantes ciuſdem penſionis cauſa vltra numerum perſonarum noſtro monaſterio ab ordine taxatarum perpetim habeantur quibus prebenda ſufficiens in vino blado et pecunia ac aliis neceſſariis honeſte prouidebitur ſecundum decentem monachorum ſtatum maturo conſilio amicorum predicte Meth. videlicet Enffridi prioris, Jacobi de Heyere [5]) cellerarii monachorum nostrorum, Enffridi canonici Bopardiensis, Cunradi dicti Vois et Petri dicti Kolbe scabinorum ibidem &c. &c. Acta ſunt hec a. d. M⁰. CCC⁰. XVIII⁰. feria quinta proxima ante feſtum Penthecoſtes que fuit VI. Idus Junii. In vico publico coram Anſhelmo viceſcultheto dicto piſcis — — Wilkino de Oberſberg — Cunrado dicto Vos, Petro dicto colbe, Hellone, Rulmanno de Symilario et Johanne nepote Ottonis scabinis Bopardiensibus — — preſentibus etiam Enffrido priore, Jacobo cellerario et Thilmanno magiſtro curie nostre Bopardiensis monachis

---

[1]) Die Urk. von 1329 liest: Locheren, [2]) dieselbe: miniſtrauit, [3]) Myntha, [4]) debitis, [5]) Heygere.

Digitized by Google

nostris ſepedicta bona nobis per Methildem collata — de cuius manu ſepedicta bona monachi nostri iam dicti monasterii nostri nomine ſollempniter receperunt. In quorum omnium — teſtimonium ſigillum nostrum preſentibus eſt appenſum. Actum et datum vt ſupra.

Das Siegel ist abgerissen.

747, Das Testament der Begine Mechtildis von Bopard wird von dem Kl. Eberbach anerkannt.

—

***1318**, Juni 8.*

Orig. Urk. im K. Staatsarchiv zu Idstein.

Nos frater Wilhelmus Abbas totusque conuentus monasterii in Ebirbach ord. Cysterc. Moguntine dyocesis tenore | preſencium recognoſcimus publice profitentes quod dilecta nobis in Chriſto puella Mechtildis Begina opidana Bopardiensis dicta | de Speye diuinitus inſpirata, Mynthe matertere ipsius bone memorie ac aliorum parentum ſuorum uotiuis informata mo|nitis necnon ſingulariter et preciſe proprio motu ſpontaneaque voluntate, ſana mente et corpore composque ſui exiſtens neceſſarie mortis horam incertam pre oculis habens ne inteſtata decederet, maturo conſilio et ſana deliberatione prehabitis, vltima et irreuocabili voluntate nomine et jure veri et legittimi teſtamenti omnia bona ſua immobilia quecunque ſorciantur nomina vel quibuſcunque ſituentur locis, exceptis quibusdam bonis mobilibus et immobilibus ſubnotatis, nobis et noſtro monaſterio predictis in puram elemoſinam contulit dedit et donauit donacione legittima inter vinos videlicet in figura judicii ſecularis, tam Bopardie quam Oſterpeye omnibus et ſingulis vere do-

Digitized by Google

nationis ſollempnitatibus concurrentibus, debitis et conſuetis cum omnibus juribus conſuetudinibus, libertatibus et oneribus quibus eadem bona a dicta Mechtilde et ſuis heredibus hactenus ſunt poſſeſſa, a nobis et nostro monaſterio Ebirbacenſi proprietatis titulo poſſidenda ſeu tenenda condicionibus hiis adiectis. Primo videlicet vt curia cum orto quam iam inhabitat deinceps pro vna libra cerea nobis ſibi in eodem judicio locatam nostro monasterio annuatim in ſignum veri dominii et proprie poſſeſſionis in purificatione b. Marie virginis ſoluenda, diebus quibus aduixerit inhabitet ſeu inhabitare poterit et valebit Post eius vero mortem dicta curia cum ſuis edificiis, orto et terminis ad nostrum monasterium libere deuoluentur. Item racione eorundem bonorum nobis et nostro monasterio per eandem Mechtildim collatorum eidem annis ſingulis quamdiu vixerit infra aſſumptionis et Natiuitatis b. Marie virginis dua feſta viginti maldra ſiliginis et decem maldra siliginis, immo tritici Moguntine menſure et in vindemiis dimidiam carratam vini franci et dimidiam carratam hunici melioris crementi vinearum nobis per eandem Mechtildim donatarum et in feſto Natiuitatis dni viginti marcas bone monete tribus hallens. pro quouis denario computandis, vel alterius equiualentis monete que pro tempore vſualiter currit, preſentabimus et preſentare tenebimur (u. s. w. wie oben Urk. Nr. 745, doch mit Weglassung des Satzes: Inſuper ſepedicte — firm. obligamus. Sodann von: Si vero nos — scabinorum ibidem ad ordinacionem et prouiſionem huiusmodi electorum.) Reſiduum vero predicta penſione et de debitis Mynthe matertere eius predictis amicorum ipsius M. antedictorum diſpoſitione. ordinacione et conſilio anniuerſarium Mechtildis prefate, Mechtildis aue ſue,

Digitized by Google

Alberti auunculi et Mynte matertere eiuſdem in nostro monasterio cum miſſis vigiliis et oraciouibus penes nostrum conſuetudinem annis ſingulis vna cum pleno ſeruicio cum bonis piſcibus, pane triticeo et vino franco ipsa die anniuerſarii ſub penis et literis nostris obligatoriis a ſepedicte Mechtildis amicis inuentis et electis, nobis noſtroque monasterio inflictis quolibet ſine dolo die qua conſtituerint ſollempniter peragetur. Completis autem [u. s. w. (wie oben Urk. Nr. 745) bis obſeruandis.] Item racione eorundem bonorum noſtro monaſterio per predictam Mechtildim collatorum et eiuſdem amicitie ſingularis poſt mortem ipsius fratribus Alberto et Heinrico Germanis, de ordine predicatorum ſi ſuperſtites fuerint duas Marcas bone monete tribus hallens. pro denario quolibet computatis, cuilibet vnam quamdiu vixerit miniſtrabimus in feſto b. Martini Episcopi hyemalis anno quolibet bona fide. Inſuper ortum et domum in villa Oſterſpeye iuxta ecclesiam ſitos et bona omnia in villa Eſſchebach ſibi attinentia ab iſta donacione predicta Mechtildis excepit eadem bona committens amicis ſuis ſepedictis vt illa in eius ac omnium progenitorum et heredum ſuorum animarum locis et perſonis ſecundum ſuas conſciencias diſtribuant et in remedium ordinent ſalutare. It. excepit vineam ſuam ex oppoſito ciuitatis Bopardiensis ſitam quam poteſt vendere legare cuicunque et quando cunque voluerit vel etiam alienare ſicut et molendinum ſuum pendens in Reni flumine ac omnia et ſingula bona ſua mobilia iam habita, in poſterum et habenda cum cremento et fructu vinearum et arborum huius anni que omnia poteſt et valet commutare et ordinare ſecundum ſue libitum voluntatis. Acta ſunt hec [u. s. w. wie oben Urk. Nr. 745 bis fidedignis] preſentibus eciam Enſfrido priore

Digitized by Google

Jacobo cellerario et Thylmanno magistro curie nostre Bopardiensis monachis nostris, sepedicta bona nobis per Mechtildim collata et secundum consuetudinem et juris ordinem in manum vicescultheti. ipso scultheto absente per eandem Mechtildim peracta de cuius manu sepedicta bena monachi nostri iam dicti nomine monasterii nostri sollempniter receperunt. In quorum omnium et singulorum premissorum tam actorum qaam agendorum testimonium sigillum nostrum presentibus est appensum. Actum et datum vt supra.

Mit dem Transfix: Nos frater Wilhelmus dictus abbas totusque conuentus monasterii in Ebirbach Recognoscimus in hiis scriptis quod Mechtildi de Bopardia promisimus et promittimus per presentes ad omnia que in litera cui hec cedula est transfixa continenter duo plaustra feni annuatim et qualibet septimana vnum plaustrum lignorum combustibilium, dum equum in curia nostra Bopardie pro nostris vsibus tenemus, vel habere decreuerimus quam diu ipsa Mechtildis vixerit integrabiliter presentare et ad hoc nos tenore presencium sicut ad cetera eidem promissa firmiter obligamus. Actum et datum vt in litera cui hec cedula est annexa.

Von Urk. und Transfix ist das Siegel abgerissen.

---

748. Wernher und Gerhard Schenken von Sterrinberg, Gebrüder, beurkunden das Vermächtniss der Begine Methild an das Kl. Eberbach.

1318, *Juli 9.*

Orig. Urk. im K. Staatsarchiv zu Idstein.

Nos Wernherus et Gerhardus pincerne fratres de Sterrinberg milites aduocati ville Osterspeie ad

vniuerſorum noticiam tenore | preſencium cupimus peruenire quod honeſta puella Methildis begina in Bopardia reſidens omnia bona immobilia quecunque nomina | ſorciautur jure et hereditaria ſucceſſione ipſi de morte Elizabet matris ſue Metze aue Alberti auunculi et Minte matertere | ipsius cedentia excepta domo apud ecclesiam ville nostre predicte contulit dedit et donauit irreuocabiliter donacione legitima inter viuos videlicet coram nobis in figura judicii ſecularis Religioſis viris.. abbati et couuentui monaſterii Ebirbacenſis ordinis Cyſterc. Moguntine dyoc. preſentibus fratribus Enffrido priore Jacobo cellerario et Thilmanno monachis monaſterii antedicti et eadem bona ſecundum communem juris ſecularis curſum modum et conſwetudinem iidem monachi nomine ipſorum monaſterii, ſuper certa ſimplici et propria eorundem bonorum poſſeſſione et retencione ex deliberata ſententia ſcabinorum data eiſdem iure et conſwetudinibus quibus hactenus ſunt poſſeſſa receperunt proprietatis tytulo a ſepedicto monaſterio in prefate Methildis Metze aue ſue Alberti auunculi Minte matertere Wolframi et Elizabet parentum ipsius ſalutare animarum remedium perpetim poſſidenda. Acta ſunt hec anno dni M°. CCC°. XVIII°. feria sexta proxima ante feſtum Pentheoſtes que fuit.V. Idus Junij in ſtrata publica et preſentia nostra et Rulmanni Heinrici, dicti de Mackere ſcultetorum et Gerlaci, Giſilberti, Hermanni dicti Mentzkin et Hennekini ſcabinorum predicte ville necnon Cunradi vulpis et Petri kolben ſcabinorum Bopardiensium ac aliorum fide dignorum ſexus vtriuſque. In omnium premiſſorum teſtimonium euidens ſigilla nostra ad preces religioſorum et Methildis pre-

Digitized by Google

fatorum preſentibus ſunt appenſa. Datum anno et die prenotatis.

Beide Siegel sind abgerissen.

---

749. Papst Urban nimmt die Frauenklöster des Ordens von Cisterz in seinen Schutz.

—

1318, *Oct. 7.*

Vidimus des Mainzer Gerichts im K. Staatsarchiv zu Idstein.

Judices ſce Moguntine ſedis Reeognoſcimus Nos Litteras apoſtolicas infraſcripti tenoris cum filo ſerico et| vera bulla plumbea more romane curie bullatas vidiſſe non cancellatas non abraſas omnique ſuſpicione et | vitio carentes ac de verbo ad verbum perlegiſſe ſub hac forma. Urbanus epiſcopus ſeruus ſeru. dei Dilectis | in Chriſto filiabus Abbatiſſis et conuentibus Monialium vniuerſis Cyſtercienſis ordinis salutem et apoſtol. benedict. | Meritis ſacre veſtre Religionis inducimur ut fauoris benigni gratia vos jugiter proſequentes paci et tranquillitati veſtre ne iniuriose concutiatur procellis impoſterum conſulamus. Hinc eſt quod nos veſtris ſupplicationibus inclinati ut priuilegiis et indulgenciis qualiter ordini veſtro ab apoſtolica ſede conceſſis in hiis que vobis competunt ubi libere valeatis auctoritate vobis preſencium indulgemus. Nulli ergo omnino u. s. w. Datum Viterbii Idus Maij Pontificatus noſtri anno primo. In | cuius igitur noſtre viſionis teſtimonium ſigillum ſedis predicte preſentibus rogati duximus appendendum. | Datum et Actum Anno dni M°. CCC°. XVIII. Nonis Octobris.

An Pergamentstreifen hängt noch ein kleines Stückchen des Siegels.

Digitized by Google

750. Das Kl. Eberbach nimmt eine Stiftung der Begine Methild in Bopard für die Kapelle der dasigen Neustadt in Empfang.

1319, März. 29.

Orig. Urk. im K. Staatsarchiv zu Idstein.

Nos frater Wilhelmus abbas totusque conuentus monasterij Ebirbacensis ord. Cysterc. Mogunt. dyocesis Tenore presentium ad vniuersorum tam moder|norum quam futurorum noticiam cupimus peruenire quod puella Methildis opidana Bopardiensis dicta de Speie nobis in Christo dilecta ob honorem dei eiusque ge|nitricis b. Marie virg. glorioſe ac omnium ſanctorum in ſue nec non Methildis aue Alberti auunculi, Minthe matertere, Wolframi patris et Elizabet matris|ipsius atque omnium progenitorum eius animarum remedium ſalutare dotauit et dotat altare cappelle in noua curia Bopardie conſtructe. per monachum | ydoneum nostri ordinis officiandum, perpetim viginti maldris ſiliginis Mogunt. menſure infra aſſumpcionis et natiuitatis b. Marie virg. duo feſta | necnon quatuor marcis bone monete, tribus hallensibus pro denario computandis uel equipollentis monete vſualiter Bopardie currentis in Natiuitate dni vnacum | dimidia vini franci carrata et dimidia hunici in feſto omnium ſanctorum. quam quidem penſionem poſt mortem prefate Methildis uel eciam ipsa uiuente tempore quo ei magis placuerit monacho idem altare pro tempore officianti ad ſuos vſus habendam Bopardie preſentabimus fideliter et integraliter nostris laboribus periculis et expenſis. Et ne facta a nobis bene et racionabiliter electa et ordinata fluxu temporis contingat annullari hoc adicimus — quod dictum altare monachus ordinis noſtri cottidie ſecundum ſuam poſſibilitatem in eodem altari miſſam

celebrando officiabit fideliter et deuote. Si vero dicta miſſa per integrum menſem in ſepedicto altari dolo uel fraude obmiſſa fuerit neceſſitate ineuitabili minime perurgente tunc ob negligentiam huiuſmodi illo anno quo negligentia euenerit honorabilibus viris canonicis ecclesie Bopardiensis eadem viginti maldra ſiliginis cum quatuor marcis denariorum colon. et carrata vini in pios vſus expedienda integraliter preſentabimus et ſi in tali ſolucione — negligentes uel remiſſi fuerimus, prefati — canonici omni anno quo negligentia euenerit pro ſubpignore habebunt vineam monaſterij nostri dictam zu den Lûcherin in Hammone ſitam. — Sepedictum autem altare eo anno quo negligentia talis perpetrata fuerit ſub penis et condicionibus huiuſmodi officiare non obligamur — ſed ſub premiſſis condicionibus huiuſmodi officiare non obligamur — ſed ſub premiſſis condicionibus dicta miſſa anno habebitur — ſubſequenti —. Preterea ſepedicte Methildis pecunia sedecim maldra ſiliginis Mogunt. menſure, duodecim in Ertzheim et quatuor maldra in Dechiſheim emimus ipsi diebus quibus aduixerit preſentanda. poſt eius uero obitum eorundem ſedecim maldrorum menſure Mogunt. tredecim maldra ſiliginis magiſtro curie nostre in Bopardia annis ſingulis in eadem curia ad elemoſinam generalem per dictum magiſtrum — faciendam, tali modo videlicet in cuiuſlibet ebdomade ſexta feria vnum ſummerinum pauperibus prouiſor antedicte curie nostre in pane ſiligineo fideliter erogabit. Reſidua uero tria maldra perpetuo ad ſepedicti altaris lampadem reſeruanda. Si autem in aliqua ebdomada ſeu ſexta feria talis negligeretur elemoſina. in ſequenti ſeptimana vel eciam in tercia ebdomada duarum antecedentium ſeptimanarum negligentia ſi ita euenerit quod abſit cum duobus aut

Digitized by Google

tribus ſumerinis ſiliginis prout huiusmodi defectus repertus fuerit integraliter ſuppleatur —. Ad maiorem eciam et diligentiorem pretactarum negligentiarum inquiſicionem prenotate ecclesie canonicis qui pro tempore fuerint vnum ſolidum denariorum colon. tribus hallenſibus pro denario computatis annui et perpetui cenſus in eadem cappella petendum in dedicacione dicte cappelle cum vno quartali franci vini monachus idem altare officians annis ſingulis preſentabit a predicta Methide non improuide ad hoc deputatum in ſue et omnium parentum ſuorum animarum remedium et ſalutem. In omnium premiſſorum euidens teſtimonium ſigillum nostrum preſentibus eſt appenſum. Actum et dat. anno dni. M°. CCC°. XIX°. In feſto annunciationis dnice.

Das Siegel des Abtes in grünem Wachs hängt wenig beschädigt an.

---

751. Der Abt zu Clarevall ernennt den Abt Wilhelm von Eberbach in einem Ordens-Geschäft zu seinem Stellvertreter.

***1319**, April 1.*

Orig. Urk. im K. Staatsarchiv zu Idstein.

Nos frater Wilhelmus dictus abbas in Eberbach ordinis Cyſterc. Moguntine dyoc. lit|teris preſentibus recognoſcimus et notum eſſe volumus vniuerſis quod nos recepimus et habe|mus patentes litteras Reuerendi patris nostri dni ... Abbatis Clareuallis ſub vero ſuo | ſigillo in hec verba. Venerabili et dilecto coabbati ſuo .. de Eberbach frater Matheus dictus Abbas Clarevallis paterni effectus plenitudinem et in commiſſis diligentiam efficacem. Noueritis quod hoc anno in nostro generali capitulo diffinitio facta fuit in hec verba. Peticio abbatis de Clauſtro

Digitized by Google

qui petit releuationem debitorum domus ſue fieri per diſtractionem bonorum immobilium exauditur. dum tamen hec diſtractio fiat de dni. . Clareuallenſis conſilio et aſſenſu. verum cum nos propedientibus cauſis et negotiis multiplicibus et nostris et ordinis ad premissa nostrum affectum voluntarium non poſſimus oſtendere per effectum, de uestra diſcretione et experientia plenius preſumentes vobis in hac parte committimus vices nostras vt mediante vestro conſilio et auxilio a debitis nimis periculosis et ineuitabilibus quibus non potest viis aliis et magis vtilibus obviari per diſtractionem ſiue vendicionem bonorum ſuorum poſſint immobilium releuari ratum et gratum habentes quidquid in premiſſis noſtro et generalis nostri capituli nomine duxeritis faciendum. Datum anno dni M°.CCC° ſeptimo decimo, Lucie virginis et martiris. In cuius rei teſtimonium nos frater Wilhelmus abbas in Eberbach predictus ſcilicet qui eaſdem litteras anno preſcripto recepimus et habemus nostrum ſigillum litteris preſentibus duximus appendendum. Anno dni. M°.CCC°. decimo nono, feria tertia proxima post dominicam Palmarum.

Das Siegel fehlt.

---

752. Margareta von Katzenelenbogen und Eberhard, ihr Sohn, gewähren dem Kl. Eberbach die Befreiung von ihrem Rheinzoll bei S. Goar u. Bopard.

1319, Juni 22.

Orig. Urk. im K. Staatsarchiv zu Idstein.

Nos Margareta relicta quondam nobilis viri dni. Gerhardi comitis de Katzenelenbogen et Eberhardus | comes de Katzenelenbogen filius pre-

Digitized by Google

dictorum Recognoſcimus quod — ob dei | honorem ac gracioſa deuocionis merita quibus — abbas et conuentus monaſterii Ebirbacensis — nobis et noſtris progenitoribus ſe beneuolos exhibuerunt — indulgemus quod — in theloneis nostris apud cum Goarem et Bopardiam — ab omni ſolucione et extorſione thelonii ſint liberi penitus et exempti. In cuius rei teſtimonium ſigilla noſtra preſentibus ſunt appenſa. Datum anno dni. M°. CCC°. XIX. in pervigilia beati Joh. Baptiste.

Von beiden anhängenden Siegeln sind das erste, ein kleines Damensiegel, beschädigt und sehr unkenntlich, das zweite ganz zerbrochen.

---

753. Des Kl. Eberbach Vorschriften über die Unterhaltung seiner Weinberge bei Lorchin.

1319, *Oct. 8.*

Orig. Urk. im K. Staatsarchiv zu Idstein.

Ego Agnes dicta an dem Mulboum in Lorchin coram strenuo | milite Johanne Marscalco de Waldecke Sculteto ibidem et ... ſcabinis aſtrin|go me preſentibus et obligo quod vineam ſitam in terminis ville predicte in lo|co qui dicitur ze habindille, quam religioſi viri .. Abbas et conuentus | Eberbacenſis michi pro dimidietate crementi et meis heredibus iure hereditario | locauerunt infra octo annos ad plenum ſimare et deinceps ſucceſſiue ad octo annos perpetue cum bono testimonio ſtercorare, etiam quod dicta vinea permaneat indiuisa. Quod ſi in prenotata promiſſione ſeu obligatione ego vel heredes mei negligentes vel remiſſi inuenti fuerimus, quod abſit, predicta vinea ad Religioſos viros ...

Digitized by Google

abbatem et conuentum predictum quieſcente omni indiciorum ſtrepitu libere reuertetur. et ut predicta ordinatio firma et perpetua permaneat preſentem literam dedimus ſigillo ſculteti | predicti fideliter roboratam. Anno domini M°.CCC°.XIX°.VIII. Idus Octobris.

An Pergamentstreifen hängt das am Rande beschädigte Siegel des Schultheissen mit der Umschrift:

† SIGILLVM IOHANN . . . IS DE WALD(ecke).

---

754. Vorkehrungen des Kl. Eberbach in gleichem Betreff.

1319, *Oct. 8.*

Orig. Urk. im K. Staatsarchiv zu Idstein.

Ego helmannus dictus Stuz et ſifridus de Lorcherhuſen coram dno Johanne ſculteto et ſcabi-| nis de Lorchen nos preſentibus obligamus quod vineam ſitam in huſirdal quam religioſi viri | abbas et conuentus Eberbacenſis nobis pro medietate crementi iure hereditario locauerunt infra | duos annos ad plenum fimabimus et deinceps ſemper ad octo annos cum teſtimonio ſtercorare promittimus in his ſcriptis et dicta vinea indiuiſa permanebit. Quod ſi in dicta promiſſione ſeu obligatione nos vel heredes noſtri negligentes vel remiſſi inuenti fuerimus quod abſit predicta vinea ad religioſos viros abbatem et conuentum predictum quieſcente omni iudiciorum ſtrepitu libere reuertetur. et ut predicta ordinatio firma et perpetua permaneat preſentem cartam dedimus ſigillis domini ſculteti et ſcabinorum de Lorchen communitam. Datum anno dni M°. CCC°. XIX°. VIII. Idus Octobris.

Das an Pergamentstreifen anhängende Siegel: SIGILLVM IOHANNS MILITIS DE WALDECKE *ist schön erhalten.*

Digitized by Google

755. Baldewin, Erzbischof von Trier, genehmigt die Weihe der Eberbacher Hof-Capelle in Bopard.

***1319**, Oct. 22.*

Orig. Urk. im K. Staatsarchiv zu Idstein.

Baldewinus, dei gratia Trevirenſis eccleſie archiepiſcopus, ſacri Imperii per Galliam Archicancellarius Religioſis | viris Abbati et conuentui monaſterii Ebirbacensis Moguntine dyoceſis ordinis Cyſterciensis ſalutem in | dno. Vt a quocunque Archiepiſcopo vel Epiſcopo catholico gratiam ſedis apoſtolice habente capellam conſtructam | nouiter iu domo veſtra infra opidum bopardienſe valeat conſecrari indulgemus. Et ut eidem capel|le inantea de diuinis congrue ſit prouiſum veſtras conſciencias oneramus harum teſtimonio ſigilli noſtri robore munitarum. Datum Confluentie feria ſecunda poſt Luce. Anno dni M°. CCC°. decimo nono.

Von dem Siegel des Ausstellers hängt noch ein Bruchstück an.

---

756. Johann von Seyn und Alheyd, Eheleute, entlasten ihre Güter zu Else von einem Geldzins.

***1320**, März 12.*

Orig. Urk. im K. Staatsarchiv zu Idstein.

Vniuerſis has literas viſuris ſeu audituris Ego Johannes de Seyn necnon Alheydis conthoralis mee legit|tima notum facimus publice recognoſcentes Quod cum omnia bona noſtra propria et hereditaria | ſita in villa Elſe aut in confinio eiuſdem per nos rite vendita . . honorabili viro Scolaſtico | eccleſie Lympurgenſis promiſerimus et ex pacto teneamur libera et quita facere ab omni cenſus preſtacione Nos eadem bona libertamus et exoneramus per preſentes a cenſu dimidie marce

Digitized by Google

et duorum denariorum quem quondam .. Wilhelmus felicis recordacionis auus mei Johannis pretacti ſuper eiſdem bonis in Elſe pro remedio anime ſue legauit eccleſie lympurgenſi predicte Ita quod in locum iam dicti cenſus eidem eccleſie aſſignamus et deputamus per preſentes redditus dimidie marce duorumque denariorum recipiendos perpetuo de curia in Meynffelden quam colit ac poſſidet Gertrudis dicta rietſchelken. Inſuper reſiduum cenſum pecunialem quem in eadem curia habemus videlicet viginti denariorum cum obulo vendidimus predicto Scolaſtico et quibus ipſe deputauerit pro viginti ſex ſolidis denariorum colonienſium nobis traditis et ſolutis poſſidendum perpetuo pacifice et quiete. Vt autem omnia premiſſa omnino maneant inconcuſſa ſepefato Scolaſtico honorabilem virum Kunonem cantorem eccleſie Lympurgenſis memorate et Rukerum de brechin ſacerdotem fideiuſſores in ſolidum conſtituimus pro warandia conſueta et debita facienda. In quorum robur et euidenciam Nos Gerlacus dnus in Lympurg ad preces Johannis et Alheidis coniugum prefatorum noſtrum appoſuimus ſigillum huic ſcripto. Datum anno dni M°.CCC°.XX°. In die beati Gregorii.

An Pergamentstreifen hängt ziemlich wohlerhalten das Reitersiegel Gerlachs (wie oben No. 742).

---

757. Das Kl. Eberbach übernimmt die von der Begine Methildis von Speie ihm vermachten Schenkungen.

1320, *März 30.*

Orig. Urk. im K. Staatsarchiv zu Idstein.

In nom. dni. Amen. Nos frater Wilhelmus dictus abbas totusque conuentus monaſterii Ebirbacenſis ordinis Cyſterc. Moguntine dyoceſis tam modernis quam poſteris cupimus — fore notum quod honeſta puella Methildis

Digitized by Google

opidana Bopardienſis dicta de Speie in ſalutare ſue ac omnium progenitorum et benefactorum ipſius animarum remedium tantam et certam pecunie ſummam necnon etiam multa bona immobilia in literis ſuper hoc confectis notata plenius. nobis et noſtro monaſterio predictis contulit donacione publica qua communiter donacio inter uiuos dicitur ſub pactis et condicionibus hic expreſſis. primo videlicet quod. VI. marcas denar. colon. legalium et bonorum perpetuo in die beati Johannis ewangeliſte ante portam Latinam de bonis in Ingilnheim, pecunia prefate Methildis emptis pro pleno ſeruicio noſtro conuentui miniſtrabimus qualibet abſque fraude. Item ad idem ſeruitium tres amas vini franci annuatim dabimus de medietate vinearum dne de Nanſtul in valle Bacheracenſi ſitarum pecunia predicte Methildis emptarum. Item comparauimus cum pecunia ejuſdem duas bonas vineas in Keſterhamme ſitas de quibus tres marcas annis ſingulis in die beati Johannis ewangeliſte poſt natiuitatem dni. vna cum duabus amis franci vini tenebimur fideliter miniſtrare. Item cum pecunia predicte Methildis noua bona in Werſtat emimus eſtimata annuatim deductis expenſis ad LX. maldra ſiliginis Mogunt. menſure que quidem LX. maldra ſiligiuis perpetim annis ſingulis ad meliorationem prebende nostre conſuete a feſto penthecoſtes eius uel pitantia equiualenti in noſtro refectorio quamdiu predicti prouentus durauerint expendemus. Item de vniuerſis bonis eiuſdem Methildis Bopardie, Oſtirſpeie et Kyſilſpeie ſitis viginti marcas ad idem opus et eiſdem temporibus miniſtrare nos prefati abbas et conuentus fatemur nos et noſtrum monaſterium tenore preſencium obligatos. Item ſi in aliquo premiſſorum negligentes inuenti fuerimus uel re-

Digitized by Google

miſſi pro huiuſmodi negligentia vnam marcam honorabilibus et religioſis viris dno . . abbati et conuentui in Blidinſtat quociens et quando hoc euenerit tenebimur aſſignare. Preterea ut omnia et ſingula premiſſa rite et racionabiliter peragantur predicti . . abbas et conuentus de Blidinſtat in feſto beati Johannis ewangeliſte ante portam latinam mittent et mittere tenebuntur cellerarium ſuum qui pro tempore fuerit in Ebirbach abbatiam nostram ſepedictam ad videndum et perſcrutandum ſuper negligentiis antedicte ordinacionis ſique ſint commiſſe. pro tali labore eidem . . cellerario duos nouos botos annuatim dabimus. Si uero venerit cauſa dicti negocii nichil ſuper quibuſcunque negligenciis et penis ſuperius expreſſis vllo tempore obligabimur reſpondere. In omnium et ſingulorum premiſſorum robur et teſtimonium euidens noſtras preſentes literas prefatis . . abbati et conuentui in Blidinſtat noſtro sigillo tradidimus communitas. Actum et datum anno dni. M⁰. CCC⁰. XX⁰. in feſto Paſche.

Das Siegel des Abtes in rothem Wachs hängt wohlerhalten an.

---

758. Ludwig, Bischof zu Marrion, weiht die Kapelle des Eberbacher Hofs zu Bopard.

1320, *April 17.*

Orig. Urk. im K. Staatsarchiv zu Idstein.

Anno dni. M⁰ CCC⁰. XX⁰. XV⁰. Kal. Mai. Nos frater | Lůdeuicus dei gratia Epiſcopus Marrionenſis ordinis ſci | auguſtini deputatus uicarius per dyocoeſin moguntinam | a venerabili dno. Petro archiepiſcopo ipſius ſedis annuente | conſenſu venerabilis dni. Baltwini archiepiſlopi treuerenſis conſecrauimus altare et capellam monachorum de Eberbach ordinis Cyſt. ſitam in par-

Digitized by Google

rochia opidi Bopardie. et in annua dedicacionis die altaris huius et capelle que ſemper erit proxima dominica poſt diuiſionem apoſtolorum. Omnibus locum ipſum frequentantibus ex deuotione quadraginta dies indulgentiarum de peccatis confeſſis et contritis ex diuina miſericordia relaxamus, et in omnibus ſollempnitatibus ſanctorum in quorum honore ipſa capella et altare ſunt conſecrata et per omnes octauas eorundem eandem indulgentiam conferimus. Et hoc ſub ſigillo noſtro. in nomine dni. in perpetuum roboramus annuente conſilio dioceſani.

Das Siegel fehlt.

---

759. Nähere Bestimmung über die von den Geschwistern Peter und Engiltrudis van Buren vermachten Güter.

1320, *Mai 8.*

Orig. Urk. im K. Staatsarchiv zu Idstein.

Nos ſrater Wilhelmus Abbas Totuſque conuentus Monaſterii Ebirbacenſis ord. Cyſt. Moguntine | dyoc. ad vniuerſorum tam preſencium quam futurorum noticiam cupimus peruenire quod frater Enſfridus monachus dicte do|mus noſtre penſiones in litera cui hec carta eſt tranſſixa poſitas et expreſſas vna cum pecia vinee in Hargarten | pecunia Petri et Engiltrudis empta et vltima bona que emerunt in Walthilberſheim pro XXX. libris hall. primo videlicet vnum jugerum vinee ſitum in loco dicto Qwencle. It. dimidium jugerum ibidem. It. dimidium jugerum of dem Windinſheymer wege. It. vnum quartale agri zů brucken. It. vnum quartale in der grůben. It. dimidium jugerum in deme acke. It. dimidium jugerum in campum verſus

dorſum canis. It. pratum continens fere vnum jugerum iuxta brucken ſitum cuius ſexta pars cuiuſdam alterius eſt villani. Predicti vero vterini Petrus et Engiltrudis ſuper idem pratum deputauerant vnum maldrum ſiliginis Pingwenſis menſure. quod intendunt legare quando et quibus ipſis videbitur expedire. It. dimidium jugerum agri iuxta idem pratum ſitum. It. vnum iugerum agri iuxta brucken. quod ad pratum bene eſt diſpoſitum. It. vnum quartale agri iuxta crucem prout ipſi in principali littera eſt commiſſum ordinauit et ordinat in hunc modum ſcilicet ut poſt mortem vnius prefatorum vterinorum quatuor maldra ſiliginis in die beatorum Symonis et Jude apostolorum noſtro conuentui in eiuſdem defuncti anime miniſtremus remedium in piſcibus uel alia pitancia ſpeciali. Ambobus vero de medio ſublatis in vigilia et die eorundem apoſtolorum de omnibus et ſingulis antedictorum bonorum prouentibus deductis omnimode expenſis in pitancia piſcium noſtro iamdicto Conuentui miniſtrari procurabimus perpetim qualibet et abſque fraude. In cuius rei teſtimonium ſigillum noſtrum preſentibus eſt appenſum. Actum et datum anno dni. M°. CCC°. XX°. In aſcenſione dni.

Von dem Siegel hängt noch ein Stückchen an.

---

760. Johann von Rifenberg, Pfarrer in Heftherich, und Walter von Croninberg, Pfarrer zu Langendybach, tauschen ihre Pfarrstellen.

—

***1320**, Mai 27.*

Orig. Urk. im K. Staatsarchiv zu Idstein.

Vniuerſis et ſingulis preſencium literarum inſpectoribus et maxime quorum intereſt ſeu intererit | ſit publice

Digitized by Google

manifeſtum quod nos Hermannus et Sibuldus eius nepos milites de Waſzerloſch | permutacioni inter honorabilem virum Johannem de Rifenberg canonicum Moguntinum Rectorem parrochialis eccleſie in heftherich Treuerenſis dyoc. et Walterum de Croninberg canonicum limpurgenſem Rectorem parrochialis eccleſie in langendypach ſupradicte de eiſdem ſuis parrochialibus eccleſiis rationabiliter celebrande noſtrum plenum conſenſum et beniuolum prout melius poſſimus adhibemus et in quantum in nobis eſt ratificamus et gratificamus permutacionem huiuſmodi per preſentes. Ego enim Siboldus ſigillum proprium non habeo,*) honorabilem virum Hermannum prefatum meum nepotem rogaui qui ſigillum ſuum apponit preſentibus loco mei atque ſui. Anno dni. M⁰.CCC⁰.XX⁰. VI⁰. Kal. Junii.

An Pergamentstreifen hangen ziemlich wohlerhalten:

1. † S. HMANI. MILITIS. DCI. SCH.RIS. *(Im Schilde ein breiter, aufwärts gerichteter Sparren.)*
2. † S. SIBOLDI. . . E. WASERLOS. *(Das untere Stück fehlt; im Felde derselbe Sparren mit Turnierkragen darüber.)*

---

761. Urkunde über denselben Gegenstand.

1320, Mai 27.

Orig. Urk. im K. Staatsarchiv zu Idstein.

Vniuerſis et ſingulis preſencium literarum inſpectoribus et maxime quorum | intereſt ſeu intererit ſit publice manifeſtum quod nos Thidericus | et Walterus mi-

*) Seltsam, denn Sibolds Siegel hängt doch richtig an der Urkunde.

Digitized by Google

lites de Croninberg permutacioni inter honorabilem virum dnum Johannem de rifinberg canonicum Moguntinum Rectorem parrochialis ecclefie in heftrich treuerenfis dyocefis et Walterum de croninberg canonicum limpurgenfem rectorem parrochialis ecclefie in langindypach fupradicte de eifdem fuis parrochialibus ecclefiis racionabiliter celebrande plenum noftrum confenfum et beniuolum prout melius poffimus adhibemus et in nobis exftitit ratificamus et gratificamus permutacionem huiufmodi per prefentes. In huius rei certitudinem prefentem literam dedimus figillorum noftrorum munimine confirmatam. Datum et ratum anno dui. M°. CCC°.XX°. VI Kal. Junii.

An Pergamentstreifen hängen ziemlich wohlerhalten die Siegel

1. S. TEHODIDIR(lei) D' CRONIN . . EHC
2. S. WALT . . . . IS DE CRONIBG

Beide Siegel zeigen den übers Kreus getheilten Schild von Cronberg; in den Feldern links oben und rechts unten die Eisenhütchen in drei Reihen; die beiden anderen Felder sind leer.

---

762. Noch eine Beurkundung desselben Akts.

1320, *Mai 27.*

Orig. Urk. im K. Staatsarchiv zu Idstein.

Vniuerfis &c. — quod ego Fridericus filius Friderici dicti dûgel militis permutacioni (u. s. w. wie in voriger Urk.) in quantum in me eft ratifico et gratifico per prefentes, Sigillo auunculi mei Friderici de Carbin roboraui. Datum et ratum Anno dni. M°.CCC°. XX°. VI° Kal. Junii.

Das runde Siegel (im Schild oberhalb der halbe, rechtsgewendete, doppelschwänzige Löwe, unterhalb eine Lilie) hängt wenig beschädigt an. Umschrift: † S. FRIDERICI DE (carb)IN.

Digitized by Google

763. Das Kl. Eberbach macht sich verbindlich, seinen Hof und Weinberge in Campe nicht zu veräussern.

—

***1320**, Aug. 13.*

Alte Abschrift auf Papier; Ocul. Mem. II, fol. XXXVI. *)

Nos frater Wilhelmus Abbas totuſque conuentus monaſterii Eberbacenſis ordinis Ciſterc. Moguntine dyoceſis | preſentibus literis publice profitemur nos firmiter obligantes quod ſi vmquam in poſterum Curiam cum ſuis pertinenciis in villa Campe ſitam vineam dictam Radeſtucke [1]) et vineam dictam Buderich | in terminis eiuſdem ville ſitas nobis per heinricum armigerum dictum keltertboum [2]) collatas pro anime ſue remedio et ſalute necnon coram ſculteto et ſcabinis Bopardienſibus cum ſollempnitatibus debitis et conſuetis reſignatas vendere permutare aut alio quocunque alienationis modo diſtrahere preſumpſerimus ſtatim ipſo facto ad parrochiam predicte ville in Campe cum omni jure quo ad nos et noſtrum monaſterium antedicte curia et vinee pertinere dinoſcuntur pro ſui memoria ibidem habenda deuoluantur. In cuius rei teſtimonium preſentes literas ſigillo [3]) appenſo tradidimus communitas. Datum anno dni. M°. CCC°. XX°. Idus Auguſti.

*) Varianten des Oc. Mem. II: 1) Rodestucke. 2) kelterboum 3) sig. nostro.

Digitized by Google

764. Zeugenverhör über die letztwillige Schenkung Peters, Erzbischofs von Mainz, an das Kl. Eberbach.

1320, *Sept. 11.*

Notariats-Instrument im K. Staatsarchiv zu Idstein.

In dei nomine. Amen. Vniuerſis et ſingulis quorum intereſt ſeu intererit per hoc inſtru|mentum publicum pateat euidenter. Quod ſub anno dnce natiuitatis Mill. Tricenteſimo | viceſimo. Indict. Tercia. undecima die menſis Septembr. Preſidente ſanctiſſimo in Chriſto | patre ac dno dno Johanne diuina fauente clemencia papa. viceſimo ſecundo. Pontificatus ſui anno | quinto. Regnante ſereniſſimo dno.. dno. Lodewico Romanorum rege regni vero ſui anno | sexto. In preſencia mei Notarii publici ſubſcripti et Teſtium infraſcriptorum ad hoc ſpecialiter adductorum conſtituti Honorabiles viri dni frater Heinricus prior domus fratrum ordinis Augustinensis in Moguntia confeſſor ab olim Reuerendi in Chriſto patris et dni.. dni Petri Archiepiſcopi Mogunt. et dns Hildebrandus Decanus eccleſie ſci Stephani Mogunt. nec non Cunradus de Rudinſheim miles quondam vicedominus Rinigauwie. expreſſe et ſigillatim profitebantur ſe audiuiſſe et interfuiſſe et ad hoc ſpecialiter vocati fuiſſe. Quod recolende memorie dns Petrus Archiepiſcopus Mogunt. ſupradictus licet eger corpore ſanus tamen mente et compos racione feria tercia proxima ante diem obitus ſui omnibus obligacionibus et debitis in quibus Religioſi viri.. Abbas et.. conuentus monaſterii Ebirbacenſis ord. Cyſterc. Mogunt. dyoc. undecumque et ex quibuſcumque cauſis ſibi excitantur debitati ſeu obligati in reſtaurum multorum dampnorum ipſis a ſuis hominibus notarie illatorum et in remedium anime ſue ao intuitu multorum obſequiorum

Digitized by Google

a dictis abbate et conuentu ſibi preſtitorum renunciauit pure ſimpliciter et in totum ac eadem debita ſeu obligaciones donacione inter uiuos contulit eiſdem addens eciam Cunradus de Rûdinſheim miles ſupradictus quod ab ore prefati quondam dni Archiepiſcopi Moguntini audiuerit et intellexerit quod intencionis ſue foret utique quod de ceteris bonis ſuis . . Abbati et . . conuentui predictis deberet ſuperaddi et id ipſum Cunradum facere iuſſerit experiſſe. Actum anno. indict. die. menſe. pontificatu et regno predictis, in curia habitationis prefati dni. . . Decani in ſuperiori domo eſtiuali hora diei cene. Preſentibus religioſis viris fratribus Wilhelmo abbate. Friderico dicto Ringreue. Petro dicto ad mediam noctem. Lodewico de Limpurg. dicti monaſterii Ebirbacenſis. fratre Emerchone domus fratrum Auguſtin. predicte. Cunrado dicto de Lapide. Jacobo de Scherſtein preſbiteris vicariis in Eccleſia ſci Stephani predicti. Johanne de Oppinheim Lapicida et Dilmanno dicto Marſchalc armigero pro teſtibus ad premiſſa vocatis ſpecialiter et rogatis. Superſcriptum huius vocabuli predictis. recognoſco me Notarium ſubſcriptum feciſſe et eandem approbo per hoc ſcriptum. Actum ut ſupra. Et Nos frater Heinricus prior. Hildebrandus decanus et Cunradus miles ſupradicti in teſtimonium huiuſmodi noſtre confeſſionis ſeu recognicionis ſigilla noſtra huic publico Inſtrumento rogati duximus appendenda. Actum ut ſupra.

Et ego Johannes dictus Schellhart clericus Mogunt. auctoritate sacri Imperii notarius publicus Quia confessioni seu recognicioni .. Prioris. Decani et militis predictorum factis ut premittitur vna cum testibus supranotatis, presens interfui vidi et audiui hoc instrumentum publicum desuper confectum rogatus scribere scripsi et

Digitized by Google

in hanc formam redegi signoque meo solito et nomine meo proprio roboraui.

An Pergamentstreifen hängen die Siegel:

1. † S' PORIS. FRM. HEREMITAR. ORD. S. AVG' MOGV.
2. *Ein Bruchstück* . . (d)ECANI. ECCLE. S' STEPHANI. M . . .
3. *Das Siegel des Ritters Cunrad, in rothem Wachs, Umschrift stark beschädigt* . . † (cunr)ADI DE (ru)DENSHEIM.

---

765. Johann Vos von Dyppach, Ritter, und Christine, Eheleute, vermachen dem Kl. Eberbach eine Rente von Weinbergen.

1320, *Nov. 29.*

Orig. Urk. im K. Staatsarchiv zu Idstein.

Nos frater Wilhelmus abbas totuſque conuentus monaſterij in Ebirbach ordinis Cyſterc. Moguntine | dyoceſis preſentibus cupimus fore notum quod bone memorie Johannes miles dictus Vos de Dyppach et Cristina | vxor ſua legitima nobis trium marcarum denariorum colon. annuos redditus cedentes de vineis ſubnotatis videlicet de vinea dicta Schaffiſtücke in terminis ville Dretingiſhuſen ſita de qua due marce dabuntur necnon de vinea dicta an der Stigel in terminis ville Mannenbach ſita de qua vna marca perſoluetur, dederunt — obtinendos ſub hac forma ſcilicet quod cum predictarum trium marcarum redditibus nobis — ſingulis annis in vigilia natiuitatis beati Johannis Bapt. pitancia et conſolatio pingwis et larga prout pro tribus marcis comparari poterit in perpetuum miniſtretur. Huiuſmodi beneficii non immemores nec ingrati, ſed beniuolo animo prefatorum reddituum donacionem acceptantes ac eorum

amminiſtrationem iuxta dictorum coniugum deſiderium ratificamus nos firmiter obligantes quod qnocunque anno predictarum trium marcarum pitanciam ſiue conſolacionem ut dictum eſt conuentui noſtro neglexerimus preſentare codem anno religioſis viris . . . abbati et conuentui monaſterii in Blidinſtat in tribus marcis a nobis requirendis ſimus protinus obligati. In cuius rei teſtimonium preſentes literas ſigillo noſtro appenſo tradidimus communitas. Datum a. dni. M°. CCC°. XX°. in vigilia b. Andree apoſtoli.

Von dem Siegel des Abtes hängt noch ein Bruchstück an.

---

766. Ordnung der Hinterlassenschaft der Elizabeth von Rudensheim, Witwe.

1320, *Nov. 30.*

Orig. Urk. im K. Staatsarchiv zu Idstein.

Nos Cunradus et Heyntzelimus milites de Rudenſheym ad vniuerſorum noticiam cupimus perue-| nire quod honeſta matrona bone memorie domina Elizabeth relicta quondam Gyſelberti militis | nobis omnem et totam ordinacionem ſui teſtamenti commiſit et nos in veros manufideles elegit et publice approbauit. pre ceteris vero bonis ſuis hinc inde legatis domum ſuam in predicta villa noſtra Rudenſheim ſuper foro ſitam cum orto ſuo apud pontem cuius fructibus eadem reparari debet, quando et quociens in tectis ruinoſis et aliis ſui partibus deformata fuerit, omnibus et ſingulis religioſis cuiuſcunque eciam profeſſionis fuerint coram judicio ſeculari et nobis legatam, accedentibus condicionibus talibus atque pactis, primo videlicet quod .. prior monaſterii

Digitized by Google

Ebirbacenſis et .. prior fratrum predicatorum Moguntinenſium, qui pro tempore fuerint, predictam domum cum famula ſeu Martha fideli et honeſta ſibi ſub littera ſcripta et bono teſtimonio vtenſilia et res eiuſdem domns, jam habitas et habendas, committentes, ordinent et diſponant prout melius judicauerint expedire. eiſdem .. prioribus etiam Martha pro tempore domum inhabitans. ſuper orti prouentibus et vtenſilibus domus, dum requiſita fuerit tenebitur reſpondere. Preterea ſepedicta domus a religioſis quibuſlibet nec vendi nec commutari neque alienari debet quoquo modo. Si autem ſecus factum fuerit vel attemptatum, eadem domus ad eccleſiam parrochialem in Rudenſheim ſine qualibet contradictione omnium religioſorum proprietatis titulo poſſidendam libere deuoluetur. In cuius rei teſtimonium ſigilla noſtra vna ſigillis religioſorum virorum dni .. abbatis in Ebirbach .. prioris fratrum predicatorum, Gardiani minorum .. prioris Auguſtinenſium et Carmelitarum ciuitatis Moguntine pre. ſentibus ſunt appenſa. Datum et actum anno dni M°. CCC°. XX°. In die beati Andree apoſtoli.

An Pergamentſtreifen hängen folgende Siegel:

1. *Des Abtes Wilhelm von Eberbach, zerbrochen.*
2. . . . ORIS . . . *zerbröckelt.*
3. (pri)ORIS. FRM. HEREMITAR' ORD' S. AVG' MA . . .
4. . . . GARDIANI. DE MAGVNT . . .
5. . . PRIORIS. FR̄M. BEATE. MARIE. I. MAGVT.
6 u. 7. *fehlen.*

Digitized by Google

767. Das Kl. Eberbach verkauft seinen Hof zu Oberen-Hademayr an Graf Emeche von Nassowe.

1320, *Dec. 18.*

Orig. Urk. im K. Staatsarchiv zu Idstein.

Wyr grebe Emeche van Naſſowe vnd vrowe Anne vnſe elyche hůſvrowe die grebinnen van Naſſowe důn kůnt allin lůeden die | diſin geynwortegin brib ane ſehint odir horint leſen vnd veyrgieues vffinbeyrliche daz wir myt beradenen můede ſementliche vnd | eyndreychtecliche vm vnſe vnd alre vnſir eyrben die wyr Jtzůt hayn vnd noch gewinnen mogyn, nůtz, vrůmen vnd beyſte | den hoyb zu oberen Hademayr de da Můnche Hademayr genant iſt, myt allen deme nůtze iz ſie an Bůwe de Innewendig dir můeren des ſeylben hobis zů Hademayr odir vzwendig dis hobis ſte odir gelegin ſie odir wye he genant ſie myt allen den eckeren myt allen den wyſin, myt allin den welden odir půſchen, myt allin den hecken, myt hůltze vnd myt velde, myt waſzere vnd myt weyde mit zinden vnd myt můelen vnd andirwerb myt allin den eckeren odir heyden ſie in bit heyr gebůweit odir vngebůwit virfůcht odir vnvirfůcht, iz ſie eygin odir eyrbe ſo wie mans bit her von Rechte odir van gewoneden beſeſzin vnd gehabit hayt vnd myt alre der vryeide vnd genaden die de ſeylbe hoyb bit her gehabit hayt vnd auch die Capelle zů ſente Egydien, die andirſite dis wayſzirs vf me berge geyn me hobe gelegin iſt myt namen allis daz gůt daz van aldirs in den ſeylben hoyb zů Hademayr gehoyrt hayt vnd dan vz man gebůwit hayt, vm die erſamen geyſtlichen lůde herren Wylhelmen den abpit vnd den Conuent gemeynliche van Ebyrbach gekaůft hayn vnd an diſme

geynwortegin bribe keûfin vm drûzinhûndirt mark vnd vm vûnfzich mark gûdis geldis drie haller vûr Jclichin pennig gezalt die wir In zû allin iren wyllen gûtliche vnd kûntliche geweyrt vnd bezalt hayn vns vnd vnſin eyrben die wir Jtzût hayn vnd noch her na gewinnen mogin den vûrgenantin hoyb vnd daz ſelbe gût daz dar in horit vmmer me eweliche in alre der wis als ſis die vûrgenanten . . dir abpit vnd der Conuent van Ebirbach bit her beſeſzin vnd gehabit haynt ane wydirſprayche odir alreleye hindirſayl vnſir vnd vnſir eyrben, vnd andirs Imans van vnſin wegin gerûweliche vnd vrideliche zû beſitzene, Vz genomen Irs gudis zû nyderin Hademayr. zû Vûlebach vnd zû Zûitſheym daz ſie in vnd Irme cloyſter zû Ebirbach behaldin haynt zû deme gûde daz bie diſin vûrgenanten dorfin allintalbin odir wa iz da vm gelegin iſt daz bit her in den vûrgeſprochenin hoyb zû Hademayr nyt gehoyrt in hayt noch dan vz nyt gebûwit in iſt vnd daz wir nyt gekauft in hayn ayn alleyne eyn achteyl oleys vnd eyn hûn geldis alreyeyrlichis daz zû zûitſheyn van eynre hobeſtat vnd van eyme garten zû dervûrgenanten Capellen zu ſente egidien zû gelûchte vallinde iſt vnd ſayl daz wir auch gekaûft hayn. vnd wir dir grebe vnd die grebinnen vûrgenant vnd vnſe eyrben ſûllen alle iayr eweliche zû dir parre zû zûitſheym eyn pûnt wayſzis langin vnd geben zû oyſteren in den heylegin dagen zû eyme bekentniſſe daz die ſelbe capelle van der vûrgeſprochinne parre zû zûitſheym gefundirt iſt vnd auch myt den vûrworten vnd dem vndirſcheyde daz wir odir vnſe eyrben odir wer na vns den ſelben hoyb vnd daz ſelbliche gût beſitzin ſayl den erſamen lûeden den herren van me Dûtſchinhûſe zû Meyntze drû maldir weyſzis vnd ſeys maldir kornis lympurgir mayſzis alle

iayr eweliche vůr Ire deyl die zinden geben ſůllin vnd langen thůſchin den zweyn vnſir vrowen dagen alſe ſie zů himele vůr vnd geborin wart. Wir ſůllin auch geben den eyrſamen herren dem . . Dechene vnd dem Capittele zů Dytkirchin alle iayr vf ſente Meyrtins dag ane zwene penninge vire ſchillinge penninge dri haller vůr den pennig zů zelne Jeyrlichis cinſis vnd langen. Wir ſůllin andirwerb den ſelben herren zů Dytkirchin eweliche drů iayr na eyn andir ie dis Jaris vf ſente Lubentiis dag eyn vůdir hůltzis vůrin zů Dytkirchin vf iren ſteyn. vnd an me veyrden iare ſo in ſůllin wir in daz vůdir hůltzis noch geben noch vůren, wand ie zům veyrdin iare ſo ſůllin wir des vůdir hůltzis quid ſin vnd in ſůllins nyt geben. Vůrwert me ſůllin wir vnd vnſe erben odir wer den hoyb vnd daz gůt beſitzin ſayl den erſamen vnd den geyſtlichin Juncvrowin. dir meyſteren vnd dem Conuente dis cloyſtirs van Seylginſtayt daz vf me weſtirwalde gelegin iſt alle iar thůſchin den zweyn vnſir vrowen dagin als ſie vůrſchribin ſint eylf maldir kornis lympurgir mayſzis. Jeyrlichis paychtis vnd eynen ſchilling pennige, dri haller vůr din pennig zů zelne van der obir můelin vnd van eyme ſtůcke landis daz vf der ſelben můelin ligit vnd dar zů horit gebin vnd langin vnd den paycht vnd den ſchilling ſal dis cloyſtir van Seylginſtayt vůrgenant vf ire koyſt vnd arbeyd dun vůren vnde holen in deme hobe zů Hademayr vnd ſal man in die eylf maldir kornis alle iayr gebin vnd reychin van dem gewayſze dis hobis vnd nyt van dem můltere dir můelin. were abir ſache daz wir die vůrgenanten dir grebe vnd die grebinnen odir vnſe eyrben. die vůrgenanten eylf maldir kornis vnd den ſchilling penninge nyt geben in woldin ſo ſůllin wir die můele vnd daz ſtůcke

Digitized by Google

landis daz dar zů horit layſzin ligin den vůrgenanten dir meyſteren vnd dem Conuente van Seylginſtayt vnd die wyltkůre ſal doch an vns vnd an vnſin eyrbin ſtayn vnd nyt an me cloyſtere van Selginſtayt wand wir die eyrbeſchaf dis abptis vnd des Conuentis van ebirbach vůrgenant myt dem vůrgenantme hobe vnd gůde gekaůft hayn vnd alſelange als wir die vůrgeſprochene můele vnd daz ſtůcke landis daz dar zů horit habin wollin ſo ſůllin wir den vůrgenanten paycht vnd den cyns gebin vnd langen dem vůrgenantin cloyſtere van Seylginſtayt als hie vůrſchribin ſteyt vnd vůrbaz nyt me. Wir inkennen vns auch an diſme ſelben bribe daz die vůrgenanten dir abpit vnd dir Conuent den ſelbin hoyb vnd daz ſelbe gůt myt halme vnd myt můnde vns vf gegebin haynt vůr Heydinriche van Derne dem ammitmanne vnd dem gerechte vnd den lantlůedin in der zinte van Dytkirchin als recht vnd gewoynlich iſt, vnd haynt ſie ſich van Iren wegin vnd van irs goytſhuſis wegin vz gedayn. des vůrgenantin hobis vnd gůdis vnd haynt vns van vnſin wegin vnd vnſir erbin wegin in daz ſelbe gůt geſaſt vmmer ewecliche zů beſitzene gerůweliche vnd in alre der wis alſe vůrgeſchribin iſt vnd die vůrgenantin der abpit vnd der Conuent van ebirbach bit her beſeſzin haynt. Auch virzien wir vnd geyn vz alreleye genaden vnd Rechtis iz ſie weriltlich odir geyſtlich alreleye vůnde alirleye behendekeyd alreleye liſt odir ſchalkeyd, vnd auch daz wir ſprechin mochtin daz wir van in zů diſme kaůfe gedrungin weren vnd alreleye genaden die vus vnſe heylege vadir dir babipſt odir dir ſtůl van Rome důn moechte vnd alreleye behelf daz menſchin herce irdenkin mag daz diſin vůrgenantin kaůf krenken moychte vnd daz vns vůrderin moychte vnd den vůrge-

Digitized by Google

nanten dem abpte vnd dem Conuente van ebirbach her na hinderin moychte an keyn den ſtůcken dis vůrgenantin kaůfis de hie vůr geſchribin ſteyt. Bye diſme kaůfe ſint geweyſt die eyrſamen Ryttere her Marquard van Lurenbůrch, her Heynrich van naſſowe, her Johann van bubinheym, her Marcůlf Růdele, her Johan der ſchriber van Dytſe, eyn canonch zů lympurg, her Rychilman eyn perner vf ſente Petirs berge, Wylhelm van Crummenaůwe. eyn walgeborin knecht vnd Gerlach dir ſchultheyſze van dridorf vud andirs vil birbir lůede. den woyl zů gleůbene iſt, die wir her bie gebedin hayn. Vnd vm daz dirre vůrgenante kauf vmmir me ewecliche veſte vnd ſtede blyebe des hayn wir grebe Emeche van naſſowe vůrgenant vůr vns vnd vnſe vůrgeſprochene eliche hůſvrowen vrowen Annen die grebinnen van Naſſowe vnd vůr alle vnſe eyrben die wir Jtzůt hayn vnd noch her na gewinnen moegin den vůrgenanten eyrſamen geyſtlichen lůeden herren Wylhelme dem abpte vnd dem Conuente van ebirbach diſin brieb gegebin beſigilt myt vnſeme Ingeſigele. Dyrre brieb iſt gegeben do man zalte van godis gebůrte duſint Jayr vnd drů hundirt Jayr In me zwenzegiſtin Jare dis vridages na ſente Lucien dage der heylegin Juncvrowen vnd zů deme ſelben Jare vnd zů der ſeylbin zit geſchah dirre vůrgeſprochene kaůf.

Das Rittersiegel des Ausstellers hängt an grünen seidenen Fäden, mehrfach beschädigt, an.

Digitized by Google

768. Lotzo Wetzelin von Else und Kunzela, Eheleute, vermachen dem Kl. Eberbach die Aussteuer ihrer verstorbenen Tochter Yda.

—

***1320**, Dec. 24.*

Orig. Urk. im K. Staatsarchiv zu Idstein.

Nos Rychwinus Decanus. Lotzo Cuſtos eccleſie Lympurgenſis . . frater Ebirhardus Gardianus | fratrum ordinis minorum Domus in Lympurg et Albertus Plebanus ibidem manuſideles . . Diſcreti | viri . . Lotzonis Wetzelini ac Kunzele eius conthoralis legitime coniugum ad vniuerſorum noticiam | deducimus preſentibus — Quod Lotzo necnon kunzela coniuges — inter cetera quę coram nobis ordinauerunt, Centum marcas denariorum tribus hallens. pro quouis denario computatis, quas quondam Craftoni de Swapach armigero ſuo genero ad ydam bone memorie prefatorum coniugum filiam racione ſponſalium ſeu nuptiarum donauerant, legauerunt — Religioſis viris . . monaſterii Ebirbazenſis — in animarum ſuarum et dicte yde defuncte remedium et ſolamen. Et quia predictarum centum marcarum quadraginta due marce iam — diſtribute ſunt pro bonis quibusdam in villa Elſe ſitis debent ſimiliter et reſidue quinquaginta et octo marce per coniuges et Craftonem prenotatos in vita eorum pro bonis diſtribui integraliter et donari que quidem bona iam empta et adhuc emenda poſt mortem coniugum et Craftonis prefatorum et non prius cedent, — monaſterio in Erbach memorato — condicione tamen tali quod in diebus anniuerſariorum dictorum coniugum ac yde ſue filie felicis recordacionis de fructibus a bonis huiuſmodi prouenientibus ſex maldra

Digitized by Google

debent per conuentum Ebirbazenſem annis ſingulis pauperibus hominibus erogari. Eſt eciam adiectum quod ſi ſepedicti coniuges et Crafto pretactam pecuniam quem adhuc apud ſe tenent, videlicet Quinquaginta et octo marcas ipſis in vita exiſtentibus pro bonis non diſtribuerint, vt premittitur extunc poſt ipſorum obitum ſepefati . . Abbas — in Erbach tantam pecuniam vtpote quinquaginta et octo marcas aut ipſarum valorem de omnibus bonis per eos ſic poſt mortem eorum relictis recipient et ad vſus ſui monaſterii conuertent ac conuertere poterunt — Vt autem hec omnia inconuulſa — maneant — Nos manufideles pretacti hanc paginam ſub appenſione nostrorum ſigillorum conferimus lucide confirmatam. Datum Anno dni M°.CCC°.XX°. In vigilia natiuitatis Chriſti.

An Pergamentstreifen hängen:

1. S. RICW. . . ECCE. LIMPVRGEN. . .
2. S' L . . THES(aur. e)CCE. LIPVRGEN.
3. (gu)ARDIANI LYMPVRGENSI(s).
4. S' PARROCHIE LIMPVRG. *Zwei sitzende, einander ab-, mit den Hälsen aber zugewendete Vögel (ähnlich dem als Dom-Wahrzeichen geltenden Taubenpaar im Fries des Dom-Portals), dazwischen ein kopfartig aussehender Topf, aus dem 3 Blumen hervorstehen.*

---

769. Das Kl. Eberbach gibt dem Wernher Schenke von Huinstein, Ritter, seinen Weinberg in Campe in Erbpacht.

1320.

Orig. Urk im K. Staatsarchiv zu Idstein.

Ego Wernherus pincerna miles de Huinſtein omnibus ad quos preſentes litere peruenerint | cupio eſſe

Digitized by Google

notum Quod viri religioſi Abbas et . . conuentus monaſterii Eberbacensis vineam | ſuam dictam der grabe inferius villam Campe quam quondam Albertus de Speye theloniarius bone memorie ab ipsis possedit michi ad dies vite mee tantummodo ad bonam culturam poſſidendam, et fructus in ipsa recipiendos omnes et ſingulos conceſſerunt que vinea poſt meum obitum ad dictos abbatem et . . conuentum qualicumque modo eam dimiſero ſine contradictione omnium heredum meorum qualibet reuertetur. Tali eciam condicione adiecta quod si paza uxor mea post mortem meam dictam vineam pro media parte vini ad dies vite ſue poſſidere decreuerit ipsam obtinere et manutenere pro media parte vini poterit dictorum Religiosorum contradictione non obſtante, et eſt coram dicta paza dum ipsam vineam fuerit adepta obligata ad omnes culturas et ad alia onera ad que alie perſone que ab ipſis Religioſis vineas pro media parte vini detinent ſunt aſtricte poſt mortem vero ipsius paze antedicta vinea cum totali eius vſnfructu ad prefatos Religiosos . . abbatem et conuentum prout ipſi eam tenuerunt ſine reclamacione omnium heredum meorum et ipsius Paze libere reuertatur. In cuius rei teſtimonium sigillum meum preſentibus est appenſum. Datum anno domini Milleſimo | CCC^mo uicesimo.

An Pergamentstreifen hängt noch ein Stück des Siegels mit der Umschrift: † S ..... NBERG.

770. Der Convent zu Weydas verkauft an das Kl. Eberbach eine Korngülte zu Undenheim und Hanheim.

—

***1321**, März 6.*

Orig. Urk. im K. Staatsarchiv zu Idstein.

Nos Criſtina abbatiſſa totusque conuentus monasterii. sanctimonialium in Weydas. ordinis Cysterc. Maguntine dyocesis. Tenore preſencium publice recognoſcimus | ad vniuersorum has literas intuentium deducendo quod cum dictum nostrum monaſterium variis exiſteret debitorum oneribus pregrauatum. ac diuerſis tractatibus inter nos pluries habi|tis meliorem et vtiliorem viam inuenire non poſſemus. tandem pari conſerſu et vnanimi voluntate — vendidimus — Religiosis viris dnis . . abbati et conuentui monaſterii Ebirbacensis ordinis predicti ementibus et recipientibus annuos et perpetuos redditus duodecim maldrorum cum dimidio maldro ſiliginis bone et legalis. quorum vnum maldrum cum dimidio ſunt menſure Wormaciensis, reliqua vero ſunt menſure Maguntine, ſitos in terminis ville Vndenheim . necnon annuos et perpetuos redditus trium maldrorum cum dimidio ſiliginis ſimiliter Moguntine menſure bone ſicce et legalis ſitas in terminis ville Hanheim. ſoluendos in villis Vndenheim et Hauheim. predictis ſingulis annis . eiſdem . . abbati et conuentui infra Aſſumpcionis et Natiuitatis beate Marie virg. duo feſta. per dictas dnas . . abbatem et conuentum habendos — et perpetuis temporibus pacifice poſſidendos . cum omnibus iuribus. honoribus. commodis et vtilitatibus. quibus hactenus eoſdem redditus dinoſcimur poſſediſſe pro nonaginta sex libris hallensium — quam peouniam confitemur nos ab eiſdem dnis abbate et conuentu rece-

Digitized by Google

piſſe nobisque numeratum eſſe obligantes nichilominus et conſtituentes prefatis dnis . . abbati et conuentui pro ſolucione dictorum reddituum ſingulis annis — debita facienda. bona infraſcripta. titulo subpignoris siue ypothece. Bona videlicet ſita in terminis ville Vndenheim — que ſunt hec. In campo verſus Hanheim. duo iugera cum dimidio apud septem iugera dominarum de Weidas. It. vnum iuger cum dimidio apud pratum prope Wenzonem dictum Orlenhoibeth. It. quatuor iugera apud Kungernheimer marken. apud.. abbatem sci Albani. It. vnum duale iu Kungernheimer marchin. apud Wernherum filium sculteti. It. vnum iuger eum dimidio in secundo campo verſus Bechtolfeſheim an der hecken. It. septem ingera cum dimidio ibi prope. apud Johannem dictum Creyſz. It. vnum inger ober den path. bi der Widemenhobe. It. vnum iuger quod eſt anewender. apud dnas de Oppenheim. It. nouem quartaſia apud pontem. anme dalwege. It. vnum iuger cum dimidio . iuxta dnas de Oppenheim. que habet Gelmannus. It. pro redditibus trium maldrorum cum dimidio ſitis in terminis ville Hanheim. que ſunt hec. Septem quartalia in campo verſus Selſen . apud dy peltenern. It. duo iugera iuxta quatuordecim iugera dnorum de Erbach. It. in secundo campo verſus Walheim . prima septem quartalia apud dye peltenern. It dimidium quartale superius apud predictam peltenern. de quibus subpignoribus — datur prefate peltenern vnus denarius Moguntinus. Que quidem subpignora in ſeculari iudicio villarum. Vndenheim. et Hanheim. reſignantibus coram.. sculteto et.. scabinis villarum earundem. prout ibidem conſuetudinis eſt et moris. Ita videlicet quod si

Digitized by Google

predictis redditus vllo vmquam tempore non ſoluerentur. dnis .. abbati et conuentui predictis. quod extunc iidem.. abbas et conuentus seu eorum . . procurator quem ad hoc deputandum duxerint . dicta bona ſiue ſubpignora auctoritate iudiciaria tollere . adire . et leuare valeant. et ſuis vſibus pro ſue voluntatis libita applicatione. contradictione qualibet penitus quieſcente. dolo et fraude quibuſlibet procul motis. — In cuius rei teſtimonium euidens et perpetuam roboris firmitatem ſigillum nostri conuentus duximus preſentibus litteris appendendum. Actum et datum anno dni. Mill°. Trecenteſimo. viceſimo. primo. II. Nonas Marcii.

Das Siegel der Aebtissin hängt wohlerhalten an. Umschrift: † S. ABBATISSE. FOATIS. S. MARIE.

---

771. Aleydis, Gräfin von Katzinelinbogen, befreit das Kl. Eberbach von dem Rheinzoll bei S. Goar u. Bopard.

***1321**, März 17.*

Orig. Urk. im K. Staatsarchiv zu Idstein.

Nos Aleydis Relicta quondam Nobilis viri dni Bertoldi comitis de Katzinelinbon Recognoſcimus | preſentibus litteris — Quod ob honorem dei — — ac grata deuocionis merita quibus Religioſi viri .. Abbas et Couentus monaſterii Ebirbacensûs — Nobis ac nostris progenitoribus ſe beniuolos exhibuerunt et deuotos, nostrorum progenitorum necnon ipsius dni nostri Bertoldi bone memorie inherendo veſtigiis Eiſdem .. Abbati et conuentui indulſimus — qnod .. abbas et fratres Conuentus predicti naues et alia eorum bona qualiacumque fuerint apud ſcum Goarem et Bopardiam ſiue per Reni alueum aſcendant vel deſcendant ſint ab omni extorſione nostri Thelonei et ab impedimento quolibet a nobis et nostris famulis in dictis Theloneis exiſtentibus

Digitized by Google

liberi et ſoluti quamdiu ídem Theloneum nostre percepcioni et ordinacioni dinoſcitur ſubiacere. In cuius rei teſtimonium ſigillum nostrum preſentibus duximus appendendum. Datum a. dni. M°. CCC°. XXI°. in die beate Gedrudis virg.

Das Siegel ist abgerissen.

---

772. Das Kl. Eberbach verpflichtet sich zu einem Jahrzins an den Mainzer Domsänger Eberhard von Stein.

1321, *Juli 1.*

Orig. Urk. im Grossh. G. Staatsarchiv zu Darmstadt.

Nos Heinricus de Rodenstein Camerarius, Emercho Scultetus, Nicolaus, Salmannus, Volgmarus | et Thulmannus Scherpeln Judices ſeculares Mogunt. preſentibus litteris profitemur et conſtare cupimus | vniuerſis, quod cum Anno Domini M°. CCC°. XXI°. feria quarta poſt feſtum beati Johannis baptiſte proxima | in Curia reuerendi patris ac dni. dni Archiepiscopi moguntini in loco ſolito et conſueto Judicio Reipub|lice quod vngebodending volgariter dicitur . ſollempniter preſideremus. Honorabilis et diſcretus vir dominus Eberhardus de Lapide Cantor in Eccleſia moguntina, ſuper redditibus Quinquaginta librarum Hallenſium bonorum et legalium, ſibi ad dies vite ſue dumtaxat ipſa et non vltra perſoluendarum de Curia Religiosorum virorum, dominorum et fratrum ordinis Ciſtercienſis Monaſterii in Erbach in Ciuitate moguntina ſita et eius Curie pertinenciis vniuerſis eidem domino Eberhardo Moguntiam, pingwiam vel Oppinheim annis ſingulis in feſto beati Johannis baptiſte vel infra octo dies poſt dictum feſtum beati Johannis continuo ſubſequentes, porrigendorum integraliter et complete, ſub hac

Digitized by Google

forma, quod ſi ipſi domini Erbacenſes predicti predictos redditus in feſto beati Johannis predicto vel infra octo dies immediate ſubſeqnentes non perſoluerint domino Eber. ſupradicto, extunc predicta Curia cum omnibus eius pertinencijs ſine contradictione alicuius hominis ad predictum dominum Eber. Cantorem ad dies vite ſue poſſidendam libere deuoluetur me Salmanno Judice predicto premiſſa publicante . poſt primum et ſecundum bannos ſuos coram nobis rite primitus conquiſitos, tercium bannum ſuum de vna celebracione reipublice ad aliam ſine medio et quolibet interuallo, abſque contradictione et reclamacioue alicuius hominis rite et racionabiliter conquiſiuit, et ſuper eiſdem redditibus a nobis confirmatis exiſtit per ſentencias Judiciarias prout Moguntie conſuetudinis eſt et iuris . Preſentibus et aſſiſtentibus Heilmanno dicto zum Seczereden, Th. Gallinhof, Heilmanno zum Salmanne, Th. Snuſewinkel et Petro Swalbach aduocatis, petro mul, Sifrido, Winthero, Jacobo, Theoderico, Sifrido et Th. budell ac alijs quampluribus fide dignis Ciuibus moguntinis. In cuius facti teſtimonium nos Heinricus de Rodinstein Camerarius, Emer. Scultetus, Nicolaus, Salmannus, Volgm. et Thulmannus iudices predicti preſentes litteras ſigillis noſtris tradimus communitas. Actum et datum anno et die quo ſupra.

An Pergamentstreifen hängen:

1. †. S. E . . . . . O RODISTEN MI. CAM'ARII MOC. } *gut erhalten.*
2. †. S'. E . . . . . ONIS SCVL . . . I MOGVNTIE . SI }
3. † S. NICOLAI SEC'LARI . . . . (mog)VNT' *(mit dem Wappen-Schild derer zum Jungen) halb abgebrochen.*
4. †. S. SALMANNI IVDICIS SECLARIS MOGT. } *gut erhalten.*
5. †. S. TVLM . . . . RE. IVDIC. SECLARIS MOGVNT. }
6. . . . . IS SECVLARIS MOGVNTIN. *Halb zerbrochen.*

Digitized by Google

773. Engilmann von Hattinheim, Edelknecht, und seine Frau Elizabeth, treten an das Kl. Eberbach alle ihre Güter ab.

1321, *Sept. 1.*

Orig. Urk. im K. Staatsarchiv zu Idstein.

Nouerint preſencium inſpectores et auditores vniuersi quod nos Engilmannus de Hattinheim armiger | et Elizabeth coniuges omnia bona noſtra immobilia in villa hattinheim et Walmelach ſita, cum | omnibus eorum pertinenciis, vineis ſcilicet .agris, domibus, ortis et cenſibus quocunque cenſeantur nomine Re,ligioſis viris dnis . . . abbati et conuentui monaſterii in Ebirbach ordinis Cyſt. contulimus et reſignauimus in figura iudicii secularis cum ſollempnitatibus debitis et conſuetis, proprietatis titulo in perpetuum poſſidenda in hunc modum videlicet quod iidem Religioſi nobis et Gudele filie noſtre triginta maldra siliginis moguntine menſure ex iſta parte ſilue creſcentis infra duo Aſſumptionis et Natiuitatis beate Marie virginis feſta, intra terminum pinguenſis et Moguntine ciuitatum preſentanda. It. duas carratas vini hunici communis in terminis ville hattinheim creſcentis iu autumpro in vaſa noſtra preſentandi, vel duas marcas denariorum colon. pro qualibet carrata vini, quando per ſterilitatem vinum non creuerit aut aeris intemperiem perierit in Reincowia et terminis eiusdem. It. sex marcas denariorum colon. tribus hallenſibus pro denario quolibet computandis, pro media parte in feſto Paſche et pro reſidua media parte in feſto beati Martini Epiſcopi dandas. It. vnum plauſtrum feni et vnum plauſtrum ſtraminum ante feſtum beati Martini predicti ſingulis annis quamdiu vixerimus nomine penſionis tribuant et perſoluant. Hac tamen conditione adiecta

Digitized by Google

quod vna perſona ex nobis tribus vniuerſe carnis viam ingreſſa tertia pars vniuerſorum redditnum predictorum ſeu penſionis Religioſis antedictis remaneat et ad eos reuoluatur. Secunda autem perſona mortua prefati Religioſi dabunt et aſſignabunt tercie perſone vita ſuperſtiti ſingulis annis quibus aduixerit quindecim maldra ſiliginis, vnam carratam vini communis, vel duas marcas pro eadem, vt dictum eſt, terciam partem plauſtri feni et terciam partem ſtraminum diebus et terminis ſupradictis vna cum duabus marcis colon. denariorum. Quos quidem redditus ſeu penſionem moguntie, vel pinguie aut intra earundem ciuitatum terminum ubi nos vel alter noſtrum voluerit, dicti Religioſi preſentare tenebuntur et aſſignare. Hoc etiam ſane prouiſo quod Johannes et Nycolaus fratres milites de Scharpinſtein conſanguinei noſtri vinum, bladum, fenum, et ſtramina tempore preſentationis et ſolutionis examinare debebunt, et ad eorum iudicium et pronunciationem ipſis rebus nos vel alter noſtrum tenebimur contentari. Predictis vero fratribus de medio ſublatis ad arbitrium et examinationem . . scultethi in hattinheim pro tempore exiſtentis, et duorum . . scabinorum ibidem prefatam penſionem debemus et tenebimur acceptare. Ceterum ſi memorati Religioſi in prefate penſionis ſolutione negligentes fuerint vel remiſſi, ſuper bona eorum in hattinheim et in Richartſhuſin judiciariam poterimus licite mouere queſtionem, et in eorum poſſeſſionem miſſi tam diu manutenere, donec de penſione et dampno ſiquidem inde nos vel aliquem noſtrum trium ſuſtinere contigerit, fuerit ſatiſfactum. Nobis etiam tribus defunctis memorati Religioſi ab huiusmodi penſionis ſoiutione erunt totabiliter abſoluti. Preterea prelibati religioſi dederunt nobis tres libras hallen-

Digitized by Google

ſium cum quibus domum noſtram in hattinheim ſitam reparare debemus et tenebimur dum optimum fuerit et neceſſe nec in aliquo pro ipſius domus reparatione obligati iidem religioſi erunt vel aſtricti. In quorum omnium et ſingulorum teſtimonium preſentes litteras sigillo Johannis de Scarpinſtein militis prenotati, quia ego Engilmannus sigillo proprio careo, fecimus communiri. Et ego Johannes miles de Scharpinſtein antedictus sigillum meum ad peticionem dictorum religioſorum et Engilmanni ac eius uxoris appendi preſentibus in teſtimonium rei geſte. Datum anno dni M°. CCC°. XXI°. Kal. Septembr.

Das anhangende Siegel — in rothem Wachs — ist ziemlich gut erhalten. Umschrift: † S. IOHAIS. DE SC(ar)PENSTEN. MIAITIS.

---

774. Benigna, des Ritters W. Umbescheiden nachgelassene Tochter, verfügt über die Crescenz auf ihren Gütern bei Guntirsblumen.

—

***1321**, Dec. 21.*

Orig. Urk. im K. Staatsarchiv zu Idstein.

Vniuerſis et singulis preſencium literarum inſpectoribus Pateat euidenter Quod ego Benigna relicta quondam | Wernheri militis dicti Umbeſcheiden conſideratis eterne vite premiis prouida deliberacione prehabita de | beneplacito et aſſenſu Petri militis mei germani et Gerhardi dicti Rattan militis Nati mei Johannis tutorum | legaui et legando ordinaui omnes fructus tempore meſſis prime poſtqnam ingreſſa fuero viam carnis vniuerſe quos ab agris meis aput villas Alſheim et Guntirſblumen ac in earundem villarum

Digitized by Google

terminis ſitis viua et ſuperſtes forem receptura secundum formam alias in litera teſtatoria contentam quam ſigillis ciuium diſcretorum videlicet Heylmanni bruningi ac voltzonis de Alceya teneo roboratam In mee anime ac omnium progenitorum meorum salubre remedium diſtribuendos piis locis. Ad maiorem igitur euidenciam et teſtimonium omnium premiſſorum sigilla militum predictorum preſentibns ſunt appenſa. Datum et actum anno dni M°. CCC°. XXI°. In die ſci Thome apoſtoli.

Das erste Siegel ist abgerissen; das zweite, des Ritters G. Rattan, mit rückwärts laufender Umschrift, ist sehr beschädigt.

---

775. Mathias, erwählter Erzbischof von Mainz, gewährt den im Rheingau belegenen Gütern des Kl. Eberbach Steuerfreiheit auf drei Jahre.

1321, *Dec. 29.*

Orig. Urk. im K. Staatsarchiv zu Idstein.

Nos Mathias dei et apostolice sedis gratia ſce Moguntine sedis Electus Recognoſcimus quod ob reuerentiam glorioſe et beatiſſime dei genitricis virginis Marie nec non | ob grata et accepta ſeruicia per Religioſos viros ac in Chriſto nobis dilectos . . Abbatem et conuentum monaſterii Ebirbacensis ordinis Cyſterc. nostre dyocesis nobis benivole et gratanter impenſa eiſdem . . abbati et conuentui hanc gratiam duximus faciendam quod bona quecumque eorundem . . abbatis et conuentus per Rinkowiam ſita a contribucione ſeu ſolucione sturarum et precariarum per triennium continuum a data preſentium computanda habere volumus ſupportata et presentibus litteris ſupportamus. Volentes et officiatis noſtris nichilominus inhibentes ne eoſdem abbatem et conuentum

contra hanc nostram gratiam per nos eis factam ad contribucionem seu exsolucionem sturarum et precariarum aliquarum, de ipsorum bonis in Rinkowia ut premittitur sitis, faciendam pendente predicto triennio aliqualiter arceant vel conpellant. Dantes super eo has litteras sigillo Electionis nostre communitas. Datum Lorch. IIIIto Kalendas Januarii. Anno dni Millesimo. Trecentesimo vicesimo primo.

Ein Bruchstück des Siegels hängt an:

. . . . . MOGVNT. SED' ELECTI.

---

776. Papst Johannes XXII. ernennt Conservatoren zum Schutz der Besitzungen und Rechte des Kl. Eberbach.

1322, *Mai 21.*

Original-Bulle im K. Staatsarchiv zu Idstein.

Johannes episcopus seruus seruorum dei. Dilectis filiis . . Herbipolensi et . . sancte Marie ad gradus Maguntine ac . . sancte Marie ad gradus Colonienſis ecclesiarum decanis Salutem et apostolicam benedictionem. Militanti ecclesie licet immeriti disponente domino presidentes circa curam ecclesiarum et Monasteriorum omnium tam secularium quam regularium solertia reddimur indefessa soliciti . ut iuxta debitum pastoralis officii eorum occuramus dispendiis et profectibus diuina cooperante clementia salubriter intendamus. Sane | dilectorum filiorum . . Abbatis et Conuentus Monasterii in Ebirbach Cisterc. ordinis Maguntine diocesis conquestione percepimus quod nonnulli Venerabiles fratres nostri Archiepiscopi et Episcopi, Abbates et alii clerici cetereque persone tam religiose quam seculeres nec non Duces, Marchiones, Comites et Barones, Nobiles, Milites, Vniuersitates et alii

Digitized by Google

ſeculares laici Ciuitatis et dioceſis Maguntine ac parcium vicinarum in quibus dictum Monaſterium et alia loca et membra eidem monaſterio immediate ſubiecta conſiſtere dinoſcuntur, occuparunt et occupari fecerunt eccleſias, capellas, grangias, obedientias, Caſtra, Caſalia, Villas, domos, terras, poſſeſſiones, vineas, prata, paſcua, nemora, manecia, molendina, cenſus, redditus et prouentus, penſiones, iura, iuriſdictiones et nonnulla | alia bona mobilia et immobilia ad dictum monasterium et alia prelibata eius membra ſpectantia ſeu eadem detinentibus preſtant auxilium conſilium vel fauorem. Nonnulli etiam Ciuitatum dioceſis et partium uicinarum qui nomen domini in uacuum | recipere non formidant, dictis Abbati et Conuentui in ecclesiis, capellis, grangiis, obedientiis, Caſtris, Caſalibus, Villis, domibus, terris, poſſeſſionibus, vineis, pratis, paſcuis, nemoribus, manetiis, molendinis, censibus, redditibus et prouentibus, penſionibus, | iuribus, iurisdictionibus ac bonis prefatis et rebus aliis ad Monaſterium ipſum et membra ipſius ſpectantibus multiplices iniurias inferunt et iacturas, Quare dicti Abbas et Conuentus nobis humiliter ſupplicarunt ut cum valde difficile reddatur | eiſdem pro ſingulis querelis ad apoſtolicam ſedem habere recurſum, prouidere eis ſuper hoc paterna diligentia curaremus. Nos igitur aduerſus Occupatores, detentores, preſumptores, moleſtatores et iniuriatores huius modi illo uolentes eis remedio | ſubuenire per quod ipſurum compeſcatur temeritas et aliis aditus committendi ſimilia precludatur, diſcretioni veſtre per apoſtolica ſcripta mandamus, quatinus uos uel duo aut unus uestrum per uos uel alium ſeu alios etiam ſi ſint extra loca in quibus | deputati eſtis Conſeruatores et Iudices eiſdem Abbati et Conuentui efficacis defenſionis preſidio aſſiſtentes non per-

Digitized by Google

mittatis eos ſuper hiis et quibuſlibet aliis bonis et iuribus ad ipſos ſeu dictum Monaſterium et membra ipſius ſpectantibus, ab eiſdem et quibuſlibet aliis indebite moleſtari nec eis grauamina ſeu dampna aut iniurias irrogari. facturi ipsis Abbati et Conuentui cum ab eis uel eorum aliquo ſeu procuratore aut procuratoribus eorundem fueritis requiſiti de predictis et aliis | perſonis quibuſlibet ſuper reſtitutione ecclesiarum, Capellarum, grangiarum, obedientiarum, Caſtrorum, Caſalium, Villarum, domorum, terrarum, poſſeſſionum, vinearum, pratorum, paſcuorum, nemorum, Molendinorum, cenſuum, penſionum, iurium iuriſdictionum et aliorum | bonorum predictorum, reddituum quoque et pronentuum et aliorum quorumcunque bonorum et rerum necnon et de quibuſlibet iniuriis moleſtiis atque dampnis preſentibus et futuris in illis uidelicet que iudicialem requirunt indaginem de plano ſine ſtre-| pitu et figura iudicii. In aliis uero prout qualitas ipsorum exegerit iustitie complementum. occupatores ſeu detentores moleſtatores preſumptores et iuiuriatores huiuſmodi necnon Contradictores quoſlibet et rebelles cuiuſcunque ſtatus ordinis | uel conditionis etiam ſi Archiepiscopalis uel Episcopalis dignitatis extiterint. quandocunque et quotienſcunque expedierit auctoritate nostra appellatione poſtpoſita compeſcendo. Jnuocato ad hoc ſi opus fuerit auxilio brachii ſecularis. Non obſtantibus | felicis recordationis Bonifacii pape VIII. predeceſſoris nostri in quibus cauetur ne aliquis extra ſuam Ciuitatem et dioceſim niſi in certis caſibus et in illis ultra unam dietam a fine sue diocesis ad iudicium euocetur. Seu ne Iudices et Conſeruatores a ſede deputati predicta extra Ciuitates et dioceses in quibus deputati fuerint contra quoſcunque procedere ſiue alii uel aliis uices ſuas com-

Digitized by Google

mittere aut aliquos ultra unam dietam a fine dioceſis eorundem trahere preſumant. Siue quod de aliis quam de manifeſtis iniuriis et uiolentiis et aliis que iudicialem indaginem exigunt. penis in eis ſi ſecus egerint, et in id procurantes adiectis Conſeruatores ſe nullatenus intromittant. Et tam de duabus dietis in Concilio generali dummodo ultra Tertiam uel Quartam dietam aliquis extra ſuam Ciuitatem et dioceſim auctoritate preſentium ad iudicium non trahatur quam aliis quibuſcunque constitutionibus a predeceſſoribus nostris Romanis Pontificibus. tam de Iudicibus delegatis et Conſeruatoribus quam perſonis ultra certum numerum ad iudicium non uocandis aut aliis editis que ueſtre poſſent in hac parte iuriſdictioni aut poteſtati eiuſque libero exercitio quomodolibet obuiare. Seu ſi aliqui bus communiter uel diuiſim a predicta ſit ſede indultum quod interdici ſuſpendi uel excommunicari ſeu extra uel ultra certa loca ad iudicium euocare non poſſint per litteras apoſtolicas non facientes plenam et expreſſam ac de | uerbo ad uerbum de indulto huiusmodi et eorum perſonis locis ordinibus et nominibus propriis mentionem et qualibet alia dicte ſedis indulgentia generali uel ſpeciali cuiuſcunque tenoris exiſtat per quam preſentibus non expreſſam uel totaliter non inſertam ueſtre iuriſdictionis explicatio ualeat quomodolibet impediri et de qua cuiuſque toto tenore de uerbo ad uerbum in nostris litteris habenda ſit mentio ſpecialis. Ceterum uolumus et apoſtolica auctoritate decernimus quod quilibet ueſtrum proſequi ualeat articulum etiam per alium inchoatum quamuis idem inchoans nullo fuerit impedimento canonico impeditus quodque a dato preſentium ſit uobis et unicuique ueſtrum in premiſſis | omnibus et eorum ſingulis ceptis et non ceptis preſentibus

Digitized by Google

et futuris perpetuata poteſtas et iuriſdictio attributa ut eo uigore eaque firmitate poſſitis in premiſſis omnibus ceptis et non ceptis preſentibus et futuris | et pro predictis procedere. ac ſi predicta omnia et ſingula coram nobis cepta fuiſſent et iuriſdictio ueſtra et cuiuſlibet ueſtrum in predictis omnibus et ſingulis per citationem uel modum alium perpetuata legitimum exti|tiſſet. Conſtitucione predicta ſuper Conſeruatoribus et alia qualibet in contrarium edita non obſtante. Datum Auinione v°. Kal. Junij. | Pontificatus nostri Anno Sexto.

An hänfener Schnur hängt das wohlerhaltene Blei.

Inschrift: IOHA
NNES
PP XXII.

---

777. Theoderich von Lurinburg, Ritter, und Gertrud, Eheleute, schenken ihre Güter in Hattinhusen zur Dotirung der Eberbacher Hof-Kapelle in Lympurg.

—

***1322**, Mai 30.*

Orig. Urk. im K. Staatsarchiv zu Idstein.

In dei nomine Amen. Nos Theodericus de Lurinburg miles et Gertrudis | coniuges ad vniuerſorum peruenire volumus noticiam preſentibus publice proteſtantes | Quod nos matura prehabita deliberatione, facta prius per nos et Sophiam, matrem mei | Theoderici predicti renunciacionem debita et legittima mente et corpore dei gracia incolu|mes bona nostra in Hattinhuſen cum omnibus pertinentiis cenſibus ſuis et

Digitized by Google

juribus quocumque cenſeantur uel nuncupentur vocabulo que quidem bona ego Theodericus nomine vere dotis aſſignaui et tribui Gertrudi mee legittime prenotate, accedente ad hoc eciam extunc conſenſu matris mee ſupradicte, damus aſſignamus ot deputamus rite et racionabiliter ad Capellam que nunc de nouo conſtruitur in Curia et inmediate juxta ipsam curiam dominorum de Erbach ſitam in oppido Lympurg Ita vt in eadem Capella pro remedio et ſalute animarum nostrarum, nostrorumque progenitorum miſſa per ydoneum sacerdotem de Erbach perpetuis futuris temporibus habeatur Reſignantes et transferentes iam actu mediam partem preſcriptorum bonorum cum omnibus iuribus et obuencionibus ad eandem mediam partem ſpectantibus ad vtilitatem et vſufructum Capelle prelibate, Reliquam vero mediam partem cum omnibus ſuis pertinenciis apud me Gerdrudim et pro mea vtilitate duntaxat ad dies vite mee volumus permanere pacifice et quiete. Poſtquam autem ego Gerdrudis iam dicta diuina precipiente clemencia de medio ſublata fuero extunc preſcripta bona omnia et tota cum omnibus pertinentiis ſuis vt premittitur ad Capellam ſepedictam in dei miniſterium libere et integre deuoluentur, ac deuoluta eſſe preſentibus proteſtamur. Teſtes ad hoc ſpecialiter vocati ſunt ... frater Theodericus de Erbach. Heyno miles de Lurinburg cum vxore ſua legitima, Wycpertus et Walterus junior armigeri et quam plures alii fidedigni. In qnorum robur et euidenciam hanc literam sigillo mei Theoderici et sigillo predicti Heynonis militum de Lurinburg preſcriptorum tradimus conſignatam. Ego vero Heyno recognoſco me ad rogatum Theoderici et Gerdrudis coniugum prefatorum meum sigillum appoſuiſſe huic ſcrip-

Digitized by Google

to in teſtimonium premiſſorum. Datum et actum Anno dni M°. CCC°- XXII. In feſto Penthecoſtes.

An Pergamentſtreifen hängen

1. † S. DIDĪCI MILIT. DE LURĪBG. *(Schrägbalken von der R. zur L., darüber zur L. 6, darunter zur R. 4 Steine).*
2. † S' HYNO . . . . . ITIS DE LURIBUR. *(Balken als Schildesrand, darunter 3 (2 — 1) Lilien.)*

---

778. Der Bürger Rulmann zu Lympurg vertauſcht ſeine Güter zu Bubinheim gegen die des Kl. Gnadenthal zu Heringin.

1322, *Juni 23.*

Orig. Urk. im K. Staatsarchiv zu Idſtein.

Nos Lucardis abbatiſſa totusque conuentus ſanctimonialium monaſterii vallis gracie ordinis Cyſterc. Treuerensis dyoc. vniuerſis has literas viſuris | et audituris in perpetuum notum facimus publice profitendo Quod de ſcitu et conſenſu reuerendi in Chriſto patris et dni nostri dni . . . abbatis monaſterii de | loco ſce Marie nobis pro viſitatore dati conſiderata in eo vtilitate monaſterii nostri tradidimus tradimus damus et aſſignamus per modum permutationis conſenſu unanimi Rulmanno dicto under din Gademin opidano Lympurgensi et quibus ipse donauerit ſeu deputauerit bona nostra in heringin que colit Waltherus filius weningin ſoluens inde annuatim in penſione duodecim maldra filiginis, maldrum auene menſure Lympurgensis, decem et octo denarios cenſuales cum pullo carniſpriuiali ut idem Rul. et quibus ipse deputauerit eadem bona perpetuo teneant et poſſideant pleno iure et dominio quibus ea poſſedimus uſque modo. Pro quibus bonis ipse Rulmannus nobis e conuerſo reſtituit bona ſua in

Digitized by Google

Bubinheim que Heynricus dictus papa tenet et colit ſoluens inde annuatim in penſione ſex maldra tritici, quinque maldra ſiliginis, maldrum piſe, duos ſolidos cenſuales cum pullo | carniſpriuiali que bona in Bubinheym iam dicta apud nos et nostrum monaſterium pleno jure perpetuo permanebunt. Hanc quoque permutationem | promittimus ratam et firmam perpetuo tenere et non contra facere vel venire in judicio ſeu extra aliqua arte ingenio ſiue causa, omnibus exceptionibus et defenſionibus juris canonici et ciuilis penitus renunciantes. In cuius rei teſtimonium domini nostri abbatis predicti sigillum ad peticionem nostram una cum nostro sigillo preſentibus literis ſunt appenſa. Et nos abbas memoratus premiſſa vera eſſe nosque ad conſenſum nostrum adhibuiſſe recognoſcentes sigillum nostrum ad rogatum .. abbatiſſe et conuentus predictorum duximus preſentibus in teſtimonium apponere. Actum et datum anno dni. M°.CCC°.XXII°. in vigilia beati Johannis baptiſte ſcilic. natiuitatis eius.

Von jedem der beiden anhangenden Siegel ist nur noch ein Stück vorhanden.

779. Gerhard, Graf von Jülich, befreit das Kl. Eberbach von Entrichtung seiner Rheinzölle.

1322, *Juni 30.*

Orig. Urk. im K. Staatsarchiv zu Idstein

Vniuerſis ad quos preſentes littere peruenerint Nos ... Gerhardus comes Juliacenſis notum facimus quod attendentes merita | et deuocionem que vel quam viri Religioſi Dnus .. Abbas et conuentus Monaſterii Ebyrbacenſis ord. Ciſterc. Moguntine dyoceſis | erga nos et

Digitized by Google

progenitores nostros ſemper geſſerunt pro nobis et nostris heredibus libertamus eoſdem per preſentes Ita quod omnia vina bona eorum cuiuſcumque generis exiſtunt et annona Renum deſcendendo uſque Coloniam et aſcendendo eciam bona quecumque ad ſuſtentacionem perſonarum predicti Monaſterii pertinencia in omnibus locis vbi ea nunc habemus vel in futurum conſequi poterimus abſque omni exactione thelonei libere et ſine inpedimento quolibet pertranſibunt et id volumus et mandamus ab omnibus cuſtodibus theloneorum nostrorum ſiue ea obligauerimus vel vendiderimus aut reſeruauerimus nobis ipsis pro nobis et noſtris heredibus eis firmiter obſeruari Quia a diuis Imperatoribus et Regibus Romanis de non dandis theloneis de bonis ſuis ſunt vbilibet libertati. In cuius rei teſtimonium ſigillum nostrum preſentibus literis duximus appendendum. Datum anno dni M°.CCC°. viceſimo ſecundo in craſtino Petri et Pauli apostolorum.

Von dem an Pergamentstreifen anhängenden schönen Reitersiegel ist ein Stück weggebrochen. Umschrift:

†. S. GERHARDI COMITIS. IVLIACE(nsis).

---

780. Johann von Silberberg, Priester zu Bacherach, schenkt dem Kl. Eberbach sein Haus zu Wesel.

1322, *Juli 6.*

Orig. Urk. im K. Staatsarchiv zu Idstein.

Nos Fr. Wilhelmus abbas totusque conuentus mon. Eberbacensis Cyſterc. ordinis dyocesis Moguntine | ad vniuerſorum noticiam cupimus peruenire quod dns Johannes ſacerdos de Bacheraco dictus de Silberberge | diuina inſpiratus gratia nostro monaſterio predicto domum ſuam in Weſalia contiguam curie nostre

Digitized by Google

cum omnibus attinentiis circumquaquam et omniquaquam ſitis contulit. aſſignauit et donauit donacione legitima inter viuos condicione hac adiecta videlicet vt perpetim in anniuerſario prefati Johannis quod in vigilia apostolorum Petri et Pauli peragemus vnam marcam in piſcibus ſuper Refectorium nostrum miniſtrabimus in ipſius et omnium progenitorum eius animarum remedium ſalutare. Inſuper nos et noſtrum monaſterium predictum non ſolum ob hanc gratiam nobis factam ſed etiam propter multiplicia pietatis beneficia nostro monaſterio ab eodem dno Johanne impenſa ipſi et dne Katherine relicte quondam Petri de Perſcheder ſorori eius vterine facimus et fecimus gratiam relatiuam. quod iidem eandem domum nobis et nostro monaſterio ſic collatam vna cum tota curia et domo nostra perſonaliter inhabitare diebus quibus aduixerint poterunt et inhabitandi facultatem habebunt. Debent etiam abbatem. cellerarium et sindicum monaſterii nostri qui pro tempore fuerint ſub propriis expenſis fauorabiliter ad dictum hoſpicium recipere nec ceteras perſonas monaſterii nostri niſi voluerint ex fauore et amicitia ſpeciali. Si perſonaliter inhabitare noluerint ſimul vel ſeparatim nulli hominum uel amicorum eaſdem domos cum attinentiis locare ad inhabitandum uel ad alios uſus quoſcumque valebunt uel poſſe habebunt ullo modo. ſed nos poſſumus ſepedictas domos cum attinentiis inhabitare vel locare aliis ad nostre libitum voluntatis. Acta ſunt hec omnia et ſingula cum debitis ſollempnitatibus Weſalie in figura judicii ſecularis. Huic eciam donacioni et ordinacioni intererant ſubnotati. videlicet Martinus viceſcultetus filius Martini albi, Idem Martinus albus, Johannes in Kirgaſſin ſcabini et alii quamplures ſexus vtriuſque. Actum et

Digitized by Google

datum a. dni. M°. CCC°. XXII°. in octaua Petri et Pauli apostolorum.

Von dem Siegel des Abtes hängt noch ein Bruchstück an.

---

781. Johann, König von Böhmen, befreit das Kl. Eberbach von der Entrichtung des Rheinzolls zu Bacherac.

1322, *Juli 17.*

Orig. Urk. im K. Staatsarchiv zu Idstein.

Johannes dei gratia Boemie et Polonie rex. Lucemburgenſis comes Marchieque | dominus. fideli noſtro Theloniario in Bacheraco. qui nunc eſt. et pro tempore fuerit | gratiam ſuam et omne bonum. Expoſuerunt nobis honorabiles et religioſi viri .. abbas | et conuentus monaſterii Eberbacenſis quod virtute priuilegiorum ſuorum quibus ſunt muniti | per alueum Reni. cum vino. blado et aliis rebus ſuis ſine aliqua Thelonei ſolutione deſcendere et aſcendere valeant atque poſſint. In qua gratia et libertate | ipſos preſeruare volentes vobis precipimus et mandamus quatinus bona et res | predictorum abbatis et conuentus monaſterii Eberbacenſis ſine omni thelonei exactione de|ſcendere et aſcendere libere permittatis, nichil ab ipſis in preiudicium priuilegiorum ipſorum | penitus exigentes. Datum in Bacheraco. XVI. Kal. Auguſti. Regnorum noſtrorum anno | vndecimo.

Ungesiegelt.

---

782. In einer Klagsache gegen Gertrud Wygel von Eschenouwe, Witwe, wegen Unterhaltung der Mühle daselbst, wird Termin angesetzt.

1322, *Juli 29.*

Orig. Urk. im K. Staatsarchiv zu Idstein.

Coram nobis domino ... cantore ecclesie Wetflariensis judice a sede apostolica delegato dicit et proponit in

Digitized by Google

iure | Rorung cantor ecclesie Wileburgenſis contra Gertrudim relictam quondam Wygel de Eſchenouwe opidani | Limpurgenſis quod cum dicta relicta habuerit molendinum in villa Eſchenouwe ſitum a predicto actore pro | anno quinderim solidorum Colon. cenſu sub hac condicione quod molendinum deberet congruis edificiis ne rui|nam per eius negligenciam pateretur conſeruare et quod idem molendinum iam longo tempore tranſacto in tantum devaſtatum eſt quod nullus hominum poteſt molire in eodem prefata Gertrudis sub pena viginti marcarum coram teſtibus probis et honeſtis ſe voluntarie obligauit quod ſi ante feſtum penthecoſtes quod erat sub anno dni M°. CCC°. XVI°. dictum molendinum in conſuetis edificiis non reparet viginti marcarum predicto actori pene nomine perſoluere teneretur et inſuper ipſum molendinum reedificare. Quare petiuit predictus actor prefatam Gertrudim ream cum vobis de premiſſis quamcunque sufficiat conſtiterit ad tradendum sibi dictarum viginti marcarum racione pene et nichilominus ad ipſum molendinum reficiendum prout ſe aſtrinxit per vos ſententialiter condempnari et cenſura qua conuenit ad id compelli. facta eſt copia huius libelli parti aduerſi cui reſpondebitur iu craſtino natiuitatis beate virginis marie. Datum anno dni M°. CCC°. XXII°. Feria quinta post diem beati Jacobi apoſtoli.

An Pergamentstreifen hängt noch ein Stückchen des Siegels.

---

783. Conrad von Rudinsheim, Ritter, u. seine Familie stiften für den Allerheiligen-Altar im Kl. Eberbach eine Jahresrente.

1322, Aug. 15.

Orig. Urk. im K. Staatsarchiv zu Idstein.

Nouerint vniuerſi preſencium inſpectores et auditores

Digitized by Google

quod nos Cunradus miles de Rudinſheim | et Byzela coniuges ac Cunradus miles noſter filius decem maldrorum siliginis pin|gwensis menſure annuos redditus, quos Arnoldus dictus Stemeler de Armiſheim de | quibuſdam bonis ibidem ſitis dare conſueuit, ac eciam nobis preſentauit, Religioſis viris dnis . . Abbati et conuentui monaſterii in Ebirbach ord. Cyſterc. ad dotacionem altaris omnium ſanctorum ibidem conſtructo dedimus et contulimus in animarum nostrarum remedium et ſalutem optinendos in perpetuum et poſſidendos. In cuius rei teſtimonium et euidenciam pleniorem preſentes literas eiſdem Religioſis sigillo mei Cunradi senioris appenſo tradidimus communitas. Datum Anno dni. M°. CCC°. XXII°. In feſto Aſſumptionis beate Marie virginis.

An Pergamentstreifen hängt noch die Hälfte von dem Siegel des Ausstellers.

---

784. Methildis von Nassau, verwittw. Rhein-Pfalzgräfin, befreit das Kl. Eberbach vom Rheinzoll in Furstenberg u. Bacharach.

1322, *Oct. 20.*

Orig. Urk. im K. Staatsarchiv zu Idstein.

Nos Methildis dei gratia comitissa palatina Remi duciſſa Bawarie notum facimus presencium inſpectoribus vniuerſis . Quod in remedium | anime noſtre et quondam dni et conthoralis nostri karissimi. dni Rudolfi incliti Comitis Palat. Reni ducis Bawarie nec non animarum progenitorum nostrorum dno . . venerabili . . abbati . . fratribus et cenobio in Eberbach ordinis cyſterc. hanc gratiam fecimus vna cum | conſenſu et voluntate Johannis comitis de Naſſauwia patrui et Tutoris noſtri karissimi ut Naues ſue vino frumento ſeu quibuscumque aliis victualibus onerate per diſtrictum nostrum aput

Digitized by Google

Furſtenberg et Bacheracum deorſum et ſurſum in Reno ſine applicatione et conductus ſiue Thelonei nec non denariorum qui uulgariter knappenpfenninge dicuntur exactione ſolute et libere vite nostre temporibus tranſvehantur. Ita tamen quod ipsi vel eorum fidedigni nuncii predicta vinum frumentum et victualia alia declarent ſub debito obediencie et ordinis vel iuramenti ſi perſone religioſe non fuerint de propriis crementis redditibus ſeu prouentibus, agriculturis et vinetis et non per modum alium ſibi et ſuo cenobio attinere. Volumus eciam ut ſi predictum conductum ſeu theloneum aput Bacheracum. per obligacionem ſeu quemcunque modum alium in alium vel alios tranſtulerimus predicto cenobio Eberbacenſi huiusmodi gratia ei per nos facta rata et inconuulſa penitus conſeruetur. Dantes nostris officialibus et procuratoribus firmiter in mandatis vt prelibatis dno .. abbati fratribus et cenobio Eberbacensi eandem graciam ipsis per nos factam ratam et illibatam conſeruent ſicut noſtram indignacionem voluerint euitare. In cuius rei teſtimonium preſentes damus. sigilli nostri robore communitas. Inſuper ego Johannes comes predictus profiteor in hiis ſcriptis quod gratie per dominam meam duciſſam eidem dno ... Abbati. fratribus et cenobio Eberbacenſi vt premittitur facte cum appenſione ſigilli mei meum adhibeo conſenſum voluntarium et expreſſum. Datum in Heidelberch anno dni Milleſimo Trecenteſimo. viceſimo ſecundo feria quarta proxima poſt diem beati Luce ewangeliste.

Zwei Siegel hängen wohlerhalten an. Umschrift:

1. I. R. M. SIGILLVM. SECRET. *(Im Schild der gekrönte Pfälzer Löwe.)*
2. † S. IOHANNIS. COMITIS DE NASSAWE. *(Im Schilde der ungekrönte Löwe der Nassauer.)*

Digitized by Google

785. Der Convent in Bruninberg verkauft den Steynacker an Colemann zu Brie.

1322, *Nov. 25.*

Orig. Urk. im K. Staatsarchiv zu Idstein.

Vniuerſis preſencia viſuris et audituris facimus fore notum ac tenore preſencium publice profi|temur quod Nos..abbatiſſa et conuentus coenobii in Bruninberg vnanimiter voluntarie vendi|dimus. et preſentibus vendimus in hiis ſcriptis quendam agrum nostrum dictum ſteynacker ſitum intra villam Brie et Peterſpeie dictum vf der auwin diſcreto viro Colemanno scultheto de Brie in perpetuum tamquam pro bono ſuo hereditario poſſidendo. In cuius rei testimonium sigillum nostri conuentus firmiter duximus preſentibus apponendum. Actum et datum a. dni. M°. CCC°. XXII°. in die Katherine virginis. Septimo Kal. Decembris.

Von dem anhängenden Siegel des Convents fehlt ein Stück. Umschrift: †. S. CONVE ..... VM. IN. BRVNENBVRGH.

---

786. Abt Wilhelm zu Eberbach recognoscirt das Testament der Begine Methildis zu Bopard.

1322, *Nov. 30.*

Orig. Urk. im K. Staatsarchiv zu Idstein.

In nomine ſce et indiuidue Trinitatis. Amen. Ego Methildis begina opidana Bopardiensis dicta de Speye compos mentis et corporis conſiderans bre|ves et dubios esse dies vite hominum ſuper terram mortis certe quam euadere non valeo hore incertitudinem diuina cooperante gratia precauere cupio | ſaluis tamen et inconuulſis duraturis omnibus et ſingulis teſtamentis irreuocabiliter in

Digitized by Google

mea vltima voluntate antea per me factis — teſtamentum meum de vniuerſis bonis meis — ſecundum hunc modum condo et ordino in hiis ſcriptis. Primo videlicet do et lego — quinque marcas parochiali ecclesie Bopardiensi pro dimidia marca perpetui cenſus comparanda hac condicione adiecta ſcilicet quod predicte quinque marce colon. denariorum infra annum immediate obitum meum ſequentem a canonicis antedicte ecclesie bopardiensis debent pro huiuſmodi reditibus — erogari et XII°. Kal. Julij anniuersarium meum necnon Metze aue mee, Alberti auunculi, Minthe matertere, Elizabet matris mee et Wolframi patris mei atque omnium progenitorum meorum vtriuſque ſexus prefate ecclesie canonici fideliter et ſollempniter peragant ſicut aliorum benefactorum ipsorum anniuerſaria peragere conſueuerunt. Quocienscunque uero hoc nostrum anniuerſarium cum vigiliis et miſſis ſic peragere neglexeriut tociens predictam dimidiam marcam quam ego ipsis donaui vna cum dimidia marca per Albertum auuuculum meum prenotatum ſepedictis eccleſie et canonicis et ſociis ſeu uicariis legata monasterio Ebirbacensi iidem canonici abſque contradictione qualibet aſſignabunt. Item modo predicto do et lego hoſpitali pauperum Bopardie quatuor ſolidos colon. perpetui cenſus cum quatuor marcis comparandis pauperibus infirmis in dicto hoſpitali decumbentibus ſecundum prouiſorum conſcientias integraliter miniſtrandos et mei ac omnium parentum meorum memoriam penes hoſpitalis conſwetudinem ſacerdos in eodem hoſpitali celebrans facere tenebitur temporibus oportunis. Quod ſi neglectum fuerit eoſdem quatuor ſolidos colon. canonicis ecclesie Bopardiensis prouiſores dicti hoſpitalis totaliter preſentabunt. Item do et lego — fratribus Carmelitis

Digitized by Google

Bopardie reſidentibus quatuor marcas pro quatuor ſolidis colon. perpetui cenſus erogandas ita quod eoſdem quatuor ſolidos fratribus XV⁰. Kalend. Julii quando meum ac omnium progenitorum meorum ſuperius expreſſorum anniuerſarium peragent ſecundum ordinis ipſorum conſwetudinem pro pitancia in refectorio eorum in piſcibus ac aliis neceſſariis prouiſores dictorum fratrum diſtribuant generali. Si uero dictum anniuerſarium aut pitancie miniſtrationem ſepedicti fratres aliquo anno negligerent, illo et quociens neglexerint quatuor ſolidos ad idem opus faciendum canonicis ecclesie Bopardiensis prefatis dare tenebuntur. Item do et lego iisdem fratribus vnam carratam communis vini et duas marcas ad ſtructuram ſeu edificia ecclesie eorundem. Inſuper do et lego cuilibet fratrum ordinis ſacerdotalis apud eoſdem quindecim denarios col. et aliis fratribus inferiorum ordinum duodecim denarios ut mei et meorum parentum in ipsorum orationibus et miſſis habeant memoriam fideliter et deuote. Item do et lego fratri Heinrico de kettingin tres marcas si Bopardie fuerit tempore mee mortis. It. do et lego monialibus de monte ſce Marie extra muros Bopardienses duas marcas pro duorum ſolidorum redditibus diſtribuendas qui egrotantibus monialibus in ipſorum infirmitorio miniſtrabuntur et ſecundum conſwetudinem nostrum anniuerſarium XII⁰. Kalend. Julii peragant apud eas hactenus obſeruatam. Quod ſi neglexerint eoſdem duos ſolidos canonicis ecclesie Bopardiensis aſſignabunt. Item do et lego vnum ſolidum col. monialibus ſuper monte Pedernacenſi reſidentibus que domus quam Thilmannus dictus Narchin inhabitat apud puteum in Bitzella ſita mihi ſoluit annuatim ut anniuerſarium nostrum peragere ſtudeant tempore antedicto. It. do et

Digitized by Google

lego ad primam miſſam parochie in Oſterſpeye omnes prouentus bonorum meorum in villa Eſchebach ſitorum iure hereditario Rittgero cognato meo inibi habitanti locatorum pro nouem Sumerinis ſiliginis et duobus pullis tali condicione quod ſacerdoti plebano predictam ecclesiam officianti de eiſdem redditibus vnus ſolidus colon. annuatim cedat ut nostrum anniuerſarium peragat tempore ſepedicto, reſiduum vero illorum reddituum annis ſingulis ſacerdos in eadem ecclesia primam miſſam tenens in mee ac omnium progenitorum animarum remedium in vſus proprios reſeruabit. It. do et lego quatuor amas hunici vini in curia Ebirbacensi inferiori peregrinis pauperibus annuatim aquis euntibus et redeuntibus integraliter tribuendas quarum due ame cedent et miniſtrabuntur de vinea mea ex oppoſito opidi Bopardie ſita a primo teſtamento meo excepta nominatim, quam vineam monaſterium Ebirbacenſe cauſa huiusmodi elemoſine perpetim poſſidebit. It. due ame dabuntur de duabus peciis vinearum dictis zume gibele in hammone ſitis que fuerunt dicti Johannis camerarii de Wormacia ad dictum pietatis opus. Si uero predicte quatuor ame vini taliter erogate non fuerint magister Curie eaſdem quatuor amas hunici vini canonicis ecclesie Bopardiensis quibuscunque temporibus ſic neglecte fuerint aſſignabit. It. do et lego ad cimiterium ecclesie Bopardiensis dilatandum et ad nullam aliam cauſam octoginta nouem marcas denar. colon. et quiuque libras groſſorum Thuronensium quos dns Heinricus Bawarus sculthetus Bopardiensis mihi tenetur ratione debiti quod tenebatur Alberto anunculo meo memorato. fideiuſſores vero pro octoginta marcis ſunt Cunradus Vos, Hello et Rulmannus ſcabini Bopardie. aliarum autem nouem marcarum fideiuſſores ſunt

Digitized by Google

Cunradus Vos predictus Gobelo quondam ſcriptor ciuitatis. Inſuper volo ſi ſepedicte ecclesie canonici et vniuerſitas Bopardie hec debita petere et iuris ſuffragio infra biennium extorquere neglexerint ac cimiterium cum optenta pecunia minime dilatauerint loca dum ad hoc apta poterunt inuenire ex tunc manufideles mei eadem debita ad quaſcunque perſonas et loca diuino ſeruicio aptas in nostrarum animarum remedium tranſferendi ſecundum ſuas conſciencias plenam habeant poteſtatem. Item do et lego vnam marcam colon. denariorum, Duos lectos, quatuor linteamina hoſpitali pauperum Bopardie cum quatuor cuſſinis ad ipsorum neceſſitatem euidentem. necnon vnam marcam ad altare. It. do et lego ſex ſolidos colon. monialibus in Comeda. It. menialibus in Rode ſex ſolidos colon. It. ſex ſolidos colon. monialibus in Affoldirbach. It. lego predicatoribus in Confluentia tres marcas pro piſcibus in die ſepulture mee. necnon octo marcas fratribus Alberto et Heinrico cognatis meis in domo predicatorum. It. minoribus ibidem do duas marcas pro piſcibus ad idem opus. It. do vnam marcam monialibus ordinis Cyſterciensis ibidem in clauſtro dicto an der leren. It. do et lego perſonis ſubnotandis vnam et prenotatis ita tamen ſi mortem meam ſuperuixerint videlicet domino Enfrido confeſſori meo tres marcas. dno*) Widekindo vnam marcam. duabas ſororibus meis cuilibet duas marcas et vnam vaccam uel duas marcas pro vaccis et duas tunicas meliores Demudi et Elizabet Beginis Confluentie duas marcas. Methele cognate mee in Brubach vnam marcam, Heinrico et Alberto filio ſuo et Metze

*) Die Worte: dno — marcam sind durchgestrichen.

Digitized by Google

pueris auunculi mei Alberti cuilibet nouem marcas. vnam vaccam. vnum lectum. duo lintheamina, anclile que pro tempore fuerit in curia Ebirbacensi quatuor ſolidos colon. Agneti que fuit in ſuperiori curia Ebirbacensi duos ſolidos, Hebele Ywani filie Demudis Putſecken vnum maldrum ſiliginis bopardiensis menſure ſibi a monaſterio Ebirbacensi cum ſex marcis denar. colon. emendum et diebus quibus aduixerit ſibi preſentandum. Demudi putſecken et filiis ſuis duas marcas uel in prompta peeunia ipsis dandas uel in debitis ſiqua mihi tenentur dafalkandas. Recluſe apud ſcum Martinum Bopardie tres ſolidos colon. Recluſis apud ſcam Walpurgim duos ſolidos. Item monacho ſacerdoti et ſocio ſuo qui pro tempore Bopardie in curia Eberbacenſi fuerit tres marcas. Johanni filio Cunradi Vos tres ſchalas argenteas et vnum carratrum de dimidio quartali. Metze cognate mee in Gnadendal nouem marcas quas Jacobus frater eiuſdem mihi tenetur. que ſi ſolute fuerint tres marce tantum dentur ipsi. fratri Cunrado Kerrecher ordinis fratrum carmelitarum vnam marcam. Tribua beginis dictis die Marien vnam marcam. Triginta beginis pauperculis cuilibet ſex denarios. Gude filie Gerlaci de Speie octo ſolidos colon. et Alheidi begine filie quondam Herbordi ſcabini Bopardiensis quatuor ſolidos. It. do et lego cuilibet ſacerdotum in opido Bopardiensi in villis Oſterſpeie. Schuzelſpeie. Kampe. Salzeche. et opido Brubach ac in monte ſce Marie apud Bopardiam quindecim denarios ut mei ac omnium parentum meorum iugiter habeant memoriam in ſuis orationibus atque miſſis Item lego vnam marcam ad fraternitatem Cunradi Vos et ſuorum ſociorum. Item do et lego vnam carratam

Digitized by Google

vini. sex maſdra ſiliginis Bopardiensis mensure et omnes carnes in domo mea inuentas me mortua ad ſtipam pauperibus generalem. Item do et lego omnia vtenſilia mea reſidua in argento, vaſis argenteis. lectis. linteaminibus. cuſſinis. vino frankonico et ceteris rebus quibuſcunque monaſterio Ebirbacenſi in quo sana deliberatione prehabita meam elegi et per preſentes eligo ſepulturam. It. eidem conuentui do et lego centum libras hallensium ut diebus ſepulture mee septimi et triceſimi et tempore ſequenti pro ſeruiciis piſcium vini et panis triticei diſtribuendas prout ſibi melius et vtilius iudicauerint expedire. Item volo quod omne argentum tam in vaſis quam in maſſis poſt obitum meum inuentum aptetur et exponatur pro calicibus faciendis quorum vnus vna cum tribus libris hallensium Cartuſiensibus noui clauſtri apud Elteuil miniſtretur. reſidui vero calices et fila pro albis faciendis altaribus monaſterii Ebirbacenſis predicti ſint penitus reſeruandi. It. volo et ordino ut frater Enſfridus prior eiuſdem monasterii cum ducentis libris hallensium cauſas expediat per me ſibi notificatas fideliter et commiſſas. Omnia inſuper ad ſepulturam meam neceſſaria in cera videlicet et aliis rebus congruis fratribus dno Wilhelmo abbati et Enſfrido priori monachis ſepedicte abbatie procuranda committo de mea ſubſtancia plena fide. It. do Grethe ancille mee duas libras hallensium et tunicam meam dictam bliuar. It. omne bladum in obitu meo inuentum cum frugibus vniuerſis ſtipa expedita Sextis feriis et ſabbatis quam diu durauerint cum caulibus vel piſis ſimiliter inuentis et decoctis totaliter pauperibus erogentur. It. do duos ſolidos et duos ſumerinos ſiliginis. Neſe et Altrudi filiabus quondam Mengoti carnificis. Alheidi dicte bûtſchele duos ſolidos. noue capelle

Digitized by Google

apud lectum ſci Goaris tres ſolidos colon. It. do duas marcas duabus ſororibus Alheidis vvlpis. It. ſorori mee dimittatur vinum quod mihi pro debito obligauit. It. do Hedewigi die hymegen duos ſolidos colon. et tunicam meam griſeam. It. Fie ſorori mee pellicium vulpinum. It. Alheidi vxori vulpis pellicium dictum Wiz kůninin. Vltimo autem ad tam ſalubris ordinationis mee executionem et firmitatem honeſtos viros fratres dnum Wilhelmum abbatem et Enſſridum priorem, Fridericum cellerarium monaſterii Ebirbacenſis. dnum Enſſridum canonicum ecclesie opidi Bopardiensis et Cunradum vvlpem ſcabinum dicti opidi in meos manufideles veros et legitimos ſecundum omne vtriuſque iuris canonici et ciuilis ſuffragium publice eligo per hec ſcripta. Si uero aliquis predictorum manufidelium meorum teſtamento meo nondum expedito ab hac vita diſcederet — alium vel alios illorum ſecundum ſuas conſcientias eligendi habeant facultatem. Hiis itaque legatis teſtamentalibus totaliter erogatis et perfectis reſidua bona mea ſiqua fuerint omnia et ſingula fratribus dno Wilhelmo abbati. Enſſrido priori. ſpecialiter committo et aſſigno vt de eiſdem bonis mee ac omnium parentum meorum animarum ſalutem et remedium fideliter procurent et debita mea ſiqua veraciter inuenta uel iuris ordine probata legitime fuerint perſoluant ipsis ut confido. Si vero ipsi per ſe adimplere nequiuerint ad idem faciendum alios uel alium poteſtatem habeant ſubrogandi. Et ſi bona mea post mortem meam ad ſuperius legata minime ſufficerent volo ut omnibus perſonis et locis quibus legaui manufideles mei ſepedicti ſecundum proportionem debitam partem ſubtrahant. ita tamen quod cuilibet detur aliquid ſicut in ſuis conſcientiis iudicauerint conſonum rationi.

Digitized by Google

Preterea huius teſtamenti mei litteram reuerendi dni... Abbatis monaſterii Ebirbacensis dni Enffridi canonici ecclesie Bopardiensis confeſſoris mei et Conradi vvlpis scabini Bopardiensis ſigillis communiri peto humiliter in teſtimonium omnium premiſſorum. Et nos frater Wilhelmus abbas Ebirbacensis. Enffridus Canonicus ecclesie prefate et Cunradus Vos ſcabinus Bopardie fatemur nos ad preces honeſte puelle predicte Methildis in rei geſte veritatem ſigilla nostra preſentibus appendiſſe. Actum et datum anno dni. M°. CCC°. XXII°. In vigilia beati Andree.

Das erste Siegel fehlt; wohlerhalten hängen an:

2. †. S. ENSFRIDI ..... DE BOPARDIA. *(mit unkenntlichem Schild) und*

3. †. S. CONRADI. VLPIS. SCABINI. BOP. *(im Schild ein links gewendeter Fuchs).*

---

787. Wernher und Hebela von Dorindorf, Eheleute, nehmen die Klostergüter in Obirludehusen in Erbpacht.

***1323**, Jan. 13.*

Orig. Urk. im K. Staatsarchiv zu Idstein.

Nos Gotfridus primogenitus Nobilis Johannis Comitis Senioris de Seyn ad | vniuerſorum deducimus noticiam recognoſcentes Quod — Wernherus et Hebela coniuges de Dorindorf ciues nostri in Weltirſberg recognouerunt ſe bona dicta in Obirludehuſen a religioſis viris — monaſterii Ebirbazensis — jure hereditario ſuſcepiſſe et tenere ita quod de dictis bonis deberent ad predictorum — curiam ſitam in oppido Lympurg octo maldra ſiliginis menſure Lympurgensis et vnam libram cere — ſuis expenſis et laboribus preſentare — Et adiecerunt quod post obitum ipsius Wernheri Hebela eius legitima que tunc dicta bona ad dies vite ſue poſ-

Digitized by Google

ſidebit, dabit prefatis dnis — pro meliori capite tres ſol. den., tribus hallenſ. pro denario quolibet computatis. Ipſa autem Hebela defuncta heredes ipſorum iterum pro optimali ſoluent tres ſol. den. dominis prelibatis — — et cum ſepedicta bona adhuc edificio careant promiſerunt Wernherus et Hebela — horreum conſtruere eorum ſub expenſis. In quorum robur — hanc literam ad preces predictorum noſtrorum conciuium Sigillo nostro dignum duximus conſignare. Datum anno dni M°. CCC° XXIII°. In octaua epiphanie dni.

†. S. GOFRIDI DE . . . ENEPOL LANTGHASS.

---

788. Die Herren von Bickenbach verzichten zu Gunsten des Kl. Eberbach auf ihre Ansprüche an Bunsheim.

1323, *Jan. 15.*

Orig. Urk. im K. Staatsarchiv zu Idstein.

Nos Vlricus. Gotfridus et Conradus dicti de Bickenbach Tenore preſencium publice Recognoſcimus — Quod cum inter Religioſos viros . . Abbatem et Conuentum Monaſterii Ebirbacensis Ord. Cyſt. Mogunt. dyoc. ex vna. et nos parte ex altera. super juriſdictione dominio et iuribus ville Bůnſheim. a predictis Religioſis et suo Monaſterio quadraginta annis et amplius protractum debiti temporis et legalis preſcriptionis habite et poſſeſſe, Cuius quidem ville jurisdictionem. dominium et iura attinentia. ab ecclesia fuldensi feodali titulo aſſeruimus nos tenere. suborta fuiſſet grauis materia queſtionis. Tandem prudentum uirorum amicorum nostrorum conſilio maturo et tractatu prehabitis concordati et amicabiliter complanati Renunciauimus — omni iuri et actioni nobis et nostris heredibus — competentibus in iuriſdictione —

Digitized by Google

ville Bûnſheim predicte Promittentes — prefutos Abbatem et conuentum nec non monaſterium Ebirbacense predictum in pacifica et tranquilla poſſeſsione Jurisdictionis — ville predicte numquam impedire et moleſtare. seu moleſtantibus opem vel operam preſtare — omni dolo et fraude penitus procul pulſis. Supplicantes humiliter et deuote. Reuerendo in Chriſto patri ac domino nostro dno. Abbati fuldensis eccleſie predicte nec non Honorab. viris . . Decano et Conuentui ecclesie eiuſdem. ut nostrorum seruiciorum contemplacione dicte concordie ſuum conſenſum ſauorabilem apponentes — ne predicte concordie vnitas in priſtine queſtionis scrupulum relabatur. predictam villam Bûnſheim cum juriſdictione. dominio et iuribus ſuis vniuerſis prenominatis . . Abbati et conuentui — in Ebirbach predicto proprietare et imperpetuum appropriare. ac proprietatis titulo vnire, Necnon omnes vendiciones. super dicta villa et ſuis iuribus dictis Religioſis facta per quoſcumque — ac preſentem nostram renunciacionem ratas et gratas habere . et confirmare Necnon literas ſuas super appropriacione — quarumlibet per alios quoſdam eis factarum confirmacione tradere dignentur. eorum ſigillis firmiter communitas. Preterea renunciamus — excepcioni doli mali — — juri dicenti generalem renunciacionem non valere in caſibus non expreſſis quas omnes ac si preſentibus eſſent inſerti. habere volumus. pro omnibus patrie conſuetudinibus siue ſollempnitatibus in alienacionibus et renunciacionibus bonorum feodalium requirendis. ac generaliter et specialiter omni juris tam canonici quam ciuilis. facti et conſuetudinis auxilio. per quod ipsis Religioſis et eorum Monaſterio preiudicium. et nobis. heredibus. succeſſoribus siue posteris noſtris poſſet contra omnia et ſingula seu aliquod eorundem suf-

Digitized by Google

fragium quodlibet generari. In quorum omnium et ſingulorum teſtimonium euidens. et perpetuam Roboris firmitatem. sigilla nostra duximus preſentibus litteris appendenda. Datum et Actum anno dni Mill. Trecenteſimo. Viceſimo Tercio. XXIII°. Kalend. Februarij.

Drei Siegel hängen an: 1. an rother Schnur wohlerhalten das Reutersiegel †. S. VDALRICI DOMINI DE B. — *2. an grüner Schnur der Schild Conrads, am Rande etwas beschädigt* †. S. . . . MILITIS DE BICINBACH. — *3. an rother Schnur das prächtige Reutersiegel* †. SIGILLVM. GODEFRIDI DE BICKENBACH*.

---

789. Abt Heinrich von Fulda ertheilt vorstehendem Verzicht seine lehensherrliche Zustimmung.

1323, *Febr. 3.*

Orig. Urk. im Gr. G. Staatsarchiv zu Darmstadt.

Nos Heinricus dei gracia Abbas. Theodericus Decanus Totusque conuentus ecclesie Fuldensis. Recognoſcimus | publice per preſentes. Ad Vniuerſorum tam preſencium quam futurorum cupientes noticiam peruenire Quod cum inter Religio|ſos viros . . Abbatem et Conuentum monaſterij Ebirbacensis Ord. Cyſt. Mogunt. dyoc. ex vna et Nobiles vi|ros Vlricum. Gotfridum et Conradum dominos de Bickenbach. fideles nostros dilectos. parte ex altera. super Juriſdictione. | dominio et Juribus ville Bůnſheim a nobis et ecclesia nostra. vt credimus dependentis. et a predictis Religioſis. et suo | Monaſterio. Quadraginta annis et amplius per tractum debiti temporis et legalis proſcripcionis habite et poſſeſſe. orta | fuiſſet grauis materia queſtionis . . Tandem Prudentum virorum . et amicorum suorum conſilio amicabiliter

Digitized by Google

concordati nobis humiliter ſupplicarunt. vt eidem concordie ad omne dubium serenandum conſenſus nostri patrocinium impendere dignaremur, Ne predicte concordie vnitas recidiue queſtionis scrupulo impoſterum diſſoluatur. Nos ad preces et inſtanciam predictorum Vlrici. Gotfridi et Conradi fidelium nostrorum. suo iuri. si quod habuerint omnino renunciancium omni iuri nobis et ecclesie nostre predicte in Jurisdictione. dominio et iuribus ſuis. predicte ville Bûnſheim competenti. nomine eiuſdem Ecclesie sollempni tractatu inter nos super eo habito. propter grata ſeruicia predictorum vaſallorum nostrorum renunciantes ſimpliciter et preciſe predictis. abbati et conuentui de Ebirbach. et monaſterio suo iamdicto predictas Juriſdictionem. dominium et jura annexa. ville Bûnſheim prefate imperpetuum proprietamus et appropriamus tenore preſencium literarum. omnes vendiciones super eo prefatis Religiosis factas per quoſcumque prout in literis super eo confectis plenius continetur, Ratas et gratas habentes, preſentis scripti patrocinio confirmamus. Renunciamus quoque omnibus actionibus et exceptionibus iuris canonici vel ciuilis et specialiter actioni doli mali. condicionj indebiti. beneficio reſtitucionis in integrum et omnium iurium beneficiis quibus deceptis seu leſis ecclesiis subuenitur. gracijs et libertatibus ecclesie nostre ex beneficio sedis apostolice. seu Imperialis aule conceſſis. et omnibus aliis conſuetudinibus. et sollempnitatibus in alienacionibus rerum eccleſiasticarum. seu feodalium requirendis. et nouorum Jurium subterfugiis. per que dictis Religioſis poſſet vel deberet aliquod preiudicii generari. In quarum renunciacionis. appropriacionis et confirmationis teſtimonium et perpetuam firmitatem. si-

Digitized by Google

gilla nostra duximus presentibus literis appendenda. Datum Fulde Anno dni. Mill. Trecentesimo. Vicesimo Tercio. III⁰. Nonas Februarij.

Beide anhängende Siegel sind vortrefflich erhalten. 1. Das spitz ovale des Abtes an rother seidener Schnur. HEINRICVS DEI GRA. FVLDENSIS ECCE ABBAS †. — *2. Das grosse, kreisrunde Siegel des Convents an blauer Schnur.* † SIGILLVM. CONVENTVS. MAIORIS. ECLESIE. FVLDENSIS. *Der Rand des Thorbogens im Innern des Bildes trägt die Aufschrift:* SCS BONIFARCHIEPS. ET. MR.

---

790. Hermann Vus von Mannebach vermacht dem Kl. Eberbach einen Weinberg.

1323, *März 2.*

Orig. Urk. im K. Staatsarchiv zu Idstein.

Nos Irmingardis relicta bone memorie hermanni dicti Vůs de Mannebach armigeri. Huppo et Elizabet eiusdem hermanni liberi de sco Goare| recognoscimus et tenore presencium profitemur ad vniuersorum noticiam voluimus peruenire quod cum idem hermannus corpore licet languens compos tamen | mentis sue pro salute anime sue testamentum seu ultimam suam voluntatem disponeret ordinare inter ceteros sui testamenti articulos, electa sepultura apud monasterium Erbacense de nostra voluntate et consensu ob remedium anime sue et parentum suorum ac animarum nostrarum legauit eidem monasterio et fratribus inibi degentibus duas marcas annui census super vineam nostram in Mannebach ante valvas nostras sitam assignatas ut pro ipsis duabus marcis anniuersarius suus in ipso monasterio singulis annis in vigilia kathedre petri peragatur et fratres eodem die ipsius anniuersarii tamquam consolacionis socii largius

Digitized by Google

reficiantur, tali condicione ſubſequente quod poſtquam nos eidem monaſterio super aliis certis bonis et valentibus duas marcas annui cenſus aſſignauimus cum effectu extunc dicta vinea ab honere cenſus huiusmodi abſoluta ad nos libere reuertetur et ipſum monaſterium deinceps nichil juris obtinebit in eadem. De quibus duabus marcis ſic super aliis bonis demonſtratis et aſſignatis fiat per omnia sicut prius eſt premiſſum Quam ordinacionem siue teſtamentum cum omnibus ſuis condicionibus et clauſulis ratam gratam et firmam seruare promittimus bona fide. In cuius rei maiorem euidenciam quod sigillum proprium non habemus sigillo ecclesie sci Goaris ad cauſas vtimur quod ad preces nostras preſentibus eſt appenſum. Et Nos .. decanus et .. capitulum ecclesie sci Goaris predicte recognoſcimus ad preces dictorum Irmingardis hupponis et Elizabet sigillum ecclesie nostre ad cauſas preſentibus appendiſſe in teſtimonium premiſſorum. Datum anno dni. M°. CCC°. XXIII°. secunda die mensis Marcii.

Ein Stückchen des Kapitel-Siegels von S. Goar hängt noch an.

---

791. Cono, Bischof von Worms, ertheilt der Kapelle des Eberbacher Hofs bei Bopard ein Ablass-Privilegium.

—

***1323**, April 3.*

Orig. Urk. im K. Staatsarchiv zu Idstein.

Cono dei gracia Wormaciensis episcopus. vniuerſis Chriſti fidelibus ad quos preſentes litere peruenerint salutem in dno | sempiternam. Licet is de cuius munere venit ut sibi a fidelibus ſuis digne et laudabiliter seruiatur habun|dantia tamen pietatis ſue merita ſupplicum excedit et vota fidelibusque ſuis largitur premia maiora quam |

Digitized by Google

valeant promereri. Cupientes igitur populum christianum quem vera fides illuminat et vnda sacri baptiſmatis regenerat in salutem ad zelum deuociorem quaſi quibuſdam muneribus allectiuis et ad bona opera speciali premio inuitare. vt capella ſita in grangia monachorum Ebirbacensium ord. Cyſterc. extra muros Bopardienses congruis honoribus frequentetur, omnibus vere penitentibus et confeſſis qui dictam capellam in feſtis subſcriptis videlicet Natiuitatis, Epiphanye, Paraſceues, Reſurrectionis, Aſcenſionis dominice, Penthecoſtes, Omnium Sanctorum In singulis feſtiuitatibus beate Marie virg. glorioſe Johannis baptiſte, sci Johannis ewangeliſte, Caſſii martyris, Sanctorum Nycholai episcopi, Benedicti et Benhardi confeſſorum, Marie Magdalene, Margarete, Katherine et Agnetis virginum ac in feſto dedicationis ipsius capelle et per octauas omnium feſtiuitatum predictarum cauſa deuocionis acceſſerint seu ad eandem capellam quidquam ſuarum legauerint facultatum de omnipotentis dei miſericordia et beatorum Petri et Pauli apostolorum meritis et auctoritate confiſi quadraginta dies indulgentie dummodo dyoceſani ad id conſenſus acceſſerit miſericorditer in domino relaxamus. In cuius rei teſtimonium sigillum nostrum preſentibus eſt appenſum. Datum a. dni Mill. ccc°. viceſimo. Tercio. dominica Quaſi modo.

Das Siegel fehlt.

---

792. Crafto von Hasemanshusen vollzieht seine Schenkung von Gütern an das Kl. Eberbach.

***1323**, Juni 23.*

Orig. Urk. im K. Staatsarchiv zu Idstein.

Judices ſce Moguntine ſedis Recognoſcimus per pre-

ſentes quod in noſtra conſtitutus preſencia Crafto filius Baldemari de Haſemanſhuſin de conſenſu et voluntate expreſſa Elyzabet matris ipsius coram nobis ſimiliter conſtitute in remedium anime ſue et ſuorum proge|nitorum bona ſua infraſcripta perfecte donacionis titulo dedit, tradidit et donauit pure libere ſimpliciter et inter viuos ac irreuo|cabiliter Religioſis viris .. abbati et conuentui monaſterii Ebirbacenſis, ac eidem monaſterio perpetuo tenenda habenda ac eorum vſibus ſecundum quod ipſis placuerit applicanda. Primo videlicet curiam ſuam ſitam in villa Haſemanneſhuſin predicta, cum ortis et aliis ipſius attinentiis vniuerſis. Item vineam dictam Bruch kaderach. It. vineam dictam der aldebubinberg. It. vineam dictam der Jungebubinberg. It. vineam dictam Gyſenloch ſitas in terminis predicte ville haſemanneſhuſin cum omnibus et ſingulis que infra ipſarum vinearum confines continentur, necnon egreſſibus. acceſſibus omnique iure, accione, vſu, requiſicione ex eis vel pro eis modo aliquo pertinente quarum quidem curie et vinearum predictarum corporalem poſſeſſionem recipiendi deinceps et retinendi. dictus Crafto abbati et .. conuentui predictis liberam licenciam vt supra dedit et conceſſit promittens ſe prefatam donacionem ac omnia et ſingula premiſſa perpetuo firma rata et grata irreuocabiliter tenere et habere, nec contra facere per ſe vel per alium aliqua cauſa vel ingenio ſiue de iure ſiue de facto Renuncians eciam omnium defenſioni ſeu auxilio ſiue iuris ſiue facti propter que dicta donacio poſſet in poſterum aliqualiter retractari. Datum anno dni M°. CCC°. XXIII°. VIII°. Idus Julii.

Von dem Siegel des Gerichts hängt nur noch ein Stückchen an

Digitized by Google

793. Gerichtliche Beschreibung der Güter des Scheffen Rulemann zu Lympurch.

1323, Juli 2.

Orig. Urk im K. Staatsarchiv zu Idstein.

Wir grebe Walrabe van Naſſowe dûn kûnt allin den die diſin geynwortegin ane ſihint odir horint leſen vnd vergien des vffintliche | daz wir dem birben Manne Rûlemanne vndir den gademen eyme Scheffen zu lympurch des irkennen an diſme briebe vnd Ime des gyen an | allin ſteden, daz ſolich lant daz her na geſchribin ſteyt ſin eygin lant iſt vnd iſt daz lant benant alſo, van eyrſt eyn morge landis gelegin | bie dem veltbûrne an zweyn ſtuckin andirwerb andirhalb morge landis an eyme ſtücke bie hûnkelinſlozſe, andirwerb zwene morgen landis vnd iſt eynre genant dis oleyſtücke vnd dir andere die kûrtze ampbûede vnde ſeys morgen an eyme deyle, die rechte ampbûede, eyn halb morge in dir ſcherren an eyme deyle, dis landis des ſint eylf morgin vnde ſint gelegin vffe dem velde daz zû dûtſche genant iſt zû Treyſſe. Andirwerb andirhalb morge dir durre anewinde bie mentzir ſtrayzſe an eyme deyle, vnd eyn morge an dir Jûch an zwei deylin, eyn morge bie dir lynden an eyme deyle, vnd eyn halb morge an dir anewinde bie me dorfe an eyme deyle eyn morge bie vele vf me Reyne an eyme deyle, andirwerb ſeys morgin vf velre hohe velde an zwey deylin vnd eyn halb morge bie Rûnkelre wege an eyme deyle, dis landis iſt zweûlfte halb morge vnd iſt gelegen vf dem velde bie dir linden. Vûrwert me eyn morge de ſich ſtoyzſit in Johan Haûwerzûns hobeſtat an eyme deyle, vnd eyn morge an velre bûrne

Digitized by Google

vloſze an eyme deyle, andirwerb an velre bûrne vloſze an dir helden eyn morge an eyme deyle, andirwerb drie morgen an den ſtrichin an zwei deylen, vnd eyn morge an me Scheidilwege an eyme deyle, eyn morge de ſich ſtoyzſit an dis obir velt an eyme deyle, andirwerb eyn halb morge zûſchin vele vnde hûltzhûſin, dis Landis des ſint achte morgen vnd ligint vf dem velde daz da heiſzit bie dir kyrchin. Wir grebe Walrabe van Naſſowe vûrgenant irkennen vns auch des daz dis vûrgeſchribene lant van unſme voytgûede zu hûltzhûſin myt den vire geſwornen Johanne Haûwerzûne, Cûnrade brûcher, Lûtzen van wilre, Hermanne Reû ſin vnd myt den vire Scheffenen Heynriche van vele, Gobelen Herren, Hartlibe brûchers ſon, Eckarde van Eſchilshobin, vnd myt gobelen van Mûlne de eyn hobisman iſt, den die vûrgenanten die vire geſworn vnd die vire ſcheffen zû in namen, geſcheydin iſt vnde beleydit, vnde ſie ſint des gezûge daz dis ding alſo iſt, vnd des zû vrkûnde wir grebe Walrabbe van Naſſowe vûrgeſprochin hayn myt vnſme Ingeſigele beſigilt diſin brieb de da gegebin iſt dis ſamſtagis vûr ſente Vlrichs dage do man zalte van godis gebûrte dûſint Jayr vnd drûhûndirt Jayr in me drû vnde zwenzegiſtin Jare.

An grüner Schnur hängt ziemlich wohlerhalten:

†. S' W(alera)MI.COM(i)TIS DE NASSOWE.

---

794. Otto von Dyeze, Ritter, und Dictilla, Eheleute, zu Rense, verkaufen einen Weinberg.

1323, *Juli 7.*

Orig. Urk. im K. Staatsarchiv zu Idstein.

In nomine dni amen. Vniuerſis preſens ſcriptum

Digitized by Google

viſuris et audituris. Nos Otto filius dni | Henrici de Dyeze militis armiger et Dictilla eius vxor morantes in Renſe di|noſcere veritatem. Quod vrgente neceſſitatis articulo ſcilicet ineuitabili onere debitorum | oppreſſi manu communicata et conſenſu vnanimi vendidimus pro nobis et noſtris heredibus vniuerſis — dilectis nobis Conemanno . . sculteto de Brye compatri noſtro et | Lyefmodi eius vxori ementibus pro se et ſuis heredibus vniuerſis vineam noſtram ſubſcriptam pro centum et viginti marcis denariorum tribus hallenſibus pro denario quolibet computatis nobis ſuſcipientibus ab ipsis — excepcioni non numerate pecunie non tradite et non ſalute renunciantes omnino promittimus eis debitam facere warandiam — Renunciamus eciam omnibus exceptionibus doli mali decepcionis ultra medium iuſti precii juris et facti — Preterea cum dicta vinea fuerit certa dos mei Dictille predicte Ego ſpontanea ac libera voluntate non ex abrupto sed animo deliberato ac perconcepto conſtituta in hac figura judicii curie confluentine diocesis renunciaui et renuncio preſentium teſtimonio literarum omni juri et actioni mihi competentis occaſione dotis huiuſmodi in vinea ſubſcripta. Et juro ad hec ſacroſancta corporaliter per me tacta dictam vineam aut aliquod ius in eadem me deinceps requirere non debere aut michi vendicare. Vinea autem predicta sic vendita ſita eſt in loco dicto Bryer dale in terminis ville de Brye ex cuius ambobus lateribus sanctimoniales de monte beate Marie Bopardiensis vineas poſſident. In cuius rei teſtimonium robur et perpetuam firmitatem sigilla honorabilis viri dni . . officialis curie confluentine et diſcretorum virorum Johannis de Lainſtein, Rûlandi de Hamirſtein et Johannis dicti Emelrich . . scabino-

Digitized by Google

rum Confluentinorum ad preces nostras — ſunt appenſa. Et nos.. officialis et.. scabini predicti Quia dicti venditores promiſſa coram nobis inſinuarunt et fatebantur esse vera ac ipsum juramentum preſtari vidimus et audiuimus per Dictillam ſupraſcriptam ideo ſigilla nostra ad preces eorundem venditorum et eorum cuiuslibet preſentis duximus apponenda in teſtimonium eorundem. Actum preſentibus honorabilibus viris dnis magistro Hertwico.. scolaſtico eccleſie sci Florini Confluentie, Henrico de Lainſtein cantore eccleſie sci Beati propre Confluentiam, Nycolao dicto Hoke et Johanne Rycholfi clericis curie Confluentine. Datum feria quinta ante diem beate Margarete virg. anno dni. Milleſimo trecenteſimo. vigeſimo tercio.

Drei kleine Siegel hängen beschädigt an:

1. *Des officials, mit Rücksiegel (zwei gekreuzte Bischofstäbe, in jedem der vier Scheitelwinkel ein Stern.) Umschrift:* S' SEC' . . . . .
2. *Mit verdrücktem Mittelschild. Umschrift:* . . (I)OIS. (de L)ANISTE(in).
3. *Abgerissen.*
4. *In einer Vierung der Schild mit schräg durchlaufenden 2 (oder 3) Paar Hadeln. Umschr.:* S' EMELRICI . . . . .

---

795. Adolf, Rheinpfalzgraf, bestätigt die Freiheit des Kl. Eberbach vom Rheinzoll in Fürstenberch, Bacharach u. Chube.

—

***1323**, Aug. 24.*

Orig. Urk. im K. Staatsarchiv zu Idstein.

Adolfus dei gracia Comes palatinus Reni dux Bawarie tenore preſentium profitemur | Quod gratiam

Digitized by Google

per patrem nostrum Rud. quondam inclitum comitem palatinum Reni ducem | Bawarie pie recordationis monasterio in Eberbach ordinis Cysterc. Magunt. dyocesis | factam super theloneis nostris Furstenberch, Bacheraci et Chube quam et nos nihilominus eidem monasterio fecimus ac facimus per presentes ob remedium anime nostre et progenitorum nostrorum prout littere predicti patris nostri super eo date de verbo ad verbum continent ratificamus approbamus ac presentibus confirmamus. Iniungentes Officialibus nostris ibidem qui nunc sunt vel qui pro tempore fuerint vt gratiam huiusmodi eidem monasterio ut premittitur per nos factam ratam teneant inuiolabiliter et obseruent nostre gratie sub obtentu. In cuius rei testimonium presentes damus nostri sigilli robore communitas. Actum et datum in Heidelberg anno dni millesimo Trecentesimo vicesimo tercio in die beati Bartholomey Apostoli.

An Pergamentstreifen, jetzt durchgerissen, hängt das prächtige Reitersiegel des Ausstellers:

† ADOLFVS DEI GRACIA COMES PALATI(nu)S RENI DVX BAWARIE

---

796. Testament der Begine Hyldemund von Lympurg.

1323, *Aug. 30.*

Orig. Urk. im K. Staatsarchiv zu Idstein.

Quoniam nichil est certius morte et nichil incertius hora mortis Hinc est quod ego... Hyldemůndis Begina de | Lympurg compos per dei gratiam mentis et corporis mei testamentum meum ordino et dispono in hunc modum In | primis videlicet lego et do donacione

Digitized by Google

inter viuos Religioſis viris dno.. Abbati et Conuentui monaſt. Ebirbacencis or|dinis Cyſterc. Domum meam quam inhabito cum curia et omnibus ad eandem domum pertinentibus ſitam in Lympurg iuxta domum Gobelonis sacerdotis ibidem habendam poſt mortem meam et poſſidendam, perpetuo tytulo proprietatis Ita tamen quod eadem domus apud dictum monaſterium erbach abſque omni alienacione debeat perpetuis temporis permanere. It. lego et do ad Infirmariam dicti mon. Ebirbac. unum lectum et cuſſinum qui dicitur Pluimkuſſin It. nuncio procuranti memoriam mei fieri per ſingulas domus et monaſteria dicti ordinis cyſterc. dari volo et deputo duas marcas bonorum denariorum It. lego ad conuentum ſcimonialium in Gnadental dimidiam marcam It. ad conuentum ſanctimonialium in Byeſelich dimidiam marcam. It. lego Predicatoribus in Confluencia unam marcam. It. Carmelitis in Bopardia ûnam marcam vt apud predictos religioſos et Religioſas mei memoria perhenniter habeatur. It. Johanni, Henrico filiis ſororis mee et Gerdrudi filie ſororis mee, cuilibet iſtorum trium lego et dari volo de ſupellectilibus meis ad valorem vnius marce denariorum predictorum, Reliqua omnia bona mea per me derelicta ſiue illa ſint in parata pecunia ſiue in debitis, in blado, pecoribus ſeu quocumque alio modo nominata vnacum vtenſili domus mee exceptis dumtaxat legatis ſuperius et expreſſis do et committo ad manus et diſpoſicionem Relig. viri fratris Theoderici de Lurinburg quem huius mei teſtamenti manufidelem ſeu executorem facio et conſtituo in hiis ſcriptis, Ita vt idem meus manufidelis cum alia ydonea perſona ſibi adhuc per me adiungenda talia bona mea per me et poſt mortem meam derelicta pro ſalute anime me

Digitized by Google

diſtribuat et exponat quanto vtilius poterit et ſicut de hoc altiſſimo velit reddere racionem. Teſtes huius legacionis et donacionis ſunt viri diſcreti .. Gobelo sacerdos predictus, Lenfridus de Dyfinbach, Henricus Rector ſcolarum | in Lympurg et Lotzo storinger oppidanus ibidem in Lympurg. In quorum omnium firmitatem et perhenne teſtimonium sigillum parrochie in Lympurg ad inſtantes preces meas huic karte eſt appenſum. Quod ego .. Johannes plebanus | in Lympurg ad peticiones dicte Hyldemůidis recognoſco preſentibus appendiſſe. Datum anno dni M°. CCC°. | XXIII. In craſtino decollacionis ſci Johannis.

Das Siegel der Parrochie Limburg hängt zerbrochen an.

---

797. Die deutschen Cistercienser-Aebte erwerben eine Herberge zu Langvad.

1323, *im Septemb.*

Orig. Urk. im K. Staatsarchiv zu Idstein.

Vniuerſis preſentes litteras inſpecturis Nos frater Guido dictus abbas Longivadi | totusque eiuſdem loci conuentus Ciſt. ordinis lingonensis dyoc. ſalutem in domino | Noueritis nos pro euidenti utilitate dicte domus nostre vendidiſſe et juſte vendicionis | titulo conceſſiſſe venerabilibus in Chriſto patribus ac dominis de Eberbach de Clauſtro ſeu | hemmerode, de heiſterbach, de loco ſce marie, de ſchonaugia, de Ottirburg, de | bebinhuſin, de arnſburg et de monte sci diſiboti monaſteriorum abbatibus cameram [1]) et

1) Die Abschrift im Oc. M. II fol. XXVI, 6 liest: cameram vnam in dicta domo nostra que camera celleraria nuncupatur subtus cameram dictam de Iguiaco et stabulum u. s. w.

Digitized by Google

ſtabulum vnum ultra rippariam que a pomario nostro deſcendit verſus magnam portam pro quadraginta quinque libris turonensium nigrorum nobis integraliter numeratis traditiſ et ſolutis et in vſus neceſsarios dicte domus nostre conuerſis sibi et omnibus ſucceſſoribus ſuis imperpetuum poſſidenda, Ita quod quandocumque [1]) per nos tranſitum fecerint ſeu ad nos declinauerint pariter vel diuiſim et quamdiu ſtare apud nos oportuerit dicta camera et ſtabulo uti ualeant pro sue libito voluntatis contradictione quorumlibet non obſtante, promittimuſ etiam predictis patribus et eorum ſucceſſoribus memoratam cameram et ſtabulum manu tenere nostris propriis ſumptibus et expenſis in equiualenti ſtatu vel meliori edificiorum in quo sunt tempore confectionis preſencium litterarum Obligantes nos domum nostram et ſucceſſores nostros ad omnia premiſſa firmiter tenenda et inuiolabiliter obſeruanda, Renunciantes in hoc facto omni exceptioni doli vis metus circumuentionis in factum non numerate non tradite non recepte pecunie nec in vſus dicte domuſ noſtre conuerſe omnibusque aliis exceptionibus tam juris quam facti que contra preſens inſtrumentum poſſent obici ſeu dici jurique dicenti generalem renunciationem non valere. In cuis rei teſtimonium ſigillum nostrum quo unico pro nobis et conuentu nostro predicto communiter vtimur preſentibus litteris duximus apponendum. Datum et actum anno dni milleſimo trecenteſimo viceſimo tercio tempore capituli generalis.

Das Siegel ist abgerissen.

---

1) Ocul. M. II. liest: qui cunque per nos

Digitized by Google

798. Das Kl. Eberbach verkauft nothgedrungen seinen Hof zu Ober-Hadamar an Graf Emich von Nassauwe.

1323, *im Septemb.*

Orig. Urk. im K. Staatsarchiv zu Idstein.

Nos frater Wilhelmus dictus abbas et nos fratres Enffridus prior, Johannes subprior Jacobus celerarius, Heinricus de Aquis. Godefridus de Pingwia | Heinricus de Colonia, Theodericus de Lurinburch. Ludwicus dictus Obenröder. Fridericus de Langenawe. Fridericus dictus Reingrafius. Magiſter | Geyſelbertus doctor decretorum. Ludwicus de Lympurch. Richwinus. Jacobus de Wormacia. Ludwicus dictus Loner. Petrus de Moguntia | Petrus de Media nocte. Petrus de Bechtolfiſheym. Johannes de Stella. Johannes de Gyſenheim. Petrus de Ponte. Johannes de Hoymberg. Jacobus | de Aſt. Fridericus de Weſalia. Monachi seniores. nec non Totus conuentus Monaſterii in Ewerbach ord. Cyſt. Mogunt dyoceſis | vniuerſis tam preſentibus quam futuris omnibus in perpetuum plenam fidem et noticiam subſcriptorum. Pro ſerenandis et tranquillandis cordibus intuentium preſens ſcriptum ne ignorancie nubilo in animis actionem ſuſpenſi accipiant materiam murmurandi notum facimus vniuerſis quod cum curia Hadmar. olim monaſterij nostri Ewerbacenſis Hoſpitalitatum extortarum et importunarum die noctuque inceſſabiliter et irremediabiliter premeretur inſultibus ac seruicium indebitarum lacerationibus expenſarum nimietate frendentibus et inſultantibus.. dnis terre curie predicte multiformiter vexarentur in tantum quod eadem

Digitized by Google

curia de omnibus prouentibus et obuencionibus ſuis paſcere ſuos cultores non poſſet, quin eciam vltra prouentus curie predicte addere predictum monaſterium nostrum de ſua subſtancia alia plurimum ad diſpenſacionem eiuſdem curie annis ſingulis oportebat. Nos vero plurimum temporis expectantes ſperabamus quod miſericordia redemptoris inclita pietate ſurgere deberet et ventis ac fluctibus perſecucionum huiuſmodi contra predictam curiam nostram ſeuiencium ſine cauſa miſericorditer imperare, sed forſitan illo ſumme prouidencie oculo nobis meliora vtilius prouidente quod ſperabamus non potuimus obtinere cum scorpionibus et tyrannis in preſentis incolatu miſerie habitantes ſollicitis meditacionibus et conſiliis exquiſitis cogitare cepimus ſi viam poſſemus quoquo modo inuenire qua hactenus profectibus infecunda poſſet vtilitatis palmites germinare. conſiderantes eſſe ſcriptum Que noctera tenes quamuis ſint cara relinque. attendentes quoque predictam curiam habitatores ſuos ad modum vippere ex proprio partu mortue deuorare. cum nullum monachorum vel conuerſorum nostrorum potuerimus reperire. qui de omnibus preceptis curie memorate abſque addicionis nostre uiuamine ſine debitorum aggrauacione colere et regere auderet eandem, de licentia et permiſſione capituli nostri generalis. et accedente conſenſu voluntario et expreſſo reuerendi in chriſto patris et dni. dni Mathei. abbatis clareuallensis, Subprioris nostri. prudentum virorum vſi conſilio pro Mille et Trecentis marcis Colon. denariorum, tribus hallensibus pro quolibet denario computandis in meliora et vtiliora bona iam integraliter conuerſis. sicut plenius inferius patebit, vendidimus nobili viro dno Emchoni comiti de Naſſauwe qui potenti manu dextere ſue jus suum defenſans murum protectionis

Digitized by Google

ſue circumcingens melioribus edificiis clariorem et fructibus vtiliorem ipsam facere poterit ſue libitu voluntatis. sed nobis omnino inutilis extitit et nociua. Hic eſt autem ſpecificacio bonorum emptorum cum pecunia memorata. Primo dedimus Trecentas quinquaginta ſex libras et octo solidos Hallenſium. pro bonis in Selſin. videlicet pro sexaginta ſex et dimidio jugeribus agrorum et octo jugeribus pratorum de quibus poſſumus habere quinquaginta maldra siliginis et vnam karratam vini de quatuor jugeribus vinearum ad quatuor libras eſtimatam, ſingulis annis. Item Mille trecentas viginti vnam libras Hallensium pro bonis in Britzinheim videlicet centum septuaginta duobus jugeribus agrorum et curia bona que ſoluit annuatim. decem et octo solidos Colon. Iugera vero ſoluunt nobis annuatim centum quindecim maldra siliginis Moguntine menſure. Item expendimus in eadem villa Britzinheim. centum octo libras. ad edificia. It. emimus redditus sedecim maldrorum siliginis. in Heinheim et in Vndinheim a monialibus de Waydas cum nonagintaſex libris. It. emimus pro decem et octo libris ortum et agros prope Lympurch ſoluentes annuatim quatuor maldra siliginis. It. emimus in Bůnſheim agros ſoluentes annuatim quindecim maldra siliginis pro septuaginta duabus libris. It. dedimus quinquaginta libras pro prato prope Wailheim valente annuatim. quinque libras hallensium. It. tres libras dimidiam duos ſolidos pro reempcione duorum ſolidorum Colon. in Bopardia ſuper domum Metze nobis collatam. It. centum octo libras in Weſalia pro vinea ad septem libras annis singulis eſtimata. It. dedimus centum sexagintaduas libras pro bonis in Ingilnheim eſtimatis ad quindecim libras annuatim. It. dedimus quadra-

Digitized by Google

gintaquinque libras hallensium subuenditoribus et cooperatoribus in vendicione memorata. Nos eciam frater Matheus abbas clarevallensis tenore preſencium publice profitemur quod omnia supradicta de licencia capituli nostri generalis. et nostro conſenſu proceſſerunt et quod pecunia pro curia predicta Hadmar recepta in annuos et perpetuos redditus vt premittitur vtiliter eſt conuerſa. ſicut ex relacione veridica commiſſariorum nostrorum videlicet venerab. coabbatis nostri de Hymminrad et fratris Nycolai monachi nostri qui illo anno quo prelibata curia Hadmar vendebatur, auctoritate nostra viſitabant monaſterium Eberbacum memoratum, ſumus plenius informati et vt de omnibus ſupradictis nulli dubium oriatur et ora iniqua loquencium obſtruantur ad ſupplicem petitionem .. abbatis et tocius conuentus de Eberbach. sigillum nostrum una cum sigillis venerabilium de Hymminrod et de Eberbach coabbatum nostrorum preſentibus duximus apponendum in teſtimonium omnium premiſſorum. Datum Anno dni Mill. Trecenteſimo viceſimo tercio tempore capituli generalis.

An Pergamentstreif hängen:

1. . . . . DE EBERBACH, *Abtsiegel mit den beiden Lilien, in rothem Wachs.*
2. . . GILLVM ABBAT . . . . . , *halb abgebrochen, in grünem Wachs.*
3. *abgerissen.*

---

799. Gele, Odilie u. Ryefriet, Geschwister, verkaufen ihr Gut zu Nezzebach an den Domscholaster Hertwin zu Lymburg.

1323, *Nov. 1.*

Orig. Urk. im K. Staatsarchiv zu Idstein.

Kunt ſi allen den die dieſin brief ſehin oder horen das Wyr Gele eliche wirten was zu eynem male | Vol-

Digitized by Google

kin, von Nůheym, Odilie mien ſuſtir Vnde Ryefriet vnſer brudir han virkauft redeliche vn recht|liche Vnfzehin morgen landis zu Nezzebach, vf den veldin, die vnſer rechtlich eygen waren, vnde virkoufin | die vorgenanten vnfzehin morgin. Wir Odilie vn Gele ſammt virzehene vnde ich Ryefriet, eynen morgen der gelegin iſt zhuſſin Neſin, vnd hohinſtad, eyn veldecliche, in dieſem geynwrtigen briefe, deme erberin manne herin Hertwine Scholmeiſter des ſtiftis zu lympurg, vmme virzig marg, vnd zwo marg gudir pennige, drie hallir vor den pennig gezalt, die vns bezalt vnd geweret ſint genzliche Alſo das der ſelve Scholmeiſtir odir weme her is beſcheidit, ſal habin das vorgenante guit vnd beſizzen, vmmer eweklich vnd eyginliche mit alleme deme rechte alſo wir is gehat vnd beſezzin han. Vnde han auch das vorgenante guit vf gegebin mit halme vnd mit munde noch gewonheit des landis vnd han is virzegin alſo das noch wir noch keyn vnſer kint, noch keyn vnſer nochkumelunge nimmer keyn recht noch keyne vorderunge habin mugen, an den vorgenantin vnfzehin morgen Ouch vor wereſchaf zu důne iar vnd tag alſo gewnlich iſt han wir ſemintliche burgen geſaſt henriche ſchurrin, hertwinen paffin, Hartliebin ſinen brudir vnd mich riefriet vorgenant, lodewigin elewin vn lodewigen bůmeiſtir Alſo das ouch dieſe vorgenanten burgen | ſullen alſo lange behaft ſien bit dat Ryefriet vn Tyle kint mien gelin, die noch niht zu erin rechtin dagen ſin kumen, bit das die virziegber werdin vn bit das ſie virzihen, vortmer ich Ryefriet von miene kint noch niht virziegber ſien, han den Erberin ritter herin Ruprechte von larheym vnd herin lodewige den perrere zu Meynffelde zu burgen geſaſt alſo lange bit

Digitized by Google

dat miene kint virzihen Vnde wir burgen bekennin das wir geburgit han alſo da vor iſt geſchrieben. her noch gelobin wir ob der burgen eynir abe ge, das god niht inwolle, das wir eynen anderin der alſe guit iſt, an des ſtad ſullin ſezzin bin eyme monde Wer ouch ſache das wir des niht intedin ſo ſulden die anderin burgen allefamint zu Lympurg varin in eyne gemeyne vffene herburge vn leiſtin ſemintliche vf vnſern ſchaden alſo lange bit Wir den burgen geſeſtin dar zu virbinden wir vorgenanten burgen vns das wir das dun ſullin ob is dar zu queme.. Dirre dinge ſint gezuig her henrich rodele, her beier von Neſin, her Ruprecht von larheym die rittere, her Wygand von Erbinheym eyn prieſtir, Emerich von Larheym vnd hole von Neſin. Das dieſe vorgeſcribene ding war vnd veſte vmmer eweliche ſien ſo han wir Gele Odilie vnd Riefriet vorgenant gebedin die erberin rittere herin beier vnd ſer Ruprechte von larheym das ſie ir Ingeſigele gehangen han an dieſen Brief des bekennin wir beier vnd her Ruprecht das wir durch bede der vorgenanten vnſere Ingeſigele gehangen han an dieſin brief zu eyme orkunde allir dirre Dinge. Dirre brief wart gegebin vf allirheyligen obint da man zalte noch godis geburt druzehinhundirt Jahr In deme dru vnd zwenzegiſteme Jare.

An Pergamentſtreifen hängen die Siegel:

1. † S . . . . MILITIS DE SES . .
2. . . . (r)VPERTI MILITIS DE . . .

Digitized by Google

800. Henrich von Rybenach u. die Seinen verkaufen ihr Gut zu Else an den Domscholaster Hertwin zu Lympurg.

***1323**, Nov. 8.*

Orig. Urk. im K. Staatsarchiv zu Idstein.

Kunt ſie allen den die dieſin brief ſehin odir horen ... das ich Henrich von Rybenach, virkouft han. vn virkaufen | eynveldeliche zu ortede vmme driezig marc vn zwo marc guidir pennige dri hallir vor eynen penig gezalt der ich gewerit | vn bezalit bin das guit zu elſe zu male das ich hatte alda ſelve zu Elſe liegende, gemeyn mit Vrowen Elſebede genant | vs deme hove, vn mit iren erbin vn kynden, Deme Erberin manne hern Hertwine Scholmeiſtere des ſtiftis zu lympurg zu habene vn zu beſitzene zu rechtlicheme eygene ymmer eweliche Vnde von miene kint noch zu iren rechtin dagen niht ſien kumen das ſi verzihen mûgen, dar vme ſetzin ich die erberin lûde herin Petir, hern Rudeger von bruniſberg, herin wylderichen, herin Vden ſon, Die rittere, vn konzin von Dyrne zu burgen vor rechte Werſchaf zu dune Jar vn dag vn alſo lange bit das alle miene kint virzihen vn virziegin han alſo recht iſt Vn ouch ſullen die ſelvin miene burgen behaft ſien das der Scholmeiſtir das vorgenante guit teylin mag Wanne ieme das ebin kumit von Vrowen elſebede vn iren erbin vorgenant Vn wer ouch das deme Scolmeiſter an keyn dirre vorgeſcribenin dyngen brûch wurde odir iemane deme der Scholmeiſtir das guit beſcheidit ſo ſulden die burgen alle ſamint zu lympurg in eyne vffene Herburge varin vn leiſtin alſo lange vf minen oder mienir erbin ſchaden bit das dat irvolt were des da bruch was. Ich gelobin ouch ob der burgen eynir abe gienge des god niht in wolle, das ich odir miene erbin an des

Digitized by Google

ſtad eynen alſo guden ſullen ſetzin bin eyme mande Wer abir das des niht geſehe ſo ſulden die anderin drie ſamint in eyne Herburge zu Lympurg varin vn leiſtin vf mienin odir mienir erbin ſchaden, alſo lange bit dat der burge gefaſt wurde vn wir burgen bekennin das wir geburgit han in allir Wyeſe alſo hie vorgeſchribin iſt dirre dinge ſin gezuig di erberin vn beſcheidenin manne.. her Lotze eyn kuſtir her Dyleman von brunifberg, eyn kanonich, her Wydeche vn her nayl, Vicarien des ſtiftis zu Lympurg vn Lenfriet von Diefenbach zu eyme orkunde vn eynir veſtenunge dirre dinge von ich niht Ingeſigelis han ſo han ich.. herin Peterin der vorgenanten mienir burgen eyn gebedin das her ſin Ingeſigel gehangen hat an dieſin brief Des bekennin Ich Petir das dat war iſt vn ouch wir anderin burgen bekennin dat vns begnuigit mit Ingeſigele herin Petirs vnſers mitburgen Dyrre brief wart gegebin da man zalte nach godis geburt druzehinhundirt Jar bin deme dru vn zwanzigiſteme Jare vf den Dinſtag vor ſente Martinis dage.

Wohlerhalten hängt das Siegel an:

†. S. PETRI DE CIMBURCM

---

801. Eynolf von Flachte u. seine Brüder verzichten auf ihre Keller in Lympurg.

1323, *Juli 29.*

Orig. Urk. im K. Staatsarchiv zu Idstein.

Ego magiſter Eynůlfus dictus de flachte olim opidanus in Lympurg nunc vero | confrater honeſtorum et religioſorum virorum monaſterii in Růmerſtorf, Cunradus et Heyn|ricus filii mei dilecti confratres ibidem notum facimus vniuerſis publice profitentes Quod | juri-

Digitized by Google

bus et actionibus quibuscunque de illis duobus cellariis intra opidum Lympurch adiacentibus que duo cellaria habuimus a viro diſcreto quondam Rulmanno dicto undir den gademen bone memorie opidano in lympurg nobis competentibus pure et ſimpliciter non coacti immo voluntate spontanea renunciauimus et in hiis ſcriptis renunciamus abſque omni dolo promittentes bona fide quod ex nunc dicſorum cellariorum heredibus et alias quibuscumque perſonis ipſa cellaria poſſidentibus qualitercunque non mouebimus accionem aliquam siue cauſam. In cuius rei teſtimonium sigillum vener. viri Reuer. in chriſto patris et dni nostri dni Craftonis dicti monaſterii in Růmerſtorf dei permiſſione abbatis ad preces nostras hiis literis appenſum eſt, quod nos ... abbas iam dictus recognoſcimus eſſe verum. Actum et datum in vigilia beati Nycolai episcopi anno dni M°. CCC°. viceſimo tercio.

Am Pergamentstreif hängt das am Rande sehr beschädigte Siegel .... ĈLIE.DE.ROMERSTORPH, *mit kleinem Rücksiegel.*

---

802. Hebele, Wittwe Kuno Buichers, u. ihre Familie verkaufen ihr Gut zu Obirlendirhusen an das Kl. Eberbach.

1323, Dec. 7.

Orig. Urk. im K. Staatsarchiv zu Idstein.

Vniuerſis — pateat — Quod ego Hebele relicta quondam Kůnonis dicti buicher accedente ad hoc. conſenſu Ludewici mei filii habentis debitos annos necnon Paze mee filie et Marquardi eius mariti legitimi — bonum in Obirlendirhůſen ſitum prope' Dorindorf ſuper quo bono Kůno meus legitimus et Ego —

Digitized by Google

antea vendidimus redditus trium maldrorum ſiliginis .. religioſis viris — in Erbach — vendidi ſimpliciter et totaliter — monasterii eiuſdem abbati et conuentui — et quia Demûdis mea filia nondum debitos annos attigerat pro warandia debita facienda per diem et anuum ut moris eſt ac eciam donec Dyemudis — renunciauerit — bono memorato, honeſtos et diſcretos viros ... Heynricum dictum de Naſſ(owe) militem, Heynricum burgrauium de Ellar dominum de Naſſ(owe) Marquardum generum meum et Ludewicum meum filium — conſtitui in ſolidum fideiuſſores —. In quorum robur — Nos Emicho Comes Naſſ (owe) recognoſcimus nos — nostrum appendiſſe ſigillum huic ſcripto. Recognoſcimus eciam hec acta fuiſſe in villa Vridekoben in judicio nostro ibidem — Datum anno dni M°. CCC°. XXIII. In craſtino Nycolai episcopi.

Ziemlich wohlerhalten hängt das Reutersiegel des Ausstellers an:

. . (eme)CHONIS C(omitis) DE NASSSOWE.

---

803. Johann von Appenheim, Edelknecht, u. das Kl. Eberbach vertauschen ihre zu Dexheim gelegenen Höfe.

***1323**, Dec. 11.*

Orig. Urk. im K. Staatsarchiv zu Idstein.

Nos .. abbas totusque conuentus monaſterii Ebirbacenſis. Necnon Johannes de Appinheim armiger tenore presencium recognoſcimus et ad vniuerſorum tam preſencium quam futurorum cupimus noticiam | peruenire quod communem nostram ex vtraque parte attendentes vtilitatem bona et matura hinc inde | deliberacione prehabita curias nostras in villa Dexheim contigue ſitas.

Digitized by Google

voluntarie ad inuicem commutauimus et tenore preſencium iuſto permutationis titulo in modum permutamus infraſcriptum. | videlicet quod nos.. abbas et conuentus predicti. prefato Johanni quadraginta duas libras | hallens. ſuperaddemus. de qua pecunia ego Johannes predictus per eoſdem.. abbatem et conuentum ex nunc recognoſco me eſſe pagatum integraliter et quitatum. Preſentibus intercluſo | Quod nos.. abbas et conuentus predicti de prefata curia quam nunc nos.. abbas et conuentus per permutacionem habemus antedictam. decem ſolidos cum quatuor hallens. et quinque talenta olei ecclesie parochiali in villa Dexheim predicta. annis ſingulis nomine cenſus perſoluemus. Preterea nos Johannes. Eberhardus. Heinricus. Hartlibus. Huſela et Irmengardis liberi Johannis armigeri ſupradicti. Recognoſcimus nos eidem permutacioni rite et racionabiliter ut predicitur facte. nostrum conſenſum et aſſenſum voluntarium adhibuiſſe et preſentibus concorditer adhibere. Renunciantes nichilominus expreſſe. et ex certa ſcientia. omni juri nobis in dicta curia. quam nunc predicti dni.. abbas et conuentus jure permutationis huius ut perfertur poſſidebunt hactenus quolibet competenti. et cuilibet alii juris vtriuſque auxilio. per quod contra premiſſa. venire poſſemus in parte vel in toto. Promittimus eciam dictos dnos.. abbatem et conuentum. ratione permutacionis antedicte per nos aut alias perſonas interpoſitas nullo vmquam tempore in poſterum aliqua arte vel ingenio impetere vel aliquo modo directe aut indirecte moleſtare. Immo eandem permutacionem prout preſentibus exprimitur habundanter. ratam et gratam perpetuo inuiolabiliter obſeruare. Preſentibus et atteſtantibus Volzone plebano ville Dexheim ſupradicte. dno Johanne dicto Iſin-

Digitized by Google

hoibit milite. Petro et Eberhardo de Appinheim fratribus Johannis ſupradioti. Nibelungo et. dicto Cappe Rink fratribus. Emerchone dicto Hoyx armigero. Thilone dicto Schrouwel. incola dicte ville. ac aliis quam pluribus fide dignis. In quorum omnium teſtimonium Nos .. abbas et conuentus predicti necnon Johannes armiger predictus. ac eius liberi ſepedicti. ciuitatis Oppenhemensis ac plebani ville Dexheim antedicti sigillis preſentes literas petiuimus roborari. Quod nos sculthetus . . scabini . . caſtrenses . . Conſules . . et vniuerſi ciues oppinheimenses. ac Volzo plebanus predicti ad inſtantes et ſerioſas preces . . abbatis et . . conuentus ac Johannis armigeri et . . liberorum ſuorum predictorum recognoſcimus eſſe verum. Actum et datum. anno dni. M°. CCC°. XXIII°. die dominica post diem beati Nycolai Episc.

An rothen Schnüren hängen:

1. *Das grosse Stadtsiegel von Oppenheim, mitten durchgebrochen.*
2. †. S. VOLZONIS. PASTORIS. ECCE. Ī. DECHESHEYM.

---

804. Eine letztwillige Verfügung des Bürgers Ruleman zu Lympurg zu Gunsten des dasigen Minoritenklosters.

1324, *März 9.*

Orig. Urk. im K. Staatsarchiv zu Idstein.

Nos .. Guardianus et collegium ord. fratrum minorum domus in Lympurg notum facimus vniuerſis Quod cum Rulmanus dictus | under den Gademin bone memore dum laboraret in extremis, ſui teſtamenti et vltime voluntatis execucionem in toto commiſerit hon. | viris dnis Hertwico scolaſtico, Lutzoni cuſtodi ecclesie

Digitized by Google

Lympurgenſis, Cunrado de Larheim ſcabino et Wernhero dicto ſengere tamquam ſuis manufidelibus ad hoc ſpecialiter deputatis nos recognoſcimus per preſentes et profitemur quod de legatis nobis et noſtre prouincie ab ipſo Rul. nos eſſe pagatos a predictis manufidelibus et quitatos totaliter videlicet de quinquaginta marcis denariorum brabantinorum ad ſtructuram noſtram proficiendam et de quinquaginta marcis pro fratribus prouincie nostre ita quod de hoc plene contenti ſumus atque de omnibus que nobis et noſtre prouincie debebantur racione teſtamenti predicti, pronunciamus predictos manufideles ac eciam heredes prefati Teſtatoris liberos et penitus abſolutos, quod ſi eiſdem aliqua incumberet accio ex parte nostri ordinis quod abſit occaſione premiſſorum de hac ipſos releuare bona fide promittimus et indempnes penitus conſeruare, dolo fraude et omni juris auxilio in premiſſis excluſis. In cuius rei teſtimonium sigillum nostri Conuentus duximus iſtis literis apponendum. Actum et datum anno dni M°. CCC°. XXIIII°. sabbato ante dominicam qua cantatur Reminiſcere.

An Pergamentstreif hängt wohlerhalten das Siegel in rothem Wachs:

†. S. FRATRVM MINORVM IN LIMPURG.

---

805. Schiedsrichter erkennen in dem Rechtsstreit des Kl. Eberbach mit der Gemeinde Eychen über den Besitz des Frauen-Werds.

1324, März 10.

Orig. Urk. im Gr. G. Staatsarchiv zu Darmstadt.

In nomine dni Amen. Nos Theodericus dictus randecker scultetus. Rudegerus de Altzeya. et Johannes Amelle de Wormacia Conſules oppinheimenſes | arbitri electi per religioſos viros ... abbatem et conuen-

Digitized by Google

tum monaſterii Eberbacenſis ord. Cyſtercienſis Magunt. dyoceſis ex vna nec non Karulus de | Eychen armiger electus per .. decanum et .. capitulum ecclesie ſci Pauli Wormaciensis nec non vicarium ecclesie parochialis in Eychen .. Scultetum .. scabinos .. juratos et .. vniuerſitatem ville Eychen predicte ex parte altera. ſuper lite et controuerſia que vertebatur ſeu verti ſpectabatur inter religioſos viros .. abbatem et conuentum monaſterii Eberbacensis ord. Cyſterc. Maguntine dyoceſis ex vna .. nec non .. decanum et capitulum .. vicarium .. scultetum ... scabinos .. juratos et ... vniuerſitatem predictos ex parte altera ſuper Inſula ſiue examne dicta unſer frauwen werd. ſita apud steinre werd in Gernſheimer marcke. Auditis et intellectis diligenter peticionibus vtriuſque partis que nobis oretenus dicere voluerunt. et ſuper hiis habito conſilio plurimorum ſapientum. ac vtriuſque partis inueſtigata et cognita voluntate ſollempnique deliberacione prehabita ex vigore dicti compromiſſi in nos facti dei nomine inuocando pro bono pacis et concordie inter eos habende perpetuo, laudamus, arbitramur, pronunciamus, dicimus et mandamus, predictos ... decanum et .. capitulum nec non vicarium .. juratos .. et vniuerſitatem ville Eychen deſiſtere a moleſtacione et inquietacione quam faciebant ſuper inſula ſiue examne dicta unſer frauwen werd predicta. et eius juribus omnibus quam longe jurisdictio reuerendi in Chriſto patris ac dni Moguntini | ... archiepiscopi ſe extendit, ad ipsos .. abbatem et conuentum cum omnibus juribus et pertinenciis ſuis perpetuo pertinere debere. perpetuum ſilentium imponentes et ex aduerſo laudamus et arbitramur, dicimus et ſententiamus eoſdem ... abbatem et conuentum dare debere eiſdem ... decano .. capitulo .. vicario .. sculteto. scabinis ..

Digitized by Google

juratis. et vniuerſitati predictis .. decem et octo libras hallenſium bonorum et legalium pro redempcione inquietacionis et moleſtacionis predicte de quibus omnibus et ſingulis partes hinc inde renunciauerunt omni juri ſiquid haberent vel habere poſſent in Inſula ſiue examne ſupradicta que omnia et ſingula hinc inde fieri ſeruari et adimpleri laudamus, dicimus et arbitramur atque mandamus partibus ſupradictis reſeruata nobis poteſtate declarandi et interpretandi ſuper predictis vbicunque ſuper ipſis vel eorum aliquo fuerit oportunum, et eciam ac pluries pronunciandi ſi nobis videbitur expedire. In quorum omnium teſtimonium nos .. arbitri predicti ad preces parcium predictarum ſigilla nostra vna cum honorabilium virorum .. decani et capituli ecclesie ſci pauli predicte preſentibus ſunt appenſa. Et .. decanus et .. capitulum eccleſie ſci Pauli Wormaciensis ſigillum noſtri capituli ad preces .. vicarii .. sculteti. scabinorum .. juratorum. et vniuerſitatis ville Eychen predictorum vna cum ſigillis arbitrorum predictorum preſentibus duximus appendendum. Actnm et datum .. anno dni M°. CCC°. XXIIII°. Dominica qua cantatur Reminiſcere.

Von 5 Siegeln sind nur noch die beiden ersteren vorhanden.

1. † SIGILL' CAPITVLI. SAN . . PAVLI WORM(ac)IENSIS.
2. *Ein unkenntliches Bruchstück.*

---

806. Johannes, Pleban in Lympurg, ertheilt seinen Consens zur Weihung der dortigen Eberbacher Hof-Capelle.

1324, *April 3.*

Orig. Urk. im K. Staatsarchiv zu Idstein.

Nos Johannes Plebanus et canonicus in ecclesia Lympurgenſi .. scultetus | scabini et vniuerſi cives oppidi

Digitized by Google

Lympurg ad vniuerſorum quorum ſcire | intereſt et intererit noticiam deducimus publice preſentibus proteſtantes | Quod cum Religioſi viri.. abbas et Conuentus monaſterii Ebirbacenſis ord. Cyſterc. quandam capellam contiguatam curie eorundem ſite in oppido Lympurg predicto primitus de noſtra voluntate fundauerint et conſtruxerint. Nos eciam nunc ad eiuſdem Capelle confirmacionem et conſecracionem faciendas in aucmentum diuini cultus in dicto oppido habendi noſtrum conſenſum expreſſum et beniuolum preſentibus adhibemus. In cuius facti robur et teſtimonium Ego Jo. plebanus antedictus sigillum parochie in Lympurg et nos scabini ibidem sigillum vniuersitatis nostre in oppido Lympurg memorato apponimus huic ſcripto. Datum anno dni M°. CCC°. XXIIII. feria tercia poſt dominicam Judica.

An Pergamentstreif hängen:

1. *Das Siegel der Parrochie, wie oben N. 768 (beschädigt.)*
2. *Das kleine Stadtsiegel:* † S. (c)IVI(um) . . . (iu)STE. IVDICATE.

---

807. Johann von Nuwenheim, Edelknecht, schenkt dem Kl. Eberbach sein Haus u. Weinberge zu Cube.

1324, *April 26.*

Orig. Urk. im K. Staatsarchiv zu Idstein.

Ego Eberhardus miles dictus Brenner Burggrauius et Judex secularis in Cuba ad vniuerſorum tam preſen|cium quam futurorum noticiam cupio peruenire quod Johannes armiger dictus de Nûwenheim sculthetus ibidem mo|naſterio Eberbacensi per manus Enſfridi prioris, Johannis dicti voys, superioris et Johannis de hoenberg syndici | monachorum prefati monaſterii contulit dedit et donauit donatione irreuoca-

Digitized by Google

bili que eſt inter viuos domum ſuam ſitam apud mediam portam in opido prenotato. Item triginta vnum ſolidos denariorum colon. perpetui cenſus quos emit erga dominam dictam dy Aſpinſheimerſſe et omnes heredes eius. It. quatuor vineas quarum prima ſita eſt in Bacheracherberge, que fuit patris dicti hebeſtrit que ſoluit annuatim quatuordecim ſolidos colon. denariorum heredi-Ringravii de Weſalia. It. ſecunda ſita eſt in volkinbach an der abichelden. It. tercia vinea ſita eſt in Rindiſcheyt cui attinet aliquid iuris montis petrarum. It. quarta ſita eſt in Mulheldin. predictus eciam Johannes sculthetus bona hic ſpecificata et expreſſa ab ipſo Johanne empta, ſibi coram me et sex scabinis ac aliis pluribus fidedignis inferius nominandis a ſe penitus alienauit et ſepedictum monaſterium in corporalem et perpetuam poſſeſſionem omnium et ſingulorum bonorum predictorum miſit accedentibus omnibus et ſingulis ſollempnitatibus Juris et conſuetudinibus dicti opidi per publicam inquiſitionem meam a scabinis videlicet ſi antedictus Johannes sculthetus taliter ibi ſtaret et eadem bona emiſſet, et empta poſſediſſet, ſeu tenuiſſet uſque ad illam horam que poſſet ea dare et conferre cuicunque et quibuscunque vellet ad ſue libitum voluntatis. Subſecuta fuit abſque qualibet diſſenſione ſentencia scabinorum quod omnia et ſingula bona premiſſa taliter emiſſet empta tenuiſſet, et in hanc horam tenendo deduxiſſet quod poſſet ea vendere, alienare, dare, donare ſeu conferre cuicunque et quibuſcunque vellet ſibi et placeret. Hac ſentencia in publicum pronunciata scabini a prefatis religioſis ſuum Jus manifeſte receperunt, et ſepedictum monaſterium ſecundum omnes juris ſecularis modos et formas, conſuetudines, gracias et libertates opidi predicti

Digitized by Google

et bonorum miſſum fuit in bona prenotata. Ego inſuper Eberhardus Burggrauius et fridericus armiger filius meus ſenior ſi videmur, opinamur vel quocunque ſeu adinuentione in ſepedictis bonis que Johannes scul-thetus Monaſterio Eberb. contulit aliquid jus aut quid iuris vel eciam conſuetudinis habere iudicamur in parte et in toto ipſa bona eidem monaſterio in proprietatem contulimus et donauimus donacione legitima inter viuos. filium eciam meum Eberhardum juniorem adhuc ſub annis exiſtentem poſtquam ad annos diſcretionis peruene-rit ut idem faciat inducemus et ipſum talem quicumque nostrum ſupervixerit tenebit quod hoc non poterit ulla-tenus denegare. Acta ſunt hec coram heynemanno dicto Schilling, heynemanno Rameſal, Cunrado hůnger, Heinrico Leytgaſt, Hertwino Wolue-rich et heinrico hebeſtrit scabinis ſepedicti opidi, hermanno milite de hademar sororio meo, Johanne filio ſuo armigero ac aliis pluribus fidedignis. In quorum omnium et ſingulorum euidens teſtimonium et perpetuam roboris firmitatem sigillum meum una cum sigillis her-manni sororii mei predicti necnon opidanorum in Cuba preſentibus eſt appenſum. Datum anno dni M°. | CCC°. XXIIII°. In craſtino beati Marci Ewangeliſte.

An Pergamentstreif hängen in rothem Wachs:

1. †. S' EBERHARDI DICTI. BRENNERE.
2. †. S' HERMANNI DE (hade)MAR MILIT'.
3. *Das Siegel der Stadt Caub.*

808. Ulrich, Herr von Bykkinbach, quittirt dem Kl. Eberbach den Empfang der Kaufsumme für seine Güter bei Bunsheim.

1324, *Mai 7.*

Orig. Urk. im Grossh. G. Staatsarchiv zu Darmstadt.

Nos Vlricus dominus in Bykkinbach tenore presencium publice recognoſcimus — quod Racione compoſicionis facte inter — Abbatem et conuentum Monaſterii Eberbacensis Cyſt. ordinis ex parte vna et Nos ex parte altera ſuper bonis in uilla Bůnſheim' et eius terminis ſitis recepimus centum et quinquaginta libras denariorum hallensium in prompta et numerata pecunia ab eiſdem clamantes et dicentes eos in preſentibus de cetero ab obligatione et quauis vexacione pretacte pecunie liberos penitus atque quitos. In cuius receptionis nostre — teſtimonium has literas sigillo noſtro ſigillatas memoratis Religiosis tradidimus roboratas. Actum et dat. a. dni M°. CCC°. XXIIII°. In craſtino beati Johannis ante portam latinam.

An Pergamentstreif hängt wohlerhalten das Reitersiegel des Ausstellers. Umschrift: † SIGILLVM VDALRICI DOMINI DE BYKKENBACH.

809. Pachtbrief über einen Acker bei Lorch.

1324, *Juni 6.*

Orig. Urk. im K. Staatsarchiv zu Idstein.

Ich Johann Slagwi ein Ritter von Waldecken vnde luckart min elich wip bekennen vns | an dyſen bryfe daz wir bit geſvndem libe vnde bit geſammeter hant han geluhen zu eyme | rehten Erbe nycolas ſtruben dem mulinne vnd neſen ſyme Elichem wibe eynen acker vor | dem Růbe acker da der dich durch

Digitized by Google

get ligit oben an dirſtal vmme dye ſvnderliche libe vnd frvntſchaft dy wir zů yn han von dem ſelben acker ſollent ſy vns vnde vnſern erben alle Jare reychen vnde geben zwen ſchillinge penninge geldis dry haller vor den penning vnde zwen ancfogel zů ſante Martins dag zů herbeſte. vnde vber denſelben zins ſollen wir noch vnſer Erben dye ſelben elichen lude nyt hoher ſteygen vnde daz daz ware ſy vnde ſtede blibe Sa hencken ich Johan Slagwi min Ingeſigel zů eym rehten vrkunde an dyſen bryf vnde ich luckart ſin eliche wip bekennen mich vnde hern Johans myns elichen mannes Ingeſigel daz diz min wille ſy. Datum feria tercia infra octauam feſtorum Penthecoſtes anno dni M°. CCC°. XXIIII°.

Das an Pergamentstreif anhängende Siegel ist am Rande beschädigt. (Der Schild quer getheilt, über dem Balken 3 Reihen (4, 3, 4), darunter 3 Reihen (4, 3, 1) Punkte).

---

810. Ludwich Walpodo von der Nuerburg sühnet seinen Streit mit Bruder Dyderich zu Lympurg.

1324, *Juni 9.*

Orig. Urk. im K. Staatsarchiv zu Idstein.

Ich ludewich ein Walpodo wan der nůer burg důn kunt alle den | die duſen brief ſient ove horent de dingyn die ich hatte bit eyme | herſamen manne broder dyderiche de da ſickit zů lympurch in der | herrin howe van Derinbach, dat ich des geſůnet in de geſcedyn | byn aſe wan eynen manne die myn godiſleyn was ynde by in geſtozſyn was dat ich ſone genomen hayn wor myich inde des de dyn mannys erwyn mitzis vfer eynen edelen man reynarde wan Weſterburg ende haryn gerarde wan bovfenheym eyn erſamen

ritter die vnſe ſamende ratlude waryn, Inde die duſe ufyntlyge rede gemachet hant vor me herren wan lympurg vnde wyl gůderlůde, důr bryef wart gegevyn des ſamchdages na pyngyſdage de da is gelegyn na der gebůrte godis důſynt yar unde druzenhundert yar unde ferynſzuenzych iar.

An Pergamentstreif hängt das Siegel:

. . DWIG WALPODOĪS DE NOVO CASTRO MILITIS

(im Schilde drei schräg links laufende verschobene Parallelogramme.)

---

811. Der Priester Angelus von Sassen in Arnsburg vermacht dem Kl. Eberbach seine Wiesen bei Münster.

—

***1324**, Aug. 28.*

Orig. Urk. im K. Staatsarchiv zu Idstein.

Reuerendo in Chriſto patri dno Abbati .. Priori et conuentui monasterii Ebberbacensis fratres Gerlacus abbas, Johannes Prior | Henricus dictus de Geylinheim, Hartmůdus de Lindin grangiarius monasterii in Arnſburg, Engilbertus plebanus in Echzile | et Wigandus miles de Alpach caſtrenſis in Frideberg manufideles ſeu executores teſtamenti et vltime voluntatis | pie memorie Angeli quondam de Saſſen sacerdotis reſidentis in Arnſburg proximis hiis diebus ab hac luce migrantis, honoris et reuerentie quantum poſſunt. Nouerit uestra dilectio veneranda quod in littera ſeu rotulo legati ſiue teſtamenti predicti Angeli in die ſepulture ſue aperto et publicato nobis ad exequendum commiſſo interſeritur et continetur paragraphus ſeu articulus tenoris et continencie in hec verba. C. Item lego monaſterio Eberbacensi omnia prata mea a ſuperiori parte

Digitized by Google

pontis in Můnſtere verſus Yttingiſhuſen ſita ſoluentia vndecim ſolidos denariorum Colon., anſeres et pullos conſuetos dari pro anniuerſario meo peragendo. Nos quoque manufideles predicti nomine manufidelitatis nostre vobis et monaſterio vestro predicto prefata bona vobis legata preſentibus aſſignamus vobis ſuadentes bona fide vt poſſeſſionem eorundem bonorum ingredi non tardetis, diem quoque anniuerſarium predicti Angeli. VII°. Kal. Septembr. videlicet in die beati Rufi martiris perpetuo peragendum vobis preſentibus intimamus. Datum ſub ſigillo nostro ſcilicet .. abbatis predicti quo omnes vtimur in hac parte. Anno dni M°. CCC°. XXIIII°. in die beati Auguſtini episcopi et confeſſoris.

Von dem Siegel des Abtes zu Arnsburg hängt noch aus der Mitte ein Bruchstück an.

---

812. Gerung u. Herrad, Eheleute, nehmen die Eberbacher Klostergüter bei Kuningisteden in Erbpacht.

1325, *Febr. 22.*

Orig. Urk. im K. Staatsarchiv zu Idstein.

Nos ... Decanus Ecclesie ſce Marie ad Gradus Moguntine Judex et conſeruator libertatum | ac priuilegiorum monaſterii Eberbacensis Ordinis Cyſterc. Moguntine dyoc. a ſede apoſtolica conſtitutus | Recognoſcimus preſentibus litteris publice profitentes quod in nostra preſencia conſtituti Gerungus et Herradis coniuges Incole ville Kůningiſteden publice ſunt confeſſi ſe recepiſſe a Re|ligioſis viris ... Abbate et Conuentu monaſterii Eberbacensis ſupradicti bona quedam videlicet agros et prata ſita in villa kuningiſteden predicta et terminis eiuſdem Monaſterio Eberbacenſi | attinentia Jure heredi-

tario poſſidenda et excolenda mediantibus condicionibus ſubnotatis. Primo nempe quod iidem coniuges et ipsorum heredes racione dictorum bonorum quadraginta quatuor maldra | siliginis moguntine menſure ſingulis annis infra duo feſta ſcilicet aſſumpcionis et Natiuitatis beate Marie virginis ad litus Reni ante ciuitatem Moguntinam in naui ſuis laboribus et expen|ſis preſentanda ipſis Religioſis nomine penſionis annue tribuant et aſſignent. Ceterum premiſſis eſt adiectum quod antedicti coniuges prefata bona diuidere non debent nec poterunt quoquam modo ſed ipſa bona apud vnum heredem tantum manere debent perpetim indiuiſa, hoc eciam ſane proviſo quocumque anno fruges per ſterilitatem aut per exercitum generalem dominorum periclitari contigerit, memorati religioſi ad monitionem dictorum coniugum heredumque ſuorum prelibata bona pro tempore poſſidencium ſibi faciendam dampnum grandinis ſeu exercitus in campis videre et taxare debebunt necnon iuxta quantitatem dampni predictis coniugibus et ſuis heredibus in penſione danda condeſcendere anno illo tenebuntur, prout utrobique conueniens fuerit et amicum. Si vero per grandinem fruges periclitate fuerint ſeu diminute, extunc prelibati Religioſi duas partes dictarum frugum tempore menſium anticipabunt, coniuges autem ſupradicti vel ſui heredes ipsis defunctis tres partes percipient ſecundum morem terre conſuetum et hactenus generaliter obſeruatum. Item prefati coniuges quadraginta maldra siliginis infra duos annos ſubſequentes ſepedictis religioſis nomine ſubpignoris preter penſionem debitam preſentabunt ut ſi prefati coniuges vel ipſorum heredes in ſolucione penſionis predicte negligentes inuenti fuerint quod abſit vel remiſſi in parte vel in toto aut in condicionibus infra ſcriptis vel

Digitized by Google

aliqua ipsarum, antedicta quadraginta maldra siliginis ſepedictis Religioſis remaneant in reſtaurum penſionis neglecte et nichilhominus bona prefatis coniugibus locata ad memoratos religioſos omni Judiciorum ſtrepitu quieſcente libere reuoluentur. Preterea ſepefati coniuges omnia jura et ſeruicia ſupradictis bonis de jure vel de facto incumbencia in futurum, expedire omnibus perſonis requirentibus ſi non poterunt ab eis ſupportari ac de ipsis bonis ſatiſfacere tenebuntur. In quorum omnium et ſingulorum premiſſorum teſtimonium sigillum nostrum preſentibus litteris duximus appendendum. Actum et Datum Anno dni. M°. CCC°. XXV°. In feſto beati Petri apoſtoli ad cathedram.

Das Siegel ist von seinem Pergamentstreifen abgerissen.

---

813. Baldewin, Erzbischof von Trier, bestätigt die der Kapelle im Eberbacher Klosterhof zu Bopard ertheilten Indulgenzen.

—

***1325**, Mai 19.*

Orig. Urk. im K. Landes-Archiv zu Idstein.

Baldewinus dei gratia sce Treuerensis ecclesie archiepiscopus sacri Imperii per Galliam archicancellarius Vniuerſis Christi fidelibus | salutem in omnium saluatore. Glorioſiſſime et intemerate dei genitricis et virginis Marie, beatorum Johannis baptiſte Johannis | Ewangeliſte, Caſſii martiris, Nycolai episcopi, Bernardi, Benedicti, sanctarum Marie Magdalene, Katherine, Margarete | et Agnetis In quorum et quarum honore capella super littore Reni apud Bopardiam in curte Religioſorum virorum abbatis et conuentus monaſterii de Eyrbach

Digitized by Google

ibidem ſita eſt vt intelleximus erecta et dedicata in reuerenciam et honorem deuocionem cupientes chriſtifidelium excitari indulgencias per dnos Cononem Wormaciensis et Ludewicum Marrionensis episcopos ad ipsam capellam prout rite conceſſe ſunt ratificantes et eis conſenſum nostrum adhibentes sub modo tamen infraſcripto omnibus vobis vere penitentibus et confeſſis qui in diebus Natiuitatis, Circumciſionis, Epiphanie, Reſurrectionis et aſcenſionis dni nostri Jhesu Christi, Penthecoſtes, quatuor feſtiuitatum beate Marie virginis dei genetricis, omnium ſanctorum ac ſcorum et ſcarum ſupraſcriptorum nec non dominicis et dedicationis ipsius capelle ipsam cauſa deuocionis ſeu peregrinacionis acceſſerint aut ad ornamenta, luminaria, ſeu edificia eiuſdem capelle de bonis ſuis contulerint vel in extremis ſuarum quoque legauerint facultatum et quociens aliquod premiſſorum piorum operum fecerint et huius gracie participes eſſe uoluerint et tociens vnum paternoſter et aue maria complete pro nostro et ſubditorum nostrorum ſalubri et proſpero ſtatu in Chriſto dicant ſeu dixerint, Quadraginta dies de iniunctis ſibi penitentiis in dno miſericorditer relaxamus. jure matris ecclesie per omnia tamen ſaluo. In quorum omnium teſtimonium ſigillum nostrum hiis litteris eſt appenſum. Datum Bopardie a. dni M°. CCC°. viceſimo quinto. die XIX^a^. menſis Maij.

Das runde Siegel des Ausstellers

†. S' SECRETV: BALD: ARCHIEP(i treue)REN.

hängt wenig beschädigt an.

Digitized by Google

814. Das Mainzer Gericht vindicirt sich geistliche Gerichtsbarkeit für eine Güterschenkung Craftos von Hasemanshusen.

1325, *Juni 8.*

Orig. Urk. im K. Staatsarchiv zu Idstein.

Judices ſce Mogunt. ſedis .. Plebanis in Rûdenſheim et in Haſemanſhuſen .. salutem | in domino. Cum Crafto filius quondam Baldemari de Haſemanſhu. de conſenſu et volun|tate expreſſa Elyzabeth matris ſue. in remedium anime ſue et ſuorum progenitorum | bona ſua infraſcripta prefate donacionis tytulo dedit tradidit et donauit pure et libere donacione ſimplici inter viuos .. Religioſis viris .. abbati et conuentui Monaſterii Eberbacenſis ac eidem ipſorum monaſterio perpetuo tenenda habenda ac eorum vſibus ſecundum quod ipſis placuerit applicanda. Primo videlicet curiam ſuam ſitam in villa Haſemanneſhuſen predicta cum ortis et aliis ipſius attinentiis vniuerſis. It. vineam dictam Bruchkaderach. It. vineam dictam de Alde Bubenberg. It. vineam dictam de Alde Bubenberg. It. vineam dictam de Junge Bubenberg It. vineam dictam Gyſenloch ſitas in terminis predicte ville Haſemanſhuſen. cum omnibus et ſingulis que infra ipſarum vinearum confines continentur necnon egreſſibus et acceſſibus omnique jure actione vſu requiſicione ex eis vel pro eis modo aliquo pertinente prout in litteris noſtris deſuper confectis plenius continetur. Vobis et cuilibet veſtrum qui fuerit requiſitus ſub pena ſuſpenſionis. officii veſtri diſtricte precipiendo mandamus quatinus inhibeatis publice et expreſſe .. sculteto et scabinis ville Rûdenſheim predicte ac aliis judicio ſeculari ibidem preſidentibus sub quorum jurisdictione dicta bona ſunt ſita qui-

Digitized by Google

bus et nos diſtrictius inhibemus in hiis ſcriptis ne ipſi ſuper ipſis bonis ad cuiuſuis procuracionem vel inſtanciam cum ipſa bona iam ad forum pertineant eccleſiasticum, et facultas judicandi ſuper eiſdem decetero ipſis penitus ſit ſublata. quamquam indicent ac fulminare preſumant ſentencias ſeculares. Decernimus enim irritum et inane ſi ſecus per ipſos ſeu quemquam alium fuerit quomodolibet attemptatum contra ipſos ſic contrauenientes in quantum de Jure fuerit nichilominus proceſſuri — Reddimus literas | ſigillatas. — Datum Anno dni M°. CCC°. XX°. V°. — VI°. Idus Junii.

Von dem Siegel ist nur noch ein Stückchen vorhanden.

---

815. Das Kloster Eberbach kauft einen Jahrzins zu Hulchilheim.

***1325**, Aug. 14.*

Orig. Urk. im K. Staatsarchiv zu Idstein.

Nos . . Gyſo dns de Molliſberg ad vniuerſorum deferimus noticiam preſentibus publice proteſtantes Quod con|ſtituta in preſencia nostra . . Alheydis Relicta quondam Lodewici dicti Scherre recognouit ſe recepiſſe decem | marcas bonorum denar. in parata et numerata pecunia pro vna marca annui et perpetui redditus ſita in Hulchilheym | a Hebela Relicta quondam Kunonis dicti bůichir et Lodewico dicto bůichir et Phya eius legitima recipientibus et redimentibus pariter predictam marcam redditus Qua quidem redempcione ſic facta . . Hebela iam dicta cum Lodewico ſuo filio et cum filiabus ſuis . . Lodewicus dictus bůichir et Phya coniuges predicti in presentia nostra recognouerunt ſe eandem marcam redditus communicatis manibus et ſimplici vendicione vendidiſſe Religioſis viris dno . .

Digitized by Google

Abbati et conuentui Monaſterii in Erbach ord. Cyſterc. pro certa ſumma pecunie ipsis numerate. tradite integraliter et ſolute a fratre.. Theoderico dicto de Lurinburg emente et recipiente predictam marcam redditus nomine.. Abbatis et conuentus predictorum Ita quod Ipsi.. abbas et Conuentus in Erbach hanc marcam redditus jure proprietatis abſque Impedimento quolibet habebunt et poſſidebunt perpetuis futuris temporibus, Litteris, excepcionibus quibuſcumque habitis et habendis, inuentis et inueniendis quibus predicti venditores et eorum heredes contra uendicionem huiusmodi nunc aut in futurum venire poſſent, annullatis penitus et caſſatis. In quorum robur et teſtimonium sigillum nostrum ad preces vtriuſque partis vendentis videlicet et ementis preſentibus eſt appenſum. Datum anno dni. M°. CCC°. XXV. In vigilia Aſſumpcionis Marie.

Das Siegel ist abgerissen.

---

816. Das Kl. Eberbach erwirbt durch Kauf einen Hof in Holinvels.

1325, *Sept. 14.*

Orig. Urk. im K. Staatsarchiv zu Idstein.

Nos frater.. Philippus abbas totusque conuentus monaſterii veteris montis ord. Cyſterc. Vniuerſis has literas | videntibus et audientibus notum facimus publice proteſtantes Quod nos matura prehabita deliberacione et conſenſu | vnanimi curiam nostram in villa Holinvels ſitam cum agris et pratis ad eandem curiam ſpectantibus que | colit Conradus dictus lape ibidem que fuerunt olim Wynandi dicti Haynpiel, et cum

Digitized by Google

redditibus et juribus infraſcriptis, videlicet redditus duorum maldrorum ſiliginis que dabit .. Wintherus armiger. Item redditus dimidii maldri ſilig. quod dabit Hertwinus de Mudirſhuſen. It. redditus duorum octalium ſiliginis cum duobus pullis cenſualibus quos dabunt duo fratres dicti di vierieringen, de zhuſſin. It. redditus vnius maldri ſiliginis cum septem pullis quorum vnus eſt pullus carniprivialis quos dabit .. Conradus dictus kneppichen de holinvels, vendidimus et ſimpliciter vendimus iuſte et legitime in hiis ſcriptis Relig. viris. et dnis .. dno .. abbati et conuentui monaſterii in Erbach dicti ordinis Cyſterc. pro quadam ſumma pecunie, nobis ab eiſdem deliberata tradita et ſoluta ad habendum et poſſidendum, omnia preſcripta bona perpetuis futuris temporibus feliciter et quiete. In quorum robur et teſtimonium sigillum nostrum preſentibus eſt appenſum. Datum et actum anno dni M°. CCC°. XXV°. | In exaltacione ſce crucis.

Von dem Siegel hängt nur noch ein Stückchen an.

---

817. Heinrich, Erzbischof von Köln, ertheilt der Eberbacher Hofkapelle bei Bopard ein Ablass-Privileg.

1325, *Septemb. 29.*

Orig. Urk. im K. Landes-Archiv zu Idstein.

Henricus d. g. sce Coloniensis ecclesie Archiepisc. sacri Imperij per Italiam Archicancellarius Vniuerſis Chriſtifide|libus salutem in omnium saluatore. Licet is de cuius munere u. s. w. [wie oben Urk. No. 791] — videlicet diebus Natiuitatis, Circonciſionis, Epiphanye, Reſurreccionis et Aſcenſionis dni nostri Ihesu Chriſti, Penthe-

Digitized by Google

coſtes, quatuor feſtiuitatum beate Marie virginis dei genitricis, omnium sanctorum, ac sanctorum et sanctarum ſubſcriptarum, necnon dominicis et dedicacionibus ipsius capelle ipsam cauſa deuocionis ſeu peregrinacionis acceſſerint aut ad ornamenta luminaria seu edificia eiuſdem capelle de bonis ſuis contulerint vel in extremis ſuarum quidquam legauerint facultatum et quociens aliquid premiſſorum piorum operum fecerint et huiuſmodi gratie participes eſſe uoluerint et tociens vnum pater noſter et aue maria conplete pro nostro et subditorum nostrorum salubri et proſpero ſtatu in Christo dicant ſeu dixerint, Quadragaginta dies de iniunctis ſibi penitenciis in dno miſericorditer relaxamus. In quorum omnium Teſtimonium sigillum nostrum hiis literis eſt appenſum. Datum Bopardie anno dni Mill. CCC⁰. viceſimo quinto In die b. Mychahelis archangeli.

Das Siegel fehlt.

818. Ruker von Ober-Brechen, Priester, schenkt dem Kl. Eberbach seinen Weinberg daselbst.

1325, *Nov. 18.*

Orig. Urk. im K. Staatsarchiv zu Idstein.

Nouerint vniuersi preſencium inſpectores et auditores Quod ego.. Rukerus de Superiori brechen sacerdos | coram dapifero Nobilis viri dni.. Gerlaci domini de Lympurg coram sculteto et scabinis de dicta villa | brechin infraſcriptis propter hoc ſpecialiter conſtitutus in anime mee remedium animarum progenitorum meorum necnon | animarum omnium fidelium dedi et per has literas do donacione inter viuos Vineam meam apud eandem villam | brechin ſitam Religioſis viris dno...

Digitized by Google

abbati et conuentui monaſterii Ebirbacensis Ordinis Cyſterc. habendam perpetuo et poſſidendam jure et tytulo proprietatis Quo facto frater .. Theodericus de Lurenburg nomine Abbatis et conuentus predictorum conceſſit et locauit mihi eandem vineam, duntaxat ad dies vite mee habendam et colendam pro vna libra cere ipsis dnis .. abbati et conuentui per me in feſto purificationis marie virginis annis ſingulis preſentanda. Inſuper ibidem conſtitutus dedi et per preſentes do donacione inter viuos dnis .. abbati et conuentui pretactis redditus annuos et perpetuos septem maldrorum ſiliginis menſure Lympurgenſis preter vnum octale et dimidium cedentes annis ſingulis infra duo feſta Aſſumptionis et Natiuitatis marie virginis de bonis Lotzonis dicti Meyſtir de brechen. In horum vero reddituum et vinee predicte poſſeſſionem corporalem per ſollempnem ſtipulationem ac cum omni juris sollempnitate ſumiſi abbatem et conuentum memoratos. Acta ſunt hec coram frankone de Dyfenbach dapifero, Petro sculteto, Gerlaco piſtore, lotzone meyſtir predicto, Henrico hachinberger, Petro dicto houeman scabinis in brechin et aliis quam pluribus fide dignis. In cuius rei testimonium perhenne sigillum dni ... Gerlaci dni de Lympurg predicti ad preces meas hiis literis eſt appenſum. Quod nos .. Gerlacus dnus de Lympurg iamdictus recognoſcimus eſſe verum. Datum feria ſecunda proxima poſt feſtum beati Martini Anno dni M°. CCC° XXV°.

An Pergamentstreif hängt das, bis auf den beschädigten Rand, wohlerhaltene Reutersiegel Gerlachs.

Digitized by Google

819. Des Kl. Eberbach Pachtbrief über Weinberge bei Lorche.

1325, *Dec. 9.*

Orig. Urk. im K. Staatsarchiv zu Idstein.

Vniuerſis preſentium inſpectoribus nos Rudgerus de Huſen et Elyzabeth. Petrus dictus Kornkeufer. Henikinus filius Hertwici | et Chriſtina conjuges de Lorche cupimus notum eſſe hiis ſcriptis publice profitentes quod religioſi viri dnus Wilhelmus abbas to|tuſque conuentus monaſterii Eberbacenſis ord. Cyſterc. Mogunt. dyoceſis locauerunt nobis et ſeniori ac vni ſucceſſiue heredi noſtro | vineam ſuam amme Schafwege ſitam pro tertia parte vini perpetim poſſidendam prefatis tamen religioſis tytulo proprietatis in omnibus reſeruato annexis condicionibus hic notatis. Primo videlicet &c &c — — predictam etiam vineam tempore debito et mature putabimus, fulciemus. fodiemus ac nouellis vitibus que vulgariter reyflinge dicuntur plantabimus ac plantari procurabimus &c. — It. predicti religioſi etiam locauerunt nobis Willikino filio Hertwici et Agneti coniugibus — vnam petiam vinee ſitam in dem floure pro medietate vini et vnam peciam ſitam in Mannendal pro tertia parte vini &c. — Item — locauerunt — ſimiliter nobis Johanni dicto Brabendere et Katherine coniugibus de eadem villa vnam petiam vinee ſitam in Huſer dal &c. — It. locauerunt nobis Henikino filio Wenzonis vngari et Helene coniugibus vnam petiam vinee apud Wuſſchebure ſitam. — It. — locauerunt nobis Emerichoni filio iuſdem Wenzonis vngari et Sophye coniugibus — vnam peciam vinee dictam Heinſbuele et petiam vinee in Babindal ſite &c. — — ſepedictis religioſis nos predicti cultores — tradidimus

sigillo — scabinorum in Lorche firmiter roboratam et nos scabini predicti — — sigillum noſtrum commune duximus preſentibus apponendum. — Actum et datum anno dni Millesimo Trecenteſimo viceſimo quinto, feria ſecunda proxima post octauam b. Andree apostoli.

Das grosse Gerichtssiegel von Lorch, hier zum ersten Male erscheinend, hängt unversehrt an. Umschrift: „S' VNIVERSITATIS. VILLE. LORCHE.

---

820. Das Kl. Eberbach verpachtet seine Weinberge bei Campe.

1325, *Dec. 9.*

Orig. Urk. im K. Staatsarchiv zu Idstein.

Vniuerſis preſencium inſpectoribus Nos Wernherus miles dictus Schenke et Paitza coniuges de Campe. cupimus notum eſſe | hiis scriptis publice profitentes quod Religioſi viri dominus Wilhelmus abbas totusque conuentus Monaſterii Eberbacenſis Cyſterc. | ord. Mogunt. dyoc. vineam dictam Buderich in terminis eiuſdem ville ſitam pro medietate vini juſto et ſollempni | locationis contractu diebus duntaxat quibus advixerimus. Ita ſane locauerunt nobis quod dicta vinea ad nullos omnino ſucceſſores noſtros tranſeat sed cum omni melioratione prout poſt obitum noſtrum inventa fuerit. abſque quibuſlibet omnium heredum noſtrorum impedimentis et moleſtiis ad ipſos Religioſos et eorum monaſterium. in noſtrarum animarum remedium libere reuertatur. Preterea omne vinum in eadem vinea creſcens ſeu eueniens tempore vindemiarum in duo dolia equaliter et particulariter diuidemus et colligemus ſeu eciam colligi faciemus. Que quidem dolia in nauem aut terram ſituabimus ut omnis ſuſpicionis

Digitized by Google

ſpecies penitus euitetur Ita quod ſyndicus aut procurator ſiue tercius ipſorum nuncius abſque remorſu conſciencie pro ſua opcione et libitu eorundem doliorum alterum eligat et aſſumat. Dolium vero ſiue dolia a procuratore dictorum religiosorum ſic electa in torculare ipsorum Bopardie procurabimus deduci noſtris laboribus periculis et expenſis. Item antedicte vinee octauam partem annis ſingulis cum ſcitu procuratoris predicti fimabimus. Ita quod quelibet vitis fimi plene habeat ſuum pondus et quod infra octauum annum acta vinea integraliter ſit fimata. Predictam eciam vineam tempore debito et mature putabimus, fulciemus, fodiemus ac nouellis vitibus que vulgariter Reyflinge dicuntur plantabimus ſeu plantari procurabimus aut per noualia eandem vineam renouabimus quociens fuerit oportunum. Lapides etiam conteremus et terram incultam adiacentem et eis attinentem in cultas vineas redigemus. ac alia cultura debita et conſueta ipsam vineam excolemus qua boni et ydonei cultores ſuas vineas hactenus colere conſueuerunt. Interea Syndicus aut procurator monaſterii predicti qui pro tempore fuerit annis ſingulis in octauis ſci Johannis Bapt. vel circa idem feſtum prout ipsi procuratori magis videbitur expedire ſepedicte vinee culturam reſpiciet et examinabit. aſſumptis tribus aut quatuor antedicti monaſterii cultoribus ſeu perſonis ydoneis quibuſcumque qui dictam culturam in ſuas conſciencias examinent diligenter. Ita quod preſatus procurator per nuncium ſuum nos coniuges ſeu cultores ſicut et ceteros colonos ipsorum conuocet in vnum. infra quindenam poſt examinationem dicte vinee nobis ſi negleximus aut infregimus condiciones expreſſas in hac carta noſtrum defectum vt obiciat racionabiliter et oſtendat. Si autem infra quindenam immediate ſubſe-

Digitized by Google

quentem noſtram negligentiam ſeu defectum non compleuerimus ſeu reformauerimus, yconomus ſeu procurator predictus prefatam vineam non debite cultam totaliter colleget et vinum omnimode sibi recipiet contradictione qualibet non obſtante. Nos quoque memorati coniuges ſi debitam culturam ut predictum eſt neglexerimus omni jure priuabimus nobis virtute huius ſollempnis locationis competenti quolibet judiciorum ſtrepitu quieſcente. niſi de dampno ſeu defectu huiuſmodi infra quindenam immediate ſubſequentem ſatiſfaciamus plenarie vniuerſo. Inſuper nobis ad decimas de predicta vinea obuenientes quaſcumque perſonas contingentes et cuſtodum vinearum precium et ad alia jura et onera ſepedicte vinee incumberitis firmiter obligatis. Predictam eciam vineam neque in parte neque in toto diuidemus, vendemus, permutabimus aut alio quocunque modo alienabimus ſine ſupradicti conuentus manifeſto conſenſu et licencia speciali. Ultimo nos sepedicti coniuges et Wernherus filius noſter diſcrecionis annos plene habens. omnes condiciones premiſſas in figura iudicii secularis veras eſſe profeſſi ſumus et nunquam arte dolo vel ingenio contraueniemus quod et ego Wernherus predictorum coniugum filius vera eſſe fateor et nichil in contrarium promitto preſentibus attemptare. Et ſuper omnibus ac ſingulis condicionem predictarum articulis litteram iſtam sigillo proprio nec non ſigillis hartmudi et Gerhardi fratris mei Wernheri predicti militum de Campe Conuentui et monaſterio predictis dedimus firmiter reboratam. Nos quoque Hartmudus et Gerhardus antedicti fatemur omnia et ſingula eſſe vera ut ſuperius eſt expreſſum, ac ſigilla noſtra in eorundem teſtimonium appendiſſe ad preces et inſtancias coniugum predictorum nec non Wernheri ipſorum filii ſu-

Digitized by Google

pradicti. It. prefati Religioſi locauerunt nobis Henrico dicto Vogelyn de Campe et Mechtildis coniugibus vineam dictam Nůrechyn et vineam dictam Rodeſtucke pro medietate vini condicionibus ſub eiſdem. It. locauerunt nobis Henrico et Mechtildi iamdictis coniugibus vnam peciam vinee ſitam retro domum dicti Suayf pro dimidia marca denariorum colon. annui cenſus. ac ſub omnibus aliis condicionibus ſupradictis. Ad iſtorum eciam robur et teſtimonium euidens nos Hartmannus et Gerhardus milites ad preces ac inſtancias Heinrici et Mechtildis iamdictorum coniugum sigilla noſtra appendimus hůic ſcripto. Actum et datum anno dni Milleſimo. CCC^mo^. viceſimo quinto feria ſecunda proxima poſt octavam beati Andree apostoli.

1. *Das Siegel fehlt.*
2. †. S. . . . . DE S . . E . . . .
3. †. S. . . . . LIEBESTEIN.

} *sehr beschädigt.*

821. Die Gebrüder Hyldeger u. Dudo von Nassowe, Ritter, schenken dem Kl. Eberbach eine Rente von ihren Gütern zu Dursdorf.

1325, *Dec. 12.*

Orig. Urk. im K. Staatsarchiv zu Idstein.

Nos Hyldegerus miles et Dudo fratres de Naſſowe Recognoſcimus preſentibus literis publice profitentes et ad vniuerſorum noticiam cupimus peruenire quod ob dei ſueque genitricis virginis marie | gloriam et honorem nostrarum ac progenitorum nostrorum animarum remedium et ſalutem Religio|ſis viris dnis abbati et conuentui Monaſterii in Eberbach ordinis Cyſterc. Mogunt. | dyoceſis trium marcarum den. Colon. annuos

Digitized by Google

redditus de curia et bonis nostris in villa Dûrſdorf et eius terminis ſitis donamus et conferimus ac reſignamus ſingulis annis in feſto beati Martini epiſcopi hyemalis dandos ac integraliter preſentandos. Hoc ſane prouiſo quod eoſdem trium marcarum den. Col. redditus cum triginta marcis den. Colon. iamdictis Religioſis per nos ſimul et ſemel preſentandis pro aliis redditibus comparandis quando potuerimus ſeu decreuerimus redimere valeamus. Eſt etiam preſentibus annexum quod quando nos ſeu noſtri ſucceſſores in dictarum trium marcarum reddituum ſolutione negligentes inuenti fuerimus termino ſupradicto prefati religioſi plenum reſpectum habeant ad bona predicta et ſibi ea vindicent prout potuerint ac conſuetudo et ordo juris requirit. In cuius rei teſtimonium preſentes litteras mei Hyldegeri ac Dymonis militis de Langenawe conſanguinei nostri ſigillis appenſis quibus ego Dudo preſentibus utor prefatis Religioſis tradidimus communitas. Et ego Dymo miles de Langenawe recognoſco me preſentibus appendiſſe sigillum meum ad preces hildegeri mîlitis et Dûdonis fratrum de Naſſowe in teſtimonium rei geſte. Actum et datum Anno dni M°. CCC°. XXV°. Idus decembris.

An Pergamentstreif hängen:

1. † S. HILDEG. MILIT. DE NASS.
2. S. D(y)MONIS DE LANGENAWE.

---

822. Mathyas, Erzbischof von Mainz, befreit das Kl. Eberbach von der Entrichtung des Rheinzolls bei Erenvels und Loynstein.

***1325**, Dec. 14.*

Orig. Urk. im K. Staatsarchiv zu Idstein.

Nos Mathyas dei gratia ſce Moguntine ſedis Archie-

Digitized by Google

piſcopus ſacri imperii per Germaniam archicancellarius notum facimus preſentium | inſpectoribus vniuerſis quod in remedium anime noſtre et predeceſſorum noſtrorum pie memorie venerabilibus ac religioſis viris | abbati et conuentui Monaſterii Ebirbacenſis ordinis Cyſterc. noſtre dyoceſis hanc gratiam fecimus vt | naues ſiue vino frumento ſeu quibuscunque aliis victualibus onerate per diſtrictum noſtrum apud Erenuels et Loynſtein deorſum et ſurſum in Reno ſine applicatione et conductu ſiue thelonei nec non denariorum qui vulgariter Cnappenpennige dicuntur, exactione ſolute et libere perpetuo tranſuehantur, ita tamen quod ipſi vel eorum fidedigni nuntii predicta vinum, frumentum et victualia alia declarent ſub debito obedientie et ordinis, vel juramenti, ſi perſone religioſe non fuerint, de propriis crementis, redditibus ſeu prouentibus, agriculturis et vinetis et non per modum alium ſibi et ſuo monaſterio attinere. Volumus etiam ſi predicta thelonea apud Erenuels et Loynſtein per obligationem ſeu quemcunque modum alium in alium vel alios tranſtulerimus, predicto monaſterio Ebirbacenſi huiuſmodi gratia ei per nos facta rata et inconuulſa penitus conſeruetur. Dantes noſtris .. Officiatis et procuratoribus firmiter in mandatis Ut prelibatis. abbati et conuentui Ebirbacenſi eandem gratiam ipſis per nos factam ratam et illibatam conſeruent. ſicut noſtram indignationem voluerint euitare. In cuius rei teſtimonium damus has literas noſtri ſigilli appenſione munitas. — Datum Pingwie. XIX. kalend. Januarii. Anno domini Mill°. Trecenteſimo viceſimo quinto.

An dem schönen an rother Schnur anhängenden Siegel des Ausstellers fehlt der Kopf. Umschrift:

† S. MAT(h)YE. DEI. GRA. SCE. MOGVNT. S(edis) . . . . SAC. IMPII. P. GERMAN. A(rchicancel)L'.

823. Päpstliche Vergünstigung für die Cistercienser-Klöster zur Zeit des Interdikts.

***1326**, März 1.*

Ocul. Mem. II. fol. VIII, a.

Johannes epiſcopus ſeruus ſeruorum dei Dilectis filiis abbati Cyſtercii ceterisque abbatibus et vniuerſis conuentibus Cyſterc. ordinis ſalutem et apoſtolicam benedictionem. Inter ceteros Regularium ordinum professores in dei ecclesia militantes illud ordini veſtro et vobis ad ſpirituales laudes aſcribitur quod preter alia que virtutum domino gratum impenditis holocauſtum libenter voces veſtras cum reuerentia et deuotione debitis in diuinis celebrandis officiis exaltatis, ſperantes per hoc vocum veſtrarum organa velut incenſiones gratas ipſi domino placitura exhibita. ſiquidem nobis vera peticio continebat. quod cum generaliter monaſteria et loca veſtra ſint deſertis locis et ſolitudinariis ac a cetibus hominum ſegregata ut poſſitis vberius vacare diuinis laudibus. et per exaltacionem vocum et jubilum cordium deuotum impendere domino famulatum. Cum diuinorum cultus ad maius veſtrum cedat ſolamen ac maiorem refectionem veſtris pariat animabus nec voces veſtre audiri poſſint ab aliis in nemoribus et deſertis emiſſe. Nonnulli Romanorum pontifices predeceſſores noſtri premiſſis in ſpecialem conſiderationem adductis vobis et eidem ordini per ſpecialia priuilegia indulſerunt ut tempore generalis Interdicti liceat vobis in monaſteriis et locis veſtris interdictis et excommunicatis excluſis alta uoce diuina officia celebrare. Cum autem per quaſdam conſtitutiones post dicta indulta a felicis recordationis Bonifacii, Octaui et Clementis Quinti Romanis pontificibus predecessoribus

Digitized by Google

noſtris editas huiuſmodi priuilegiis derogetur, Et propter hoc oporteat in Monaſteriis veſtris tempore interdicti prefati diuinorum ſuſpendere organa et ab exaltatione vocum et jubilationibus in diuinis decantandis abſtinere Idque aſſeritis vobis magnam turbationem adducat. Et nonnulli iuuenes dicti ordinis efficiantur exinde circa diuina officia deſides et remiſſi nobis humiliter ſupplicaſtis ut prouidere vobis ſuper hiis pro conſolatione veſtra benignitate apoſtolica dignaremur. Nos igitur ob ſpecialium virtutum ſtudia. quibus frequenter inſiſtitis votis veſtris quod ſperandum eſt ex deuotionis fonte procedere fauorabiliter annuentes. veſtris in hac parte ſupplicationibus inclinati. Auctoritate vobis preſentium indulgemus ut conſtitutionibus eorundem Bonifacii et Clementis ſeu qualibet alia ſuper hoc in contrarium editis nequaquam obſtantibus Liceat vobis in veſtris monaſteriis taliter ſegregatis tempore generalis interdicti januis clauſis et extraneis aliquibus non admiſſis, alta uoce diuina officia celebrare. dummodo vos cauſam non dederitis interdicto. Nulli ergo hominum liceat hanc paginam noſtre conceſſionis infringere. nec ei auſu temerario contraire. Si quis autem hec attemptare preſumpſerit, indignationem omnipotentis dei et beatorum petri et pauli apoſtolorum eius ſe nouerit incurſurum. Datum Auinione Kalend. Marcii. Pontificatus noſtri anno decimo.

---

824. Kaufbrief über das Gut zu Walderadesteden.

***1326**, April 22.*

Ocul. Mem. II. fol. XLIIII, a.

Wir Winthter von Bruningeſheim ein Ritter vnd Temůt min Eliche Wirten bekennen vffinliche an

diſem briefe Allen die jn ſehen adir horen leſen Solich gut alſe wir han gekouft vm die Erſamen begeben Lude den Apt vnd den .. Conuent von Erbach, daz da gelegin iſt zů Walderadeſteden daz Friderich Eychorn von in hatte itz ſie an holcz an felde an wazzir an wyſen vor ſuchet adir vn vor ſuchit mit alme dem rechte als ſie itz hatten vnd hant vns des gewert jar vnd dag rechtliche vnd redeliche als gewanlich iſt in dem Lande, zu vrkunde allir dirre dinghe ſo han ich Winthter der vorgenante min Ingeſigil an diſen brif gehangen der iſt gegebin nach gotis geburt Druzenhundirt Jar in dem Seſvndzwenzigiſten Jahre an ſante Georgen Abinde.

---

825. Des Conrad Lape von Hollnvels Pachtbrief für das Kl. Eberbach.

***1326**, Juni 25.*

Orig. Urk. im K. Staatsarchiv zu Idstein.

Vniuerſis has literas viſuris et audituris pateat euidenter Quod ego .. Conradus dictus lape in villa holinuels morans | de viginti nouem jugeribus agri campestris et duobus jugeribus pratorum michi a relig. viris dno. Wylhelmo | abbate et conuentu monaſterii Ebirbac. jure quod vulgo lantſiedelin reht dicitur locatis et conceſſis, dare et porrigere teneor predictis dominis de Erbach septem maldra ſiliginis menſure Lympurgenſis, duos pullos cenſuales et vnam libram cere, annis ſingulis infra duo feſta Aſſumpcionem videlicet et natiuitatem Marie, meis seu vnius heredum meorum qui dicta bona poſt obitum meum habuerit et colue-

Digitized by Google

rit, ſub laboribus et expenſis. Debent eciam predicta. bona poſtquam deceſſero apud vnum heredum meorum manere perpetuo indiuiſe et quicumque heredum meorum ſepedicta bona a prefatis dnis in Erbach ſuſceperit et ſuſcipere debuerit non dabit plus niſi tres ſolidos bonorum denariorum, tribus hallenſ. pro denario quolibet computatis pro jure quod Vurhure vulgariter nominatur. Eſt etiam adiectum quod ego et poſt me quicumque heredum meorum dicta bona poſſederit recipiemus apud dictum kneppichin vicinum nostrum in holinuels redditus sedecim denariorum predictorum et proloquemur et proloqui tenemur ipsa bona in omnem euentum et in omnibus ſiue fuerint iusta ſiue injuſta. In quorum robur et teſtimonium sigillum strenui militis dni mei Dymonis de Langenowe rogaui hiis litteris apponi. et ego Dyemo recognoſco meum sigillum ad rogatum preſcripti Conradi me preſentibus appendiſſe. Datum anno dni M°. CCC°. XXVI. In craſtino beati Johannis baptiſte.

Das Siegel ist abgerissen.

---

826. Des Kl. Eberbach Pachtbrief über Weinberge bei Nůrod.

1326, *Juli 27.*

Orig. Urk. im K. Staatsarchiv zu Idstein.

Nos frater Wilhelmus abbas et conuentus monasterii in Eberbach ordinis Cyſterc. Mogunt. dyocesis recognoſcimus | per preſentes et ad vniuerſorum noticiam cupimus peruenire quod duas vineas nostras quarum vna ſita eſt iuxta villam Nůrod in der bechelin alia vero bi der zecheldin Petro dicto Winkeler et Lyſe coniugibus locauimus et conceſſimus pro medietate vini

Digitized by Google

in ipsis vineis | creſcentis jure hereditario poſſidendas, ſuis condicionibus hic expreſſis. Primo videlicet quod tempore vindemiarum omne vinum quod in dictis vineis creuerit aut euenerit in duo dolia equaliter et particulariter diuident. et colligent seu colligi procurent que quidem dolia ſimul ad nauem aut terram ſituabunt ut omnis ſuspicionis ſpecies penitus euitetur, itaque sindicus aut procurator siue certus nuncius noster abſque remorſu conſciencie pro ſua opcione et libitu eorundem doliorum alterum eligat et aſſumat. Dolia vero a procuratore nostro ſic electa in torculare nostrum in Nuwegin vel ad nauem nostram super Reno preſentare et ducere tenebuntur ſuis periculis laboribus et expenſis. Preterea ſingulis annis octauam partem ſimare tenebuntur, cum ſcitu procuratoris nostri, itaque octauo anno predicte vinee totaliter ſint ſimate, eaſdem eciam vineas tempore debito et merito putabunt, fulcient, fodient ac nouellis vitibus que vulgariter Reiflinge dicuntur, plantabunt seu plantare procurabunt et ſi quod in dictis vineis incultum eſt hoc infra quatuor annos continuos nouis vitibus plantabunt ac per noualia ipsas vineas renouabunt quociens fuerit oportunum. Lapides eciam conterent ſi neceſſe fuerit ac alia cultura debita et conſueta eas excolent qua boni et ydonei cultores ſuas vineas hac tenus colere conſueuerunt. Preterea sindicus seu procurator noster qui pro tempore fuerit ſingulis annis in octauis ſci Johannis Baptiste vel citra idem feſtum prout ipsi procuratori magis videbitur expedire predictarum vinearum culturam reſpiciet et examinabit aſſumptis ſibi tribus aut quatuor antedicti monaſterii cultoribus ſeu perſonis ydoneis quibuſcunque qui dictam culturam examinent in ſuas conſcientias diligenter et ſi prefatus procurator noster per nun-

Digitized by Google

cium ſuum antedictos coniuges aut eorum heredes ſicut et ceteros colonos vinearum noſtrarum conuocatos in vnum, negligentes inuenerit in parte vel in toto in cultura dictarum vinearum aut in obſeruacione condicionum hic expreſſarum, ipsis comitibus ſiue colonis obicere et oſtendere huiusmodi negligenciam et defectum tenebitur et debebit vt infra quindenam dictarum vinearum examinacionem continuo ſecuturam reforment et de eiſdem notorie ſatiſſaciant et in toto quod ſi facere neglexerint nos ſeu noster Sindicus aut procurator vinum vinearum non debite cultarum in autumpno colligemus ac noſtris vſibus applicare poterimus et debemus et nichilo minus prelibati coniuges aut eorum heredes pro tempore exiſtentes jure ipsis in dictis vineis competente priuabuntur vineeque supradicte in cultura neglecte ad nos et noſtrum monaſterium libere reuertentur, sepedicti eciam coniuges et eorum heredes memoratas vineas diuidere, vendere, permutare aut alio quoquo modo alienare nullatenus debebunt sine nostro expreſſo conſenſu vel licencia speciali. Sed ipsas vineas vnus tantum heredum poſſidebit indiuiſas qui cuſtodi vinearum de precio ac de aliis omnibus et juribus ſepedictis vineis incumbentibus de facto vel de jure ſatiſſacere eſt et erat ſicut predicti coniuges penitus obligatus. In quorum omnium et ſingulorum premiſſorum teſtimonium preſentes literas ſigillo noſtro appenſo prelibatis coniugibus tradidimus communitas. Actum et datum anno dni M°. CCC°. viceſimo sexto Kal. Aug.

An Pergamentstreif hängt noch ein Stück des Siegels.

Digitized by Google

827. Pachtbrief des Kl. Eberbach über Weinberge bei Windesbach.

1326, Aug. 1.

Orig. Urkunde im K. Staatsarchiv zu Idstein.

Nos frater Wilhelmus abbas et conuentus monaſterii in Eberbach ord. Cyſterc. Moguntine dyoc. | recognoſcimus per preſentes et ad vniuerſorum noticiam cupimus peruenire quod quatuor vineas nostras quarum | prima ſita eſt an der Rinheldin, secunda an der bodenſtat, tertia an der Rinheldin indewendich | der Windeſbach, quarta que vocatur ortus hugonis, heinrico filio Agnetis an der bach, et Agneti vxori ſue locauimus et conceſſimus pro medietate vini in ipsis vineis creſcentis, iure hereditario poſſidendas sub condicionibus hic expreſſis. Primo videlicet quod tempore vindemiarum omne vinum quod in dictis vineis creuerit aut euenerit in duo dolia equaliter et particulariter diuident et colligent seu colligi procurent que quidem dolia ſimul ad nauem aut terram ſituabunt ut omnis ſuſpicionis ſpes penitus euitetur ita quod sindicus aut procurator siue certus nuntius noster abſque remorſu conſciencie pro ſua optione et libitu eorundem doliorum alterum eligat et aſſumat. Dolia vero a procuratore nostro ſic electa in torculare nostrum in Nuwegen vel ad nauem nostram ſuper Reno preſentare et ducere tenebuntur suis periculis laboribus et expenſis. Preterea ſingulis annis octauam partem ſimare tenebuntur cum ſcitu procuratoris nostri ita quod octauo anno predicte vinee totaliter sint ſimate, eaſdem eciam vinedae tempore debito et maturo putabunt fulcient fodient ac nouellis vitibus que vulgariter Reiflinge dicuntur plantabunt seu plantare procurabunt, et

Digitized by Google

ſi quid in dictis vineis incultum eſt hoc infra quatuor annos continuos nouis vitibus plantabunt ac per noualia ipsas vineas renouabunt quociens fuerit oportunum. Lapides etiam conterent ſi neceſſe fuerit ac alia cultura debita et conſueta eas excolent qua boni et ydonei cultores ſuas vineas hactenus colere conſueuerunt. Preterea sindicus ſeu procurator noster qui pro tempore fuerit singulis annis in octauis ſci Johannis Baptiste vel circa idem feſtum prout ipsi procuratori magis videbitur expedire predictarum vinearum culturam reſpiciet et examinabit, aſſumptis sibi tribus aut quatuor antedicti monaſterii cultoribus seu perſonis ydoneis quibuſcumque qui dictam culturam examinent in ſuas conſciencias diligent et ſi prefatus procurator noster per nuncium ſuum ante dictos coniuges aut eorum heredes ſicut et ceteros colonos vinearum nostrarum conuocatos in vnum negligentes inuenerit in parte vel in toto in cultura dictarum vinearum aut in condicionum obſeruacione hic expreſſarum, ipsis coniugibus siue colonis obicere et oſtendere huiusmodi negligenciam et defectum tenebitur et debebit vt infra quindenam dictarum vinearum examinacionem continuo ſecuturam reforment et de eiſdem necorie ſatiſſaciant et in toto quod ſi facere neglexerint nos ſeu noster sindicus aut procurator vnam vinearum non debite cultarum in auctumpno colligemus ac noſtris vſibus applicare poterimus et debemus, et nichilominus prelibati coniuges aut eorum heredes pro tempore exiſtentes jure ipsis in dictis vineis competente priuabuntur vineeque ſupradicte in cultura neglecte ad nos et nostrum monasterium libere reuertentur. Sepedicti etiam coniuges et eorum heredes memoratas vineas diuidere vendere permutare aut alio quoquo modo alienare nullatenus debebunt sine nostro

Digitized by Google

expreſſo conſenſu vel licencia speciali sed ipsas vineas vnus tamen heredum poſſidebit indiuiſas qui custodi vinearum de precio ac de aliis oneribus et juribus ſepedictis vineis incumbentibus de facto vel de jure satiſfacere eſt et erit sicut predicti coniuges penitus obligatus. In quorum omnium et singulorum premiſſorum teſtimonium preſentes litteras sigillo nostro appenſo prelibatis coniugibus tradidimus communitas. Actum et datum anno dni M°. CCC°. viceſimo sexto Kal. Augusti.

Das Siegel des Abtes ist bis auf ein Stückchen abgebrochen.

---

828. Daniels, Bischof von Metz, Ablass-Privilegium für die Eberbacher Hofkapelle zu Bopard.

1326, Septemb. 14.

Orig. Urk. im K. Staatsarchiv zu Idstein.

Frater Daniel dei gratia Episcopus Motensis, venerabilis patris ac dni dni .. Baldewini Archiepiscopi Treuerensis in Pon|tificalibus et Spiritualibus vicarius vniuerſis Chriſti fidelibus salutem in omnium ſalutari. Glorioſe &c. (wie oben No. 791. nur dass der Satz hinter „excitari“, von „indulgencias“ bis „infraſcripto“, und auſserdem gegen Ende die Worte „et ſubditorum nostrorum“ und „jure matr. eccl. p. o. t. saluo“ fehlen) Datum bopardie anno dni M°. CCC°. XXVI°. In die Exaltationis ſce crucis.

Das Siegel fehlt.

---

829. Testament des Canonicus Heinrich zu S. Victor in Mainz.

1326, Nov. 23.

Orig. Urk. im K. Landes-Archiv zu Idstein.

In nom. dni Amen. Per hoc preſens inſtrumentum

Digitized by Google

publicum Vniuerſis pateat euidenter. Quod anno a natiuitate eiuſdem Milleſimo. Trecenteſimo viceſimo sexto. Indict. decima. Pre|ſidente sanctiſſimo in Chriſto patre et dno nostro. domino Johanne papa viceſimo ſecundo. Pontificatus ſui anno vndecimo. die viceſima tercia menſis Nouembr. que fuit in die Beati Clementis pape. hora diei eiuſdem | quaſi circa horam nonam in monte Sancti Victoris extra muros moguntinos in curia habitacionis honeſti viri dni Heinrici ecclesie ſci victoris eiuſdem montis. canonici et cuſtodis. Conſtitutus in preſentia mei. Notarii publi|ci infraſcripti. ac teſtium ſubſcriptorum ad hoc uocatorum ſpecialiter et rogatorum. honorandus vir dns Heinricus cuſtos et canonicus eccleſie ſci Victoris ſupradictus. pretendens et attendens quod morte nichil eſt certius | homini naturaliter imminente. nullusque euentus incertior hora mortis Ne inteſtatus decederet ab hac vita auxiliante dno cupiens mortis periculum preuenire et de rebus ſuis diſponere. compos mentis ſue licet aliquantum viribus corporis deſtitutus. suum teſtamentum ſeu ultimam voluntatem ſiue uelle ſuum ultimum et ſuarum rerum omnium et ſingularum diſpoſicionem ordinacionem ſeu donationem. ordinauit et diſpoſuit in modum et formam inferius annotatos. Primo videlicet voluit diſpoſuit et ordinauit pre omnibus ut debita ſua ſiqua apparuerint lucide vel probatione legitima in lucem edocta fuerint iuris ordine de rebus ſuis integraliter perſoluantur. It. quod manufideles ipsius infraſcripti ipso dno Heinrico mortuo ſuas exquias de center ordinent. cum duobus bonis Baldekinis. cera et candelis ſufficientibus ſecundum ſuum ſtatum. et cuilibet tam canonico quam socis preſentibus in die obituſſui

Digitized by Google

vnum album panem et duale vini frankonici dari procurabunt. ac ad totum Tricennarium ſuum vnam carratam melioris vini in cellario ſuo tunc inventam deputauit ut omnes ſuum ſepulchrum cum orationibus conſuetis illis triginta diebus frequentantes cottidie quamdin illa carrata durauerit eorum quilibet hebat (!) duale vini memorati. Item ordinauit vt in die eiuſdem ſue sepulture. sex maldra siliginis pro stipa omnibus pauperibus accurrentibus cum vno hallenſe et dimidio duali vini cuilibet pauperum erogantur. Item in sue ac omnium progenitorum ſuorum animarum remedium ſalutare dedit donatione legitima inter viuos ecclesie sci Victoris predicte. curiam ſuam in Biſchoffeſheim ſitam dictam der Sal cum ſuis pertinenciis ac omnia bona ſua in terminis dicte ville Biſchoffeſheim ſita. que erga Religioſos viros.. abbatem et .. conuentum monaſterii Eberbacenſis ord. Cyſterc. mogunt. dioc. emit et comparauit et fuerunt quondam Criſtine medice de Moguncia hac condicione quod annis ſingulis poſt obitum ſuum omnes fructus et prouentus de dictis bonis cedentes in duas partes equales diuidantur quarum vna pars in ſuo ac parentum ſuorum anniuerſario et reſidua pars in feſto corporis Chriſti. ut cum debitis ſollempnitatibus in dicta eccleſia ſci Victoris perdebitis ſollempnitatibus in dicta eccleſia tam inter canonicos quam inter socios prefate ecclesie qui in anniuerſario et feſto memoratis preſentes fuerint diſtribuantur equaliter prout in aliis huiusmodi cottidianis obuentionibus diuidendis ibidem eſt hactenus laudabiliter obſeruatum. Item ordinauit ac voluit quod dimidia carrata vini hunici ſibi de bonis ſuis que quondam fuerunt Ruperti militis de Scharpenſtein cedentis annuatim,

Digitized by Google

et triginta quatuor denarii colon. quorum duo solidi de curia quondam magistri Burkandi tonnatoris de Oeſterich. et septem denarii de duali vinee quod fuit... dicti Santfuerre et tres denarii de aliis bonis in dicta villa Oeſterich ſitis nomine cenſus ipsi dno Heinrico annis ſingulis proueniunt poſt mortem ipsius ad altare in monaſterio dominarum in Gotſtal per ipsum de nouo conſtructum et dotatum libere pertineant atque cedent. Item dedit donatione legitima inter viuos omnia et ſingula bona ſua que in Alharth et in Bůchenſtunch conuerti debent in modum et formam ſubſcriptos videlicet quod poſt mortem ſuam vicarius altare ſanctorum Martini et Nicholai episcoporum in ecclesia ſci Victoris prefata pro tempore officians. habebit de eiſdem bonis annis ſingulis duodecim maldra siliginis et septem maldra auene menſure moguntine. It. in octaua beati martini dabuntur ſex maldra ſiliginis preſentibus tam canonicis quam sociis. It. in feſto beati Nicholai tantum et eodem modo. Item de eiſdem bonis dabuntur decem maldra siliginis ut feſtum concepcionis beate marie virginis ſicut Natiuitas eiuſdem in sepedicta ecclesia ſci Victoris perpetuis temporibus ſollempniter peragatur. It. de eiſdem bonis a capite Jejunii uſque in quartam feriam poſt Paſcha dabitur quolibet die vnum maldrum tritici in pane albo preſentibus in Summa miſſa. Siquid uero reſiduum fuerit modo conſimili in aduentu domini preſentibus tribuatur. It. ecclesia ſci Victoris predicta recipiet viginti maldra siliginis in Hatgeſheim. de quibus dabit vicario altaris predicti qui pro tempore fuerit septem maldra siliginis, reliqua vero tredecim maldra siliginis pauperibus scolaribus in pane piſtrini annis ſingulis in concanonicorum dicti dni Heinrici pro tempore exiſtentium con-

Digitized by Google

ſcientiam diſtribuantur fideliter et in totum. Et ſi in aliquo eſſet defectus talis deberet ſuppleri de bonis prefati dni Heinrici ſuperius annotatis. It. ordinauit et diſpoſuit quod . . manufideles ipsius inferius nominandi prouentus et fructus prebende ſue in dicta ecclesia ſci Victoris de anno gracie poſt mortem ſuam ſibi ſeruientes et competentes in pecuniam commutent. et cum illa quatuor maldra tritici perpetue penſionis emere curent, ordinantes ſicut et ipse ſtatuit et diſpoſuit. quod eadem quatuor maldra tritici in feſto beati Marci Ewangeliſte et illis tribus diebus continuis quibus Reliquie portantur canonicis et sociis cum ipsis Reliquiis exeuntibus et redeuntibus ac de profundis. Pater noſter. cum collecta fidelium in ipsius dni Heinrici et omnium animarum fidelium redempcionem et salutem dicentibus in albo pane prout melius fieri poterit totaliter diuidantur. Si vero ipsa prebenda ſeu annus gracie ad hec non ſuffecerit iidem manufideles dicti dni Heinrici curiam ſuam in monte ſci Victoris predicto quam nunc inhabitat. ac aliam curiam quam ipse dns Heinricus a magiſtro Heinrico de Spira emit vendant duobus canonicis tantum ecclesie ſci Victoris predicte qui in ipsis curiis reſideant propriis in perſonis et cum eadem pecunia. illum defectum. et alios defectus ſi qui in hoc toto emerſerint teſtamento ſupplebunt et ſuppleri integraliter ordinabunt. It. omnia bona ipsius dni Heinrici que pro porcione ſua emit erga heredes dapiferi de Rymberg in Biſchoffeſheim ſita poſt mortem ſuam cedent et cedere debebunt sci Victoris eccleſie ſepedicte ad corpus prebende ibidem perpetim aſſignanda. It. dedit et ordinauit eidem altari scorum Martini et Nicholai in ecclesia ſci Victoris memorata omnia bona ſua que emit erga

Digitized by Google

Gerhardum de Bowenſheim in Oeſterich ſita et quandam paruam curiam in Biſchoffeſheim et alios quosdam redditus. ibidem ſitos poſt mortem ſuam ante quod altare elegit et uoluit ſepeliri quod quidem altare ipsi .. Manufideles Tectis, feneſtris, picturis et aliis ornamentis decentibus de rebus ſuis fideliter decorabunt. It. modo predicto videlicet donatione legitima inter viuos dedit ordinauit et donauit bona ſua in Biſchoffeſheim cenſualia in curiam honorabilium virorum dnorum .. Decani et capituli maioris ecclesie moguntine eidem ecclesie ita quod anniuerſarium ipsius dni Heinrici ac omnium progenitorum ſuorum prout ipsorum littere continent peragere ſtudeant et prouentus eorundem bonorum tam canonicis quam sociis in vigiliis et miſſis eiuſdem anniuerſarii equaliter diuidantur. Item voluit et ordinauit quod legacio ſeu donacio quam idem dns Heinricus altaribus in Oeſterich et in cenobio monialium Gotſtal pro miſſis ſummo mane dicendis et tenendis fecit et ordinauit, prout in literis deſuper confectis plenius eſt expreſſum perpetuis temporibus ſub penis et pactis appoſitis inuiolabiliter obſeruetur. It. ordinauit et donauit predicto altari ſuo in Gotſtal annuos et perpetuos redditus dimidie marce den. colon. cedentes de quadam uinea quondam Bůlonis quam nunc poſſidet Heynemannus ligator vaſorum in uilla Hargarten. It. donauit et ordinauit eidem altari ſuo in Gotſtal tres ſolidos cum dimidio denar. coloniensium de domo quam dictus Heynemannus in Hargarten inhabitat. et de uno duali vinee ibidem. It. ordinauit et legauit predicto cenobio monialium in Gotſtal quinquaginta libras hallenſium legalium et bonorum. ut redditus cum eiſdem emant. et medietatem ad prebende cottidiane melioracionem. et

Digitized by Google

medietatem ad ueſtimenta monialium in dicto cenobio degentium voluit deputari. Et illam marcam denar. colon. cenſus perpetui quam idem dns Heinricus eiſdem monialibus alias contulit et legauit diuidere tenebuntur pro allecibus per aduentum dni. et Quadrageſimam conuentui diſtribuendis. et eodem tempore ſcilicet quadrageſimali eiuſdem dni Heinrici ac ſuorum progenitorum anniuerſarium peragere ſtudeant ſuo modo. It. ordinauit et legauit monaſterio in Eberbach ord. Ciſterc. mogunt. dioc. quinquaginta libras hallenſium legalium et bonorum pro redditibus comparandis et ad melioracionem prebende per eſtatem in ouis uel alia pictancia conſimili erogandas. et ibidem ſepedicti dni Heinrici ac ſuorum pregenitorum anniuerſarium peragere curent feria ſecunda poſt dominicam qua cantatur. quaſi modo geniti. penes ſui ordinis inſtituta. It. donauit et ordinauit monachis ſci Johannis in Rincgawia ordinis beati Benedicti quinque maldera siliginis perpetue penſionis que emi ſuper curiam ipsorum dictam zu malkes ſuper dorrenueld ſitam poſt mortem ſuam. ut in anniuerſario ſuo ac Theoderici fratris ſui bone memorie et omnium progenitorum ſuorum quod ſecunda feria poſt dominicam quaſimodo geniti peragere tenebuntur pittantiam habeant ſpecialem. Si hoc facere neglexerint predicta quinque maldra siliginis cum ſubpignore, ſcilicet curia iam predicta ad primam miſſam ecclesie in Oeſterich deinceps libere pertinebunt. It. ordinauit et legauit monialibus monaſterii in Werberg duodecim libras hallens. ut cum eisdem redditus emant perpetuos in ipsius ac omninm progenitorum ſuorum anniuerſario quod ibidem annis ſingulis peragere tenebuntur conuentui pro pictantia miniſtrandos. It. ordinauit et legauit ad fabricam ecclesie ſce

Digitized by Google

Marie ad gradus mogunt. quinque libras hallens. It. ordinauit et legauit dno Sifrido sacerdoti dicto de Muntabur decem libras hallens. vnum bonum lectum duo linteamina vnum puluinar et duo cueſſina. It. Elizabeth de Oeſterich famule ſue decem libras hallens. et vnum lectum quem ipsa Elizabeth eidem dno Heinrico prius dederat. It. Cuenzele matrone, filie fratris eiuſdem dni Heinrici decem libras hallens. It. voluit et ordinauit quod manufideles ſui loco veſtium sacerdotalium qua ipsi dno Heinrico in die ſue sepulture induentur. alias nouas ueſtes clericales eque bonas aut meliores fideliter comparent abſque mora. It. ordinauit et legauit vniuerſis plebanis et sociis per prepoſituram ecclesie ſci Mauricii in Rincgawia conſtitutis cuilibet ipsorum vnum solidum den. colon. It. predicatoribus domus in moguntia vnam libram hallens. pro pittantia in die obitus ipsius dni Heinrici aſſignandam. It. fratri Hermanno de ordine eorundem predicatorum ſuo confeſſori vnam libram hallens. It. cuilibet famulorum ſuorum vnam libram hallens. Et Irmendrudi ancille ſue vnam libram hallens. It. colono vinearum ſuarum in monte vnam libram hallens. preter precium deſeruitum mortis tempore minime perſolutum. It. sorori Hedewigi in Oeſtrich sex libras hallens. quarum quatuor libras ſibi reſeruabit. reſiduas vero duas libras pauperibus mulieribus erogabit. It. plebano ecclesie ſci Victoris prefate vnam libram hallens. It... plebano uille Wiſzenawe decem ſolidos hallens. It. Thilmanno vicario ſepedicte ecclesie ſci Victoris duas libras hallens. It. ordinauit et legauit monaſterio et conuentui in Gotſtal tres libras hallens. pro pittantia. ut diem depoſitionis dicti dni Heinrici septimum. et triceſimum fideliter peragant ut

Digitized by Google

eſt moris. It. specialiter ordinauit et legauit .. abbatiſſe eiuſdem monaſterii in Gotſtal duas libras hallens. It. petriſſe dicte Eſelwecken moniali ibidem duas libras hall. It. commiſit Dylmanno vicario ſci Victoris predicto. tres libras hall. pro reparacione parietis dicte eccleſie ſci Victoris. It. commiſit eidem duas libras hall. ad depingendam quandam ymaginem. It. ordinauit et legauit .. plebano in Hattenheim vnam libram hall. It. ordinauit et legauit ad altare ſuum in dicta eccleſia ſci Victoris per ipsum dnum Heinricum conſtructum et dotatum sexcentas libras hallens. alteri ſacerdoti vicario dicti altaris in ipsa ecclesia inſtituendo de quibus manufideles ſui tantum recipient in reſtaurum p ... nciarum chori dicte eccleſie ſci Victoris prout eis videbitur expedire. in quo eorundem manufidelium conſciencias duxit fideliter onerandas. quod quidem beneficium ſiue uicariam contulit dno Siffrido de Muntabur predicto pure et ſimpliciter propter deum. Sepedicto quoque dno Heinrico mortuo dicte vicarie ecclesie collatio apud .. decanum et capitulum dicte ecclesie ſci Victoris communiter perpetuis temporibus remanebit. It. ordinauit et legauit eidem uicario centum libras hall. cum quibus vnam domum ſuper dimidium iugerum vinearum ſitum retro curiam decani eccleſie ſci Victoris predicte conſtruere et edificare tenebitur et domus illa ſic conſtructa ad ipsam uicariam perpetuo pertinebit. It. voluit. ordinauit et conſtituit quod manufideles ſui de rebus ipsius dni Heinrici duas lampades de nocte perpetuo ardentes procurent ante altare predictum. It. ordinauit et ſtatuit quod manufideles ſui poſt mortem ipsius centum libras hall. de rebus ſuis pauperibus largiantur. de reſiduis bonis et rebus ſuis. que et quas ſi ad certos vſus non deputauerit voluit et

Digitized by Google

ordinauit. quod dicti manufideles ipsius ad pios vſus et pia loca ac pauperibus diſtribuant. prout eis videatur ſaluti anime ipsius ac omnium progenitorum ſuorum utilius expedire. Preterea hec omnia et ſingula ſupradicta voluit ordinauit iuſſit et diſpoſuit sepefatus dns Heinricus ut adimpleatur tanquam ultima ſua uoluntas. et uelle ultimum. ac extrema ſuarum rerum ordinacio et diſpoſicio. Et ad hec facienda adimplenda et diſponenda conſtituit ordinauit et elegit ſuos commiſſarios. manufideles et ultime voluntatis ſue executores. honorabiles viros dnos.. Dudonem decanum et.. Jacobum ſcolaſticum ecclesie ſci Victoris ſepedicte concanonicos ſuos. Rudolfum zu Silberberg camerarium Moguntinum. fratrem Enffridum priorem monaſterii Eberbacensis predicti. ac fratrem Johannem de Gyſenheim curie dominorum Eberbacensium in Moguntia prouiſorem de ipsorum.. abbatis licencia speciali. Dedit etiam et commiſit predictis manufidelibus ſuis omnibus et ſingulis potestatem quod de rebus ſuis tam mobilibus quam immobilibus. vbicumque locorum fuerint ſeu apparuerint. diſponant et ordinent prout ſaluti ipsius dni Heinrici viderint expedire. necnon quod ipsi ſi articuli premiſſi et expreſſi adimpleri non poſſent uel eciam ſi aliquid ſuperfluum fuerit addant et ſubtrahant. ſed in proporcionem cuilibet loco et perſone quod idem dns Heinricus de subtraccione vult intelligi et mutent ſicut iudicabunt oportere. It. prefatus dns Heinricus dedit et contulit predictis manufidelibus ſuis plenam et liberam poteſtatem petendi et requirendi debita ſua et actiones ſuas proſequendi in iudicio et extra iudicium in quibus debitis perſone tam eccleſiaſtice quam ſeculares quocumque nomine cenſeantur ipsi dno Heinrico extiterint obligate

Digitized by Google

et ad agendum in iudicio et extra iudicium defendendi. hanc ſuam ultimam voluntatem. ſeu ordinacionem ſuarum rerum ſuperius ut eſt tactum. voluit preterea et ordinauit quod hec que ſpecialiter quibuſdam ſuis manufidelibus commiſit coniunctim uel diuiſim extra presentis teſtamenti ordinacionem roboris firmitatem habeant equaliter ac ſi in teſtamento expreſſa forent. aut ſi adhuc ipsis aut eorum alicui in premiſſis aliquid duxerit ſpecialiter committendum. Inſuper idem dns Heinricus omnia alia teſtamenta prius per eum edita et conſcripta preter hoc ſolum videlicet in preſenti Inſtrumento publico conſcriptum ſollempniter reuocauit volens ipsam nullam in antea tenere roboris firmitatem. Et ſi manufideles antedicti in aliquo articulo teſtamenti diſcordarent. huiuſmodi diſcordie materia conſilio et arbitrio religioſi viri dni .. abbatis monaſterii Eberbacensis ſepedicti finaliter decidatur. Inſuper ſi aliqui uel aliquis manufidelium predictorum viam ingrederetur carnis uniuerſe. Reſidui alios uel alium ſibi in ſocium et ſocios eligant abſque mora. In quorum omnium et singulorum euidens teſtimonium et robur firmius sepedictus dns Heinricus preſens inſtrumentum publicum sigillis honorabilium virorum dnorum .. judicum ſce moguntine sedis vna cum sigillis manufidelium omnium predictorum et ſuo proprio iuſſit et petiit roborari. Nos quoque .. iudices ſce moguntine sedis Dudo decanus et Jacobus ſcolasticus sci Victoris ecclesie ſupradicte. Rudolfus zu Silberberg camerarius moguntinus. Enſſridus prior monaſterii Eberbacenſis et frater Johannes de Giſenheim monachus eiuſdem monaſterii Eberbacenſis predicti publice recognoſcimus et fatemur nos sigilla nostra ad peticionem et rogatum dni Heinrici Ecclesie ſci Victoris predicte

Digitized by Google

canonici et cuſtodis preſenti Inſtrumento publico in teſtimonium et veritatem omnium et ſingulorum premiſſorum ex certa ſciencia appendiſſe. Acta ſunt hec anno. ind. pontificatu. menſe. die. hora et loco ſuperius annotatis. preſentibus diſcretis viris dno Johanne de Luetzelenborch. canonico ecclesie ſci Victoris ſupradicte. Philippo de Behtolfheim vicario eiuſdem eccleſie. fratre Rudegero conuerſo ordinis Cyſterc. prouiſore curie dnorum Eberbacensium in Birke. Ludewico famulo dni Heinrici cuſtodis memorati. Thilmanno famulo fratris Johannis de Giſenheim ſupradicti. Johanne scolare.. campanarii dicte ecclesie ſci Victoris. ac Hartliebo colono vinearum ipsius dni Heinrici cuſtodis. Teſtibus ad premiſſa vocatis ſpecialiter et rogatis.

Et Ego Heinricus Heinrici de Auguſta clericus moguntinus publicus auctoritate Imperiali notarius. quia ordinacioni legacioni et ultime voluntatis diſpoſitioni ac conſtitucioni manufidelium preſcriptorum necnon omnibus et ſingulis aliis ſupraſcriptis cum et prout per dictum dnum Heinricum canonicum et cuſtodem ecclesie ſci Victoris predicte ordinarentur legarentur et diſponerentur. vna cum prenotatis Teſtibus preſens interfui. eaque omnia et ſingula. prout de verbo ad uerbum ſuperius ſunt conſcripta ab ore ipsius dni Heinrici audiui. ideo ea conſcripſi et in hanc publicam formam redegi meoque ſigno conſueto ſignaui rogatus et ſuper eo ſpecialiter requiſitus.

An Pergamentstreifen hängen:

1. *Das Siegel des Mainzer Gerichts;*
2. *Abgerissen;*
3. S. IACOBI SCOLASTICI ECCLE. SCI. VICTORIS. MOG..
4. † . . . . . RBERG(came)RARII. MOG . . . .
5. (a)VE. MARIA. GRACIA. PLENA. *(Die Mutter Gottes mit dem Kinde, Siegel des Priors).*
6. † SECRETVM. D'CVM. MICHI. *(Ein gekrönter Kopf).*
7. S. HENIRICI. CVSTO (dis) SCI. VICTOR. . . . *(Siegel des Testators).*

Digitized by Google

830. Des Domscholasters Hertwich von Lympurg Vermächtniss.

1326, *Dec. 16.*

Orig. Urk. im K. Staatsarchiv zu Idstein.

In dei nomine Amen. Quoniam nichil morte eſt certius nichilque incertius hora mortis Hinc eſt quod ego | Hertwicus ſcolaſticus eccleſie Lympurgenſis Treu. dyoceſis terrena pro celeſtibus commutare cupiens licet corpore debilis | mente tamen ſanus ac bona utens racione teſtamentum meum condo et ordino in hunc modum. In primis ſcilicet Relig. | viris dno .. Abbati et Conuentui Mon. Ebirbac. ordinis cyſterc. lego et do donacione inter viuos in | anime mee remedium ac pure propter deum redditus annuos et perpetuos in terminis et confinio oppidi Lympurg | ſitos ſubſcriptos videlicet Hermannus de Wyrſe dabit vnum maldrum ſilig. et duos pullos cenſuales. It. heredes quondam dicti hole dabunt vnum maldrum ſiliginis cum dimidio maldro tritici de quibuſdam agris in campis ville Nůheym | ſitis et de vno agro ſito in campo ville Menſfelden. Hos redditus Senior inter heredes dabit. et ille eciam habebit et poſſidebit ipsos agros indiuiſos. It. de bonis in Zaylbach que vna cum Lodewico Cuſtode ecclesie Lympurgensis cui dabuntur de parte mea quinque maldra ſiliginis, vnum maldrum tritici cum dimidio maldro piſorum menſure Dytzensis. It. tertia pars vini ibidem cedentis dabitur et cedet michi et dicto Cuſtodi, Quos quidem redditus Colonus bonorum eorundem quicumque pro tempore fuerit preſentare tenetur intra oppidum Lympurg ſub ſuis periculo vectura et expenſis. It. de bonis in Nezzebach ſemper duobus annis ſe immediate conſequentibus dabuntur quatuor maldra ſiliginis et vnum tritici et

Digitized by Google

ſemper tercio immediate ſequenti anno de eiſdem bonis dabuntur Septem maldra ſiliginis cum vno maldro tritici. It. in Elſe de bonis que fuerunt quondam Wylhelmi militis dabuntur octo maldra ſiliginis et vnum tritici de quibus bonis prefati dni .. abbas et Conuentus ſoluent annuatim dimidiam marcam denariorum bonorum et duos denarios. It. ibidem in Elſe de bonis Henrici de Rybenache dabuntur tria maldra ſiliginis, vnum tritici et in die beati Stephani prothomartiris decem et octo denarii et dimidius pullus carnipriuialis. It. ibidem in Elſe Guntherus ſoluet triginta denarios cum duobus pullis cenſualibus in die beati Lubencii. Huius quoque mei teſtamenti ſeu vltime voluntatis mee manufideles et executores facio et conſtituo viros Religioſos .. Enffridum priorem, Fridericum cellerarium, Theodericum de Lurenburg et Magistrum Gyſelbertum fratres pretacti monasterii Ebirbacensis, in quo eciam ecclesiasticam eligo ſepulturam, Committens eiſdem meis manufidelibus in ipsorum animas vt hoc meum teſtamentum iuxta ſui formam exequantur taliter ſicut de hoc altiſſimo intendant reddere racionem. Teſtes autem ad hanc legacionem ſeu donacionem vocati ſpecialiter et rogati ſunt ... Henricus dictus lude ſci Gregorii Wydecho ſci Jacobi capellani altarium in ecclesia Lympurgenſi prefata. Syplo sacerdos ibidem .. Conradus de Larheym, Wernherus Sengir scabini in Lympurg et Henricus Rector ſcolarum ibidem. In quorum omnium robur — sigillum meum duxi preſentibus appendendum. Actum et datum feria quarta post diem beate Lucie. Anno dni M°. CCC°. XX. Sexto.

Ziemlich wohlerhalten hängt das Siegel an mit der Umschrift:

S. HERT(wich s)COLAST. ECCE. LYPVRGEN . . *Zu Füssen des h.*

Digitized by Google

Georg der Familienschild, des Ausstellers: 2 Querbalken im Felde, im obersten dicht unter dem Schildesrande, ein rechts laufender Löwe.

831. Schiedsrichter treten den Ausschreitungen des Mönches Ludwig von Lympurg strafend entgegen.

***1326**, Dec. 22.*

Orig. Urk. im K. Staatsarchiv zu Idstein.

Ego .. Rukerus de brechin sacerdos, Rulemannus blynze, Cunemanns Mulich scabini .. heilmannus dictus Holzschuher | Lotzo de kaldenbach, Enselo, Heilmannus et Henricus fratres dicti de hûimbach, Elyzabeth relicta quondam Enzelonis | nec non dicta dĩ Antheuin ciues in Lympurg, Lodewicus dictus elwin, et Johannes natus dicte Elyzabeth ad | vniuersorum deferimus noticiam presentibus publice recognoscentes Quod anno Incarnationis domini Millesimo. CCC°. XXVI°. In crastino beati Thome apostoli quasi hora prime Constitutis nobis prescriptis personis in capella Religiosorum virorum .. abbatis et conuentus monasterii Ebirbazensis quam habent in oppido Lympurg predicto, stetit ibidem in presencia nostra frater .. Lodewicus monachus ordinis cysterc. filius mee Elyzabeth enzelonis predicte et noster consanguineus tactis sacrosanctis ewangeliis jurauit se non velle nec debere contra dictum ordinem suum seu personas ordinis excedere neque excessus aliquos quibus hucusque infamatus fuerat vel consimiles vmquam de cetero committere et si vel quandocumque in aliquo excessu qui per personas ydoneas et

Digitized by Google

fidedignas probari poſſet inueniretur quod abſit vellet et deberet priuari et priuatus eſſe redditibus quinque maldrorum ſiliginis perpetuo quos quidem redditus .. abbas et conuentus in Erbach prefati dare et porrigere tenentur annis ſingulis eidem Lod. commonacho ſuo ad ad tempora vite ſue. Quo quidem juramento ſic vt premittitur preſtito per dictum Lod. nostrum conſanguineum. Nos perſone omnes et ſingule preſcripte fide nostra porrecta ad manus fratris Theoderici de Lurinburg loco juramenti compromiſimus et promittimus per presentes. Quandocumque prefatus Lod. noster conſanguineus exceſſiſſe seu in exceſſu qui vt predicitur in eum probari poterit inuentus fuerit quod non debebimus ipsum defendere verbo, ope vel opere nec ipsum ad domos ſiue hoſpicia nostra vllatenus recipiemus neque habebit vmquam apud nos ſeu aliquem vel aliquam nostrum receptaculum aut obſeruaculum. Immo volumus et debemus ipsum Lodewicum vbicumque poſſemus capere propriis manibus et eum dicto ſuo ordini presentare. Hec omnia promittimus fide nostra preſcripta rata et Inuiolabiliter obſeruare. In quorum firmitatem et teſtimonium sigillum nobilis viri dni nostri .. Gerlaci dni de Lympurg ad peticiones nostras presentibus eſt appenſum Quod nos .. Gerlacus dns de Lympurg iamdictus recognoſcimus eſſe verum. Datum a. et d. prenotatis. Inſuper dictus Lod. jurauit vt ſupra quod nunquam faceret vindictam aliquam per ſe vel per alios de captiuitate offenſa sibi hactenus illatis a perſonis quibuſcunque. Datum vt ſupra.

Von dem Reitersiegel Gerlachs hängt noch ein Bruchstück an.

Digitized by Google

832. Ein Rechtsstreit des Kl. Eberbach mit den Rittern Eselwecke von Hattenheim wird schiedsrichterlich geschlichtet.

***1327**, Jan. 12.*

Orig. Urk. im K. Staatsarchiv zu Idstein.

In nomine dni Amen. Nos Emmercho et Helfericus fratres dicti de Ingelnheim milites arbitri arbitratores ſeu amicabiles compoſitores electi in cauſa et a.. partibus infraſcriptis. Vniuerſis Chriſti fidelibus ad quos preſentes peruenerint Salutem in domino cum notiſcia ſubſcriptorum. Noueritis quod cum inter Heinricum dictum Eſelwecke filium Wilhelmi de Eſelwecke de hattenheim militis et Heinricum filium Heinrici de Eſelwecke de Kederich militis, armigeros nec non liberos et heredes hertwici dicti Eſelwecke armigeri, ex una. ac Religioſos viros dnum.. abbatem et conuentum monaſterii Eberbacenſis moguntine dioceſis ordinis Cyſterc. nomine ſuo et dicti monaſterii parte ex altera diſſenſionis materia verteretur ac iam dudum verſa fuiſſet ſuper eo quod prefati heinricus filius Wilhelmi et Heinricus filius Heinrici militum. nec non liberi et heredes Hertwici armigeri memorati. aſſeruerunt dictos abbatem et.. conuentum racione ſui monaſterii iam dicti teneri et obligatos eſſe ipſis in sex maldris tritici annue penſionis, prefati vero dnus.. abbas et.. conuentus dixerunt ſe predictis.. Impetitoribus in eadem penſione eſſe minime obligatos. Tandem supradicti Heinricus filius Wilhelmi ac Heinricus filius Heinrici militum nec non strenuus vir Emmercho de Eberbach miles nomine tutorio liberorum ac heredum hertwici dicti Eſelwecke predictorum ac eciam dominus abbas et.. conuentus ſupraſcripti ſuo et dicti

Digitized by Google

ſui monaſterii nomine in nos tanquam in arbitros arbitratores ſeu amicabiles compoſitores de alto et baſſo ſuper dicta controuerſia compromiſerunt. pure ſimpliciter et in totum promittentes hinc inde bona fide et ſincera intentione ſe ſtare velle pronunciationi noſtre ſiue amicabili compoſitioni ac se contra ipſas nunquam velle venire verbo facto vel opere quouis modo. Nos examinatis diligenter .. partium iuribus vtrarumque prudentum tam clericorum quam laicorum militum ac aliorum fide dignorum communicato conſilio ac penes nos deliberatione prehabita diligenti, Inſpectis etiam diligenter omnibus et ſingulis que circa premiſſa noſtrum animum informare merito poterant et debebant .. quia ſupraſcripti heinricus necnon liberi et heredes hertwici memorati. nec per teſtes nec per inſtrumenta intentionem vel impeticionem ſuam contra dictos dominos aliqualiter probauerunt, auctoritate arbitraria nobis in hac parte tradita Chriſti nomine inuocato pronunciamus, diffinimus, laudamus, ſtatuimus ac etiam arbitramur meliori modo et forma quibus fieri poterit et debebit sepedictis dnis .. abbati et .. conuentui iuramentum fore deciſorium pro expurganda eorum innocencia deferendum. secundum ſui ordinis conſuetudinem antiquitus obſeruatam. quam pronunciationem ambe .. partes mox ea facta approbarunt, emologarunt et in eam etiam conſenſerunt quo facto venerabilis et religioſus vir frater Willehelmus abbas monaſterii antedicti tactis per ipſum ſacroſanctis dei evangeliis mox corporale preſtitit iuramentum Secundum modum et formam prout ſibi duximus deferendum. In cuius pronunciacionis diffinicionis laudi ſtatuti et arbitriſ ac approbacionis emologacionis et conſenſus ſubſecutorum nec non iuramenti per dnum .. abbatem ut premittitur

Digitized by Google

preſtiti euidens teſtimonium ac ad perpetuam omnium premiſſorum roboris firmitatem preſens Inſtrumentum publicum per notarium ſubſcriptum conſcribi fecimus et in hanc publicam formam redigi mandauimus nostrorumque sigillorum munimine vna cum sigillis honorabilium virorum dnorum .. iudicum sce moguntine sedis. nec non Rudolfi zu Silberberg camerarii, Emerchonis sculteti, Salmanni et Volgmari Judicum ſecularium ciuitatis moguntine que ad peticionem noſtram ac ambarum .. parcium predictarum presenti inſtrumento publico ſunt appenſa fecimus roborari. Et nos .. Judices ſce moguntine sedis. Rudolfus zu Silberberg camerarius, Emercho scultetus, Salmannus et Volgmarus Judices ſeculares ſupraſcripti recognoſcimus nos sigilla noſtra ad peticionem et rogatum dictorum arbitrorum ac ambarum .. parcium preſcriptarum preſenti Instrumento publico ex certa ſciencia appendiſſe in teſtimonium omnium premiſſorum. Facta eſt hec pronunciacio laudum ſiue arbitrium anno natiuitatis dnice milleſimo trecenteſimo viceſimo ſeptimo. Indiccione decima. preſidente sanctiſſimo in Chriſto patre et dno noſtro Johanne diuina fauente clementia papa viceſimo ſecundo. pontificatus sui anno vndecimo, die duodecima menſis Januarii que fuit feria secunda proxima post Epiphaniam dni hora diei eiuſdem quaſi veſpertina in ciuitate moguntina in curia Religioſorum virorum dnorum abbatis et .. conuentus monaſterii Eberbacenſis sepedictorum. In preſencia mei publici notarii infraſcripti Preſentibus honorabilibus viris dnis Emelrico de Rudenſheim canonico eccleſie ac judice ſce sedis moguntinenſium. Cunrado de âſenlornch canonico iam dicte eccleſie moguntine. Emmerchone dicto Jûde magiſtro hoſpitum monaſterii ſci albani extra

Digitized by Google

muros moguntie ordinis beati benedicti. Herdeno de Büches magiſtro operis eiuſdem monaſterii, monachis. ac strenuis viris dnis Cunrado de Rudenſheim. Billungo burggrauio de Olmena. Petro de lapide. Johanne et Nicholao fratribus dictis de Scharpenſtein, militibus. nec non honorandis viris dnis Rudolfo zu Silberberg camerario. Emerchone sculteto. Salmanno et Volkmaro Judicibus ſupradictis, Magiſtro Cunrado de auguſta aduocato ſce ſedis et notario sedis moguntine predicte. Ritzone de Grawenrode armigero, Nicholao tzum Spitzheimer et Wernhero dicto Rorheim ciuibus moguntinis. teſtibus ad premiſſa vocatis ſpecialiter et rogatis.

Et ego heinricus heinrici de auguſta clericus moguntine dioceſis publicus auctoritate Imperiali notarius quia pronunciationi diffinicioni laudo ſtatuto. arbitrio ac approbacioni et conſenſui nec non iuramento per supradictum dnum .. abbatem ſic preſtito prout illa de verbo ad verbum ſuperius enarrantur vna cum teſtibus ſupradictis interfui. ipſaque ſic fieri vidi et audiui. ideo de mandato et iuſſu dictorum dnorum .. arbitrorum preſens inſtrumentum publicum exinde confeci. manu mea propria ſcripti et in hanc publicam formam redegi meoque signo ſolito et conſueto ſignaui rogatus et ſuper eo ſpecialiter requisitus.

An Pergamentstreifen hängen 7 Siegel:

1. *Des Gerichts in Mainz, Bruchstück.*
2. † S. EMERICHONIS MILITIS. DE. IGILNHEIM.
3. † HELFRICI MILITIS DE IGILINHEIM.
4. S' RVDOLFI CAMERARII MOGVNT . . .
5. † S. EMERCHONIS SCVLTETI MOGVNTINENS.
6. S. SALMANNI IVDICIS SECLARIS MOGT.
7. S. . . . VOLKM . . . (s)ECVLAR . . . . . *(Bruchstück).*

Digitized by Google

833. Des Nycolaus Kellinbechir von Eltevil Testament.

1327, *Jan. 29.*

Orig. Urk. im K. Staatsarchiv zu Idstein.

Anno dni M°. CCC° viceſimo ſeptimo quinta feria ante feſtum purificationis b. Marie virginis. Ego Nycolaus filius quondam | Mengoti dicti kellinbechir de Elteuil Incertitudinem hore mortis naturaliter hominibus imminentis precavere prudenter cupiens | teſtamentum meum. ſeu ultimam voluntatem meam. licet infirmo corpore. ſanis tamen ſenſibus et mente mediantibus. libero | etiam conſenſu Metze vxoris mee legittime accurrente. condo et ordino in hunc modum. Primo videlicet lego confero et do — predicte Metze vxori mee duo jugera agrorum ſita zů Langinacker. It. duale agri ibi prope ſitum. eidem. It. quinque quartalia agrorum zv̊ Hoinſtal ſita. eidem. It. duale agri an der Legazzen ſitum. eidem. It. duo jugera agrorum amme Molinwege ſita. eidem. It. duo dimidia agrorum jugera ſita zv̊ Hoin. It. eidem vnum et dimidium jugera vinearum amme Sonninberge ſita. It. duale vinee ſitum anme Hannoch. quod fuit fratris Petri rectoris. eidem. It. duale vinee prope illud. eidem. It. vnum juger vinee. eidem. an der Hobin ſitum. It. domum meam magnam et nouam do et dono etiam ſepedicte Metze vxori mee. ſub condicionibus hic expreſſis. ſcilicet quod vnum et dimidium jugera prenotata an me Sonninberge ſita poſt obitum ſuum poſſit et valeat dare et conferre heredibus ſuis aut aliis quibuſcunque voluerit. It. duale anme Hannoch ſitum. It. quinque quartalia agrorum ſita zv̊ Hoinſtal. It. duale agri prope Langinacker ſitum. ſimiliter ſuam omnimodam faciat voluntatem. Cetera vero bona

Digitized by Google

omnia ſuperius expreſſa antedicte Metze vxori mee per me collata in toto et in parte in domibus. vineis. et agris volo et ordino vt poſt obitum ſeu mortem ipsius. in mee anime et eius ac omnium parentum necnon benefactorum nostrorum animarum ſalutare remedium cedant monaſterio Eberbacenſi perpetuo. in quo ſpe ſalutis. meam eccleſiaſticam per preſentes eligo ſepulturam. It. lego — donatione etiam legitima inter viuos. predicto Monaſterio Eberbacenſi tria jugera vinearum dicta Langinacker. It. eidem Monaſterio vnum et dimidium jugera agrorum ſita in loco dicto an me Steyne. It. seruicium in pane. piſcibus. vino et aliis necessariis in die sepulture mee. perſonis eiuſdem monaſterij. et amicis meis preſentibus mee ſepulture volo integraliter miniſtrari. In maiorem huius ordinacionis mee firmitatem et vigorem omnia et ſingula prenotata penes huius patrie conſuetudinem acta ſunt in figura judicii secularis. preſentibus. Rudolfo viceſculteto. Fritzone de superiori Waldaffen. Johanne dicto knottil. scabinis in Elteuil. Metza vxore mea. fratre Hermanno. fabro Monaſterij Eberbacenſis et aliis perſonis pluribus fidedignis. In eiuſdem eciam ordinationis euidenciam sigillum religioſi viri fratris Enffridi. prioris monaſterii Eberbacensis ad preces meas. necnon Metze vxoris mee preſentibus eſt appenſum. et ego. Enffridus prior predictus fateor me ad preces prefatorum coniugum. meum sigillum huic litere appoſuiſſe in teſtimonium rei geſte. Actum et datum vt ſupra clarius eſt expreſſum.

Von dem kleinen Siegel des Priors (die Muttergottes mit dem Kinde) hängt nur noch ein Stückchen an mit dem Rest der Umschrift: (graci)APLENA . . .

834. Conrad Hoinstein, Edelknecht, entsagt seinen Ansprüchen an das Kl. Eberbach.

1327, April 13.

Orig. Urk. im K. Staatsarchiv zu Idstein.

Ego Cunradus dictus hoinſtein armiger. tenore preſencium cupio fore notum quod omni actioni | michi competenti contra religioſos viros dnum . . . abbatem et conuentum Monaſt. Eberbacensis | racione fratris Dythmari eorum Conuerſi qui michi condicione proprietatis attineret ſi eſſet ſecularis | renuncio. ſimpliciter et in totum, promittens nichilhominus quod nunquam in poſterum eidem monaſterio ſeu ipſius perſonis et rebus pretextu dicti fratris Dythmari aliquam actionem mouebo ſeu moueri procurabo. In cuius rei teſtimonium et firmitatem pleniorem preſentes litteras sigillo Franconis armigeri de Hoinſtein appenſo prefatis religioſis tradidi communitas. Et ego franco armiger de Hoinſtein ad petitionem predicti Cunradi dicti Hoinſtein armigeri michi factam sigillum meum preſentibus appendi in teſtimonium rei geſte. Actum et datum. Anno dni M°. CCC°. XXVII. Idus Aprilis.

Das Siegel ist abgerissen.

---

835. Das Kloster Eberbach empfängt eine Kornrente von Gütern bei Wisebadin zum Geschenk.

1327, April 23.

Orig. Urk. im K. Staatsarchiv zu Idstein.

Nos Eberhardus miles de Randecke in Oppinheim et Elyſabeth coniuges | ac nos Syfridus miles de Rinberch necnon Lyſa coniuges Ad vniuerſorum |

Digitized by Google

noticiam tenore preſentium cupimus peruenire quod quinque maldra siliginis | Moguntine menſure que nobis annuatim ſoluuntur et dantur de agris quondam Orthonis in terminis opidi Wiſebadin ſitis conferimus aſſignamus et donamus donatione legittima inter viuos pure propter deum in perpetuam elemoſinam Religioſis viris ... abbati et .. conuentui monaſterii Eberbacenſis ordinis Cyſtercienſis Moguntine dyoceſis in noſtrarum et omnium progenitorum noſtrorum animarum remedium ſalutare. In cuius rei teſtimonium sigilla noſtra preſentibus ſunt appenſa. Actum et datum anno dni M°. CCC.mo viceſimo ſeptimo in die sci Georgii martiris.

An Pergamentstreifen hängen die Siegel:

1. † (eberhar)DI MI(li)TIS DE R(andecke), *am Rande abgebrochen.*
2. (Syfr)IDI MIL(itis) DE RYN(berch), *ganz zerbrochen.*

---

836. Hertwich, Domscholaster in Limburg, nimmt seine dem Kl. Eberbach geschenkten Güter in Erbpacht.

—

***1327**, Juni 1.*

Orig. Urk. im K. Staatsarchiv zu Idstein.

Nos Hertwicus — recognoſcimus — quod Relig. viri — monaſt. Eberbacensis omnia bona tam in vineis agris cenſibus quam in redditibus ſibi per nos donata nobis ad vite nostre terminum locauerunt — cum ſuis vſibus vniuerſis per penſionem annuam ſcilicet vno maldro silig. Lymp. menſure predictis relig. in feſto beati Martini Episc. annuatim preſentando —. Actum et datum anno dni M°. CCC°. XXVII°. kal. Junii.

Ein Stück des Siegels hängt an.

Digitized by Google

837. Eine weitere Vergünstigung desselben Wohlthäters für das Kl. Eberbach.

—

***1327**, Juni 1.*

Orig. Urk. im K. Staatsarchiv zu Idstein.

Nos Hertwicus scolast. ecclesie Lympurgensis Recognosco per preſentes quod ob fauorem — quem ad religioſos viros — monaſterii Eberbacenſis habemus ipſos a ſolutione — ſex librarum Hallenſium quaſ ad ecclesiam in Ottirſheym racione quorundam bonorum eiſdem per nos collatorum annuatim dare tenebantur eximimus et abſoluimus — dantes preſentes literas sigillo nostro sigillatas —. Actum et datum anno dni M°. CCC°. XXVII°. Kal. Junij.

Von dem Siegel hängt noch ein Stückchen an.

---

838. Pacht-Zusicherung für gewisse Güter an Conr. Cyeger von Lympurg.

—

***1327**, Juni 1.*

Orig. Urk. im K. Staatsarchiv zu Idstein.

Nos frater Wilhelmus abbas et Conuentus mon. in Eberbach — Recognoſcimus — quod Conrado Cyeger de Lympurg dicto capra filio Demudis sex maldra siliginis lymp. menſure ſi ipſe dnum .. Hertwicum ſcolaſt. ecclesie Lympurg. ſuperuixerit, ad vite ipſius Conradi terminum annuatim tenebimur aſſignare — — In cuius rei teſtim. ſigillum noſtrum preſ. literis duximus appendendum. Act. et dat. anno dni MCCC. XXVII. kal. Jun.

Ein Stückchen des Siegels hängt an.

Digitized by Google

839. Das Kl. Eberbach verpflichtet sich zur Zahlung einer Korurente an Jungfrau Metza von Bopard.

1327, *Aug. 1.*

Orig. Urk. im Gr. G. Staatsarchiv zu Darmstadt.

Nos frater Wilhelmus abbas monasterii in Eberbach — Recognoscimus — quod Metze puelle de Bopardia familiaris nostre dilecte quinque maldra siliginis Mogunt. mensure. singulis annis quam diu vixerit infra duo festa C. Marie virg. scilicet Assumpt. et Natiuitatis dare et presentare tenebimur et nos soluturos promittimus de bonis in Bubilnsheim per ipsam Metzam cum sua pecunia nobis seu nostro monasterio comparatis. Post obitum predicte M. prefata quinque maldra sil. nostro monasterio cedent ac remanebunt in salutem anime sue ac suorum progenitorum. Dantes presentes literas sigillo nostro sigillatas in testimonium super eo. Datum anno dni M°. CCC°. XXVII. kal. Augusti.

Das Siegel ist weggebrochen.

---

840. Die Abtei Alberippe vermiethet den deutschen Cisterc. Aebten eine Kammer u. einen Stall zu ihrer Beherbergung.

1327, *Septemb. 8.*

Orig. Urk. im K. Staats-Archiv zu Idstein.

Vniuersis presentes litteras inspecturis Frater Johannes dictus abbas Alberippe totusque eiusdem loci | conuentus Cysterc. ordinis Lingonensis dyoc. salutem in domino. Noueritis quod nos considerata utilitate | nostra et monasterii nostri predicti tractatuque diligenti inter nos prehabita. vendidimus et titulo venditionis concessi-

Digitized by Google

mus venerabilibus et relig. viris dnis abbatibus de Eberbach. de Clauſtro. de heſterbach. de | loco ſce marie. de otturbourg. de harnſbourg. de ſchonoya. de bebinhuſſe. et de monte diſbodi. dicti cyſt. ordinis cameram illam que est iuxta capellam ſci Remigii et ſubtus cameram de y(g)niaco pro aaisſancia ipsorum. aut alterius eorundem in eundo et redeundo ad capitulum generale. Item vendidimus eiſdem et cuilibet eorundem ſtabulum illud quod eſt ante grangiam portarii prout in longitudine et latitudine ſe extendit pro aaiſancia equorum ſuorum aut alterius eorundem pro dicto tempore dicti capituli generalis. Et si contingeret dictos abbates aut alterum ipsorum ſeu aliquis de ſubditis suiſ aliis temporibus quam tempore dicti capituli generalis tranſire per dictum noſtrum monaſterium in dicta camera et in dicto ſtabulo, pro se et equis ſuis aaſanciam suam omnimodam haberent et habebunt pro suis necessariis faciendis. Que quidem cameram et ſtabulum tenemur in equo et bono ſtatu tenere in quo nunc ſunt vel eciam meliori et ſpecialiter in dicto ſtabulo mandiculas facere nouas et racellos. nostris propriis ſumptibus et expenſis. Facta eſt autem preſens vendicio pro precio quadraginta duorum florenorum de florencia boni ponderis quam percunie ſummam confitemur noſ habuiſſe et recepiſſe ac in vſus noſtroſ utiles et proficuoſ eſſe verſam Renunciantes in hoc facto omni exceptioni et deceptioni et ſpecialiter exceptioni dicte ſumme pecunie non ſolute et a nobis non recepte ac in vſus noſtroſ utileſ et proficuoſ non conuerſe omnique juris auxilio canonici et ciuilis juri dicenti generalem renunciacionem non valere. omnibus inſuper exceptionibus et deceptionibus juris et facti que contra preſens inſtrumentum pōſſent obici vel opponi.

Digitized by Google

obligantes nos et bona nostri monasterii in manum dictorum abbatum imperpetuum. si deficeremus quod absit in premissis vel aliquibus premissorum volentes quod dicti abbates et eorum successores possint nos cohercere ad omnia et singula premissa tenenda et adimplenda. ac firmiter et inuiolabiliter obseruanda per dominum clarevallensem ac eciam ipsius successores. In quorum omnium testimonium et munimen sigillum nostrum quo unico vtimur consueto presentibus literis duximus apponendum. Actum et datum anno dni M°. CCC°. vicesimo septimo die martis in festo natiuitatis virginis gloriose.

Das Siegel ist abgerissen.

---

841. Joh. Hepple, Ritter, u. Kunegunt von Elkirhusen, Eheleute, verzichten auf das Gut Henrichs von Elkirhusen zu Hademar.

1327, *Sept. 8.*

Orig. Urk. im K. Staatsarchiv zu Idstein.

Ich Johann Hepple genant ein Ryther Bůrgman zů Kůnigistein vnd Kůnegůnt hern henriches | von der Engingassen genant, des Rythers dochter, von Elkirhusen, min eliche Wirten důn kůnt | allen Lůden die diffen brieb sehent oder horend lesen, daz wir mit beradem můde mit gantzem | willen, vnde mit retheme gehangnisse han vircehen, vnd vircyhen luterliche vf Alles daz gůt daz min sweher her henrich der vorgenante Ryther hat virkouft mit Synen Erben in dem Dorfe zu hademar daz wylen e waz der Edeln vrouwen der Steinkoppen genant den Ersamen Lůden, Růlemanne Herstůl genant, vnde Wernhere Sengere, bůrger zů Limpurg, vnd geben en diffen brieb

zů vrkůnde beſigelet mit mime Ingeſigele Johannes hepplen, des vorgenanten zů vrkůnde eines rethen vircyges dirre vorgeſcribenen dinge, do man zalte von godes geburte druzehenhundert Jar vnde ſybene vnd zwenzig Jar, vf vnſir vrouwen tag alſ ſy geboren wart.

Das Siegel ist abgerissen.

---

842. Elizabeth von Etichestein erwirbt dem Kl. Eberbach eine Jahresrente.

1327, Oct. 21.

Orig. Urk. im K. Staatsarchiv zu Idstein.

Nos frater Wilhelmus abbas et conuentus Monaſterii in Eberbach ordinis Cyſterc. Moguntine | Dyoceſis Recognoſcimus et tenore preſentium ad vniuerſorum noticiam cupimus peruenire quod dilecta | nobis in Chriſto Elizabeth puella de kederiche, dicta de Eticheſtein quadraginta maldrorum | tritici annuos redditus pro ducentis libris hallenſium numeratis traditis et ſolutis nobis et noſtro monaſterio iamdicto emit et comparauit optinendos pro ſue ac omnium progenitorum et benefactorum ſuorum animarum remedio ac ſalute. Cum quibus nempe quadraginta maldris tritici predicta Elizabeth ſtatuit et ordinauit quod omni ſexta feria a feſto Paſche vſque ad Exaltationis ſce crucis conuentui noſtro panis triticeus detur ac in perpetuum miniſtretur. Hac tamen condicione ſane adiecta quod quacunque ſexta feria per idem tempus huiusmodi panem triticeum conuentui noſtro dare neglexerimus ac miniſtrare pro illius diei negligencia vnum maldrum tritici conuentui monaſterii in Blydinſtad ordinis ſci Benedicti ad requiſitionem .. prioris dicti conuentus pro tempore exiſtentis qui ſuper hoc ſicut pro aliorum ſeruiciorum et pitanciarum negligentia in feſto

Digitized by Google

Exaltationis ſce crucis apud noſtrum conuentum fidelem inquiſitionem habebit, nomine pene dare teneamur indignatione noſtra ſeu contradictione qualibet non obſtante. Ad quod faciendum ac perſoluendum nos noſtrosque ſucceſſores vniuerſos, preſentibus firmiter obligamus. In quorum omnium et ſingulorum teſtimonium ac firmitatem pleniorem preſentes literas sigillo noſtro appenſo tradidimus communitas. Actum et datum anno dni M°. CCC°. XXVII°. In feſto vndecim milium virginum.

Das anhangende Siegel des Abtes ist unversehrt.

---

843. Ein für ein Gut bei Boparte vorgeschossenes Kapital wird dem Kl. Eberbach zurückbezahlt.

1327, *Nov. 3.*

Orig. Urk. im K. Staatsarchiv zu Idstein.

Ich Symon der iunge. von dem Roden Lewen zu Boparte dũn kũnd. allin den | die diſen brief ane ſint vnd horent leſin. daz alſolich gelt bit namen drũhundirt vnd dri| vnd verzich kleiner gulden vnd ſeis pvnd groſſer Turnoſe. als ich beval vnd gaf. den | Erſamen Luden. herrn Enffride dem Prior vnd herrn friderich von Langinauwe dem kelner | vnd herrn Johan von Hoinberg dem Dedingis manne. munchin von Erbach. in mins vadir | vnd in minen wegen. Alſo daz ſye daz lehten. vzenwendich Bopartir gerehte an eine ſtait die wir ſie bewiſten. Daz forgenante gut hant ſie mir widir gebin. in mins vadir vnd in minen wegen. als ichs in beval vnd gab. vnd ſagin ſie dez nemelichen gudis quit vnd loiz. vnd auch die lude. den daz gut waz gebin zu halden. vnd auch den Abt vnd den Convent von Erbach. alſo daz wir daz gut hie forgenant. nit me von in fũllen heizen noch fordern wand ſie vns gutlich hant gewerd. fũrbaz. iſt is. daz den forgenanten luden den

Digitized by Google

Abte vnd Convente kein Anſprache. von dem ſelbin gude. geſchege. von mime vadir daz gelobin ich in abe zu dune. bit miner wareide. vnd bit mime Eyde. vnd gen des diſen brief beſigilt bit mime eigen ingeſigil. zu vrkunde diſs vorbeſcribene ſtucke. vnd han gebeden die Edil lude vnd mine liebe herren. Herr Symond vnd hern Johan. gebrudir | grebin von Spanheim. Daz ſie diſen brief bit mir hant beſigilt vnd wir Symon. vnd Johan gebrudir grebin von Spanheim forbenantene irkennen vns an dem geinwortigen briebe daz wir durch bede des forbenanten Symons von dem Rodin Lewen. zů Boparten. bit yme. diſen geinwortigen brief bit vnſsern ingeſigelen zů einer merer ſtedicheit hain beſigilt Der ward gebin da man zalte nach gotz geburte druzenhundirt vnd ſibin vnd zwenzich. iar des andern dagis nach allir Heiligen dage.

An Pergamentstreif hängen:

1. *Die untere Hälfte des Siegels, ein streitfertiger Löwe. Umschrift:* . . . . IS D. RVFOLEGE SCABINO . . . .
2. *Abgerissen.*
3. *Ein rundes Siegel, wenig beschädigt, im Felde eine Königskrone. Umschrift:* S' SECRET . .

---

844. Rupert, Rheinpfalzgraf, erneuert dem Kl. Eberbach die Befreiung von seinem Rheinzoll zu Fürstenberg, Bacherach u. Cube.

1328, *März 1.*

Orig. Urk. im K. Staatsarchiv zu Idstein.

Rupertus dei gratia Comes palat. Reni dux Bawarie tenore preſencium publice profite|mur quod gratiam per patrem noſtrum Rudolfum quondam inclitum comitem palat. Reni ducem Ba|warie pie recordacionis monaſterio in Eberbach ordinis Cyſterc. Moguntine

dyoceſis | factam ſuper theloneis nostris furſtenberg. Bacheraci et Cube quam et nos nichilhominus eidem monaſterio fecimus ac facimus per preſentes ob remedium anime nostre et progenitorum noſtrorum prout littere predicti patris noſtri ſuper eo date de verbo ad verbum continent, ratificamus approbamus ac preſentibus confirmamus. Iniungentes officialibus nostris ibidem qui nunc ſunt vel qui pro tempore fuerint, vt gratiam huiusmodi eidem monaſterio vt premittitur per nos factam ratam teneant inuiolabiliter et obſeruent noſtre gratie ſub optentu. In cuius rei teſtimonium preſentes damus noſtri sigilli robore communitas. Actum et datum in Eberbach monaſterio predicto. Anno dni M°. CCC°. viceſimo octauo. kal. Marcii.

Mit dem prächtigen Reitersiegel des Ausstellers, nur am Rande beschädigt. Umschrift:

. . RVPERT. DEI. GRA. COMES. P(alatinus Ren)I. DVX. BAWARIE.

---

845. Die Aebtissin Lysa zu Neuss verkauft ihre Weinberge zu Dreyckenshusen an Conrad von Leygen, Edelknecht.

***1328**, April 7.*

Orig. Urk. im K. Staatsarchiv zu Idstein.

Vniuerſis preſentem literam viſuris et audituris Lyſa dei gratia abbatissa totusque conuentus ecclesie sci | Quirini Nuſſienſis Colon. dyocesis salutem cum noticia veritatis. Noueritis quod cum nos habeamus quaſdam | vineas ſitas apud Dreyckenſhuſen Moguntinensis dyocesis nobis et ecclesie nostre minus fructuoſas cum | propter diſtanciam loci ab ecclesia nostra . . nos pro cultura dictarum vinearum et vindemacione earundem et propter thelonia que nos vina de ipsis vineis prouenientia deducendo uſque ad ecclesiam nostram de ipsis continuo sol-

Digitized by Google

uere contingit tot et tantas expenſas facere oportet quod parcam vel nullam exinde conſequamur vtilitatem, nos deliberatione prehabita vnanimi conſenſu et voluntate ecclesie nostre vtilitate et profectu in eo multipliciter propenſatis vt cum precio dictarum vinearum nobis et ecclesie nostre melius ſita et magis vtilia et fructuoſa bona comparemus predictas vineas nostras prout in dicto loco ſita ſunt et prout iacent in omni suo iure vendidimus iuſto et debito titulo vendicionis et nos vendidiſſe rite et rationabiliter tenore preſentium profitemur honeſto viro Conrado dicto de Leygen armigero commoranti apud Loricge ementi erga nos pro se et heredibus ſuis hereditarie et in perpetuum pro certa pecunie quantitate videlicet nonaginta marcis denariorum, tribus hallens. pro denario quolibet computatis quos denarios nobis ab eodem traditos, numeratos et ad plenum perſolutos eſſe recognoſcimus in vſus euidentes ecclesie nostre conuertendos. Promittentes dicta bona eodem Conrado aut ſuis .. heredibus per nos vel per procuratorem nostrum cum mandato ſufficienti comparare et supportare coram .. scabinis et judice predicti loci vbi dicta bona ſita ſunt cum ſollempnitate ad hoc debita et conſueta et poſſeſſionem eorundem ad manus ſuas reſignare ita quod dicto Conrado et ſuis heredibus firmum ſit atque ratum ipsisque bonis quibus preſentibus quantum in nobis eſt renunciamus coram dictis judice et ſcabinis per nos vel eundem procuratorem nostrum renunciabimus et ipsa sibi auctorizabimus et diſbrigabimus ab omni homine et vniuerſitate. nec ipsi Conrado aut eius heredibus ſuper eiſdem bonis ammodo litem aut controuerſiam inferemus per nos vel per alium aut alios aut inferenti conſenciemus vllo ingenio siue cauſa. sed dictam vendicionem et omnia et ſingula supradicta rata

Digitized by Google

tenebimus et contra ea non veniemus nec faciemus quouis ad hoc queſito colore. Super quibus renunciamus expreſſe fori priuilegio conditioni ſine cauſa, actioni in factum, doli mali excepcioni, reſtitucionis in integrum bono, canoni ſiue iure hoc ius porrectum et capitulo ſine excepcione priuilegiis et reſcriptis impetratis vel impetrandis a sede apostolica vel legato eius aut principe seu alio judice ordinario vel delegato eccleſiaſtico vel mundano et excepcioni qua dicere poſſemus dictos denarios de predicta vendicione nobis traditos numeratos et ſolutos non eſſe et in vſus ecclesie nostre non fore conuerſos et quod auctoritas ordinarii seu cuiusuis ſuperioris non interueniet vendicioni supradicte omnibusque aliis exceptionibus et defencionibus iuris et facti tam canonici quam ciuilis que nobis sunt permiſſa vel permiſſorum aliquid poſſet quomodolibet ſuffragari. In cuius rei teſtimonium atque fidem nos abbatiſſa et conuentus predicti ſigilla nostra ex certa nostra ſciencia preſentibus duximus apponenda. Datum anno dni M°. CCC°. viceſimo octauo feria sexta poſt feſtum Paſche.

An Pergamentstreif hängt ein Bruchstück des Siegels der Aebtissin, sehr beschädigt. In der Mitte ein Frauenbild, stehend, mit Buch und Palmzweig in den Händen, daneben rechts der Wappenschild mit 3, 3, 2, 1 Kugeln, links der Schild mit 4, 3 Wecken. Das 2. Siegel fehlt.

---

846. Der Convent zu Neuss stellt Vollmacht aus behufs Erledigung seines Verkaufs von Weinbergen in Dreychtichusen.

1328, *April 12.*

Orig. Urk. im K. Staatsarchiv zu Idstein.

Vniuerſis preſentem literam viſuris et audituris Nos Lyſa dei gratia abbatiſſa totusque conuentus ecclesie ſci Quirini Nuſſienſis Notum | facimus preſentibus publice

recognoſcendo quod noſ diſcretum virum Thilmannum plebanum in Herde exhibitorem preſentium verum | et legitimum conſtituimus procuratorem et nuncium specialem in bonis et vineis nostris ſitis apud Dreychtichuſen in dyocesi Mo|guntinenſi que et quas vendidimus diſcreto viro Conrado dicto de Leygen armigero vtilitate et profectu dicte eccleſie nostre in hoc multipliciter perpenſatis dantes sibi potéſtatem auctoritatem liberam et mandatum speciale dicta bona et vineas in loco seu locis vbi ſita ſunt coram judicibus et judiciis ac perſonis aliis quibuscumque vbi hoc de iure fuerit faciendum comparandi supportandi inueſtiendi ac alia omnia et ſingula faciendi cum sollempnitate iuris et facti que ad huiuſmodi requiruntur. Inſuper donacionem predictam et vendicionem ſi opus fuerit denuo faciendi ſiue renouandi in omni modo et forma iuris et conſuetudinis que nos facere poſſemus ſi perſonaliter adeſſemus, promittentes bona fide premiſſa omnia et singula que per dictum nostrum procuratorem facta fuerint in premiſſis rata et firma inuiolabiliter obſeruare nec contra premiſſa vel premiſſorum aliquod contrauenire vel facere vllo ingenio ſiue cauſa, omni dolo et fraude in premiſſis excluſis penitus et remotis. In cuius rei teſtimonium sigilla nostra preſentibus duximus apponenda. Datum a. dni. M°. CCC°. viceſimo octauo feria tercia post dominicam Quaſi modo.

Beide Siegel fehlen.

---

847. Emmircho, Canonicus zu S. Gingolph in Mainz, ernennt die Vollstrecker seines letzten Willens.

1328, *Mai 2.*

Vidimus des Mainzer Gerichts im K. Staatsarchiv zu Idstein.

Judices ſce moguntine sedis recognoſcimus per preſen-

tes Nos vidiſſe et de verbo ad verbum perlegiſſe duo inſtrumenta infraſcripta | vnum videlicet ſcriptum per Heinricum de Frankenford publicum imperialis aule et ſce moguntine sedis notarium et eius ſolito et | conſueto ſigno ſignatum, aliud vero cum tribus sigillis ſcilicet Emmirchonis ſculteti Tulmani Scerpelini et Nycolai iudicum ſecula|rium ciuitatis moguntine fideliter ſigillatum non abolita non abraſa non cancellata omnique alio ſuſpicionis vicio carentia, prout | prima facie apparebat. ſub tenoribus modis et formis qui ſecuntur in hec verba. In nomine dni Amen. Per hoc. preſens publicum inſtrumentum pateat uniuerſis quod Anno a natiuitate dni milleſimo Trecenteſimo viceſimo octavo sexto Nonas Maij que fuit secunda dies eiuſdem menſis intrantis Indictione undecima Pontificatus sanctiſſimi in Christo patris ac dni Johannis diuina prouidentia pape XXII. Anno duodecimo circa horam veſperis In Curia ſita in foro gentili moguntie que in volgari vocatur zum voyte in domo eſtiuali eiuſdem curie ſedens ibidem in lecto erectus et veſtibus ſuis indutus vir diſcretus et honeſtus dns Emmircho natus quondam Emmirchonis aduocati in Budinheim canonicus ecclesie S. Gingolfi moguntine in preſentia mei notarii publici infraſcripti et teſtium infraſcriptorum pro teſtibus ad hoc vocatorum ſpecialiter et rogatorum cogitans et conſiderans quod dum in membris vigor uiget corporis quod tunc efficacius racio regit mentem quodque ſepe langwor corporis ita iudicium racionis obnubilat ut non ſolum rerum temporalium verum eciam ſui ipsius cogatur langworis vehementia obliuiſci et propter hoc idem. dns Emmircho conpos ſue mentis licet aliqualiter in corpore debilis volens et deſiderans humane condicionis ineuitabile debitum preuenire et ne

Digitized by Google

bona ſua per ipſum non legata ſeu diſpoſita. que poſt eius mortem reliquerit ſine diſpoſicione et ordinatione remaneant viros diſcretos et honeſtos videlicet Ebirhardum de Alzeya vicarium ecclesie moguntine et Hermannum plebanum in Caſtello ex altera parte Reni preſentialiter ibidem conſtitutos elegit idem dns Emmircho et aſſumpſit in ſuos manufideles fidecommiſſarios ſeu executores ultime ſue voluntatis rogans et mandans eiſdem ſuis manufidelibus ut ante omnia ea que per ipsum legata diſpoſita ſeu ordinata forent inuenirentur ſeu inuenirent cum ipsum decedere contingeret ſecundum eius ordinacionem legationem ſeu diſpoſitionem executioni debite ſiue conſuete mancipent. ſeu mancipi procurent integraliter et complete. ſi que vero de bonis ipſius atque de bonis Emmirchonis dicti zincman quondam vicarii Ecclesie mogunt. fratris dicti Emmirchonis canonici Sci Gingolfi ſupereſſent. ſuper quibus ſpecialis diſpoſitio per ipſum dnum Emmirchonem facta non foret ſecundum diſpoſicionem ſeu ordinacionem per eosdem fratres alias ut ibidem aſſeruit habitam ſiue factam voluit et mandauit. ac plenam potestatem dictis ſuis manufidelibus dedit. ut ipsi eadem bona diſtribuerent et diſtribuant. ac in vſus pios pro remedio animarum ipsorum conuertant et ſecundum quod ſibi magis ſalubre nouerint et ſecundum quod uelint. et volunt coram altiſſimo dno reddere racionem. Addiciens eciam quod ſi dicti manufideles ſiue fide commiſſarii ſeu vltime ipsius dni Emmirchonis voluntatis executores indigerint necesse habuerint aut voluerint honorabilem virum dnum Decanum Ecclesie S. Gingolfii predicte tamquam perſonam ipsis manufidelibus adiunctam ſibi aſſumere et ad ſe recipere valeant debeant et poſſint, quod ipsorum manufidelium reliquit

Digitized by Google

arbitrio qui vna cum dictis manufidelibus principalibus ſecundum modum vt premiſſum eſt dictam ſuam voluntatem et de reliquis per ipsum dnum Emmirchonem ſpecialiter non diſpoſitis ordinare facere et diſponere valcant, poſſint et debeant ſecundum quod ſaluti dictorum fratrum animarum vt predicitur magis ſalubrius nouerint expedire. Acta ſiue facta eſt hec manufidelium fidecommiſſariorum ſiue ultime voluntatis dicti Emmirchonis executorum conſtitutio omniaque alia ut ſingula premiſſa anno indictione pontificatu menſe die hora et loco prenotatis preſentibus et circumſtantibus viris diſcretis et honeſtis Ottone dicto zum Pilgrim. Johanne dicto zu Syberg ciuibus moguntinis, Henrico filio dicto Rauber clerico et Henrico dicto de Alzeya layco teſtibus ad premiſſa vocatis pro teſtibus ſpecialiter et rogatis. Et ego Henricus de frankenford clericus Sce Moguntine sedis iuratus ac imperiali auctoritate publicus notarius. quia huiuſmodi manufidelium conſtitutioni premiſſis omnibus et ſingulis una cum teſtibus prenotatis preſens interfui et omnia et ſingula prout geſta ſunt fieri vidi et audiui adeo hoc preſens publicum inſtrumentum exinde confeci meoque ſigno ſolito et conſueto ſignaui rogatus diligenter et requiſitus. Item aliud inſtrumentum ſic incipit. Uniuerſis preſencium litterarum inſpectoribus et auditoribus pateat euidenter quod honeſti viri Emmercho canonicus Ecclesie Sci Gingolfi moguntini quondam Plebanus in Wyſebaden nec non Emmercho dictus zincman Ecclesie mogunt. vicarius fratres coram Scherpelino ſeculari iudice moguntino dum ire atque ſtare poterant pariter conſtituti de bonis eorum uniuerſis tam mobilibus quam immobilibus propriis et hereditariis intra aut extra moguntiam ſitis ſeu conſtitutis ordi-

Digitized by Google

nacionem et diſpoſicionem que truwehant volgariter dicitur talem fecerant inuicem pari et unanimi voluntate quod debitis ſuis notoriis ante omnia perſolutis quicumque eorum alteri ſuperuixerit predicta bona quiete et pacifice debeat poſſidere et de ipsis ordinare et facere ſine impedimento et contradictione cuiuſvis hominis prout amborum animarum ſuarum remedio et ſaluti ſibi melius nouerit expedire. Condicio quoque quod uterque ipsorum fratrum ſi necesse habuerit bona ſua predicta vendere ſeu obligare bene poteſt. ac ſue inopie ſubuenire dictique fratres per manum Emmerchonis dicti Bodichen eorum mundibordi borgauerunt et ſub cautione iudiciaria que borgen volgariter dicitur ſe firmiter aſtrinxerunt. quod premiſſam ordinacionem et diſpoſicionem ratam teneant inuiolabiliter et obſeruent. preſentibus et atteſtantibus Emmirchone dicto hilt ſententiam preferente. Petro Piſtore. Herbordo dicto frankenberg. Frankone oleario. Cunrado dicto koufman. Stephano fratre ſuo Thilmanno calcifice et Wentzone dicto helbender ciuibus moguntinis. Actum et datum anno dni M°. CCC°. XXIIII°. feria ſexta poſt feſtum aſſumptionis beate Marie virginis.. dictique iudex atque .. ciues premiſſi coram ſe rite fuiſſe peracta ad monitionem honorabilis viri dni Emmerchonis sculteti moguntini iudicio preſidentis poſt modo ſub iuramentis eorum recitarunt preſentibus Nycolao iudice.. aduocatis de Budelburn. Actum Anno dni. M°. CCC°. XXVII°. feria tercia poſt diem beati Mathei. In cuius viſionis et lecture horum premiſſorum inſtrumentorum euidens teſtimonium nostrum ſigillum duximus preſentibus appendendum. Datum et actum anno dni M°. CCC°. XXX°. II. Non. Octobr.

Von dem Siegel des Mainzer Gerichts hängt noch ein Bruchstück an.

Digitized by Google

848. Eberhard, Graf von Katzenelenbogen, verschreibt dem Kl. Eberbach eine Korngült von seinem Hofe zu Buedelburne.

1328, *Mai 17.*

Orig. Urk. im K. Staatsarchiv zu Idstein.

Wir Greve Eberhard von katzenelenbogen veriehen vnd tůn kunt allen den die disen brief ansehent oder | hoerent lesen. Daz uns die geistlichen herren . . der Abte vnd der Conuente des Closters ze Eberbach in meintzer | Bistum gelichen hant hundert malder korns meintzer mäzzes vnd hundert malder hauern Oppenheimer mazzes. daz wir | von in enphangen han. vnd haben wir in dar vmb gesatzt vnser gůde die hernach geschriben stent. Daz ist alle die guelde die wir haben vz vnsirm hove ze buedelburne, vnser Eckern daz wir haben in vnserm walde zu breidenlohe. vnd vnser weide ze budelburne, mit alsolichen fuerworten, daz die vorgenanten herren der Abte vnd der Convente oder ir hofluede von iren wegen die guelde vz vnsirm vorgeschriben hove vf heben suln vnd niezzen. vnd daz Eckern vnde die weide sueln vnd muegen si irlezzen nach allem irem nutze vnd wie ez in füeget als lange biz daz si daz vorgeschriben korn vnd den havern. daz si vns gelihen hant, von der selben gůelde vnd von den nuetzen. vf gehebent gar vnd gentzlichen. vnd globen wir si an den vorgenanten guden nit ze hindern noch nieman von vnsirn wegen weder heimlich noch offenlich mit keiner ley sachen. vnd daz wir si dor an schirmen sueln als verre als wir muegen wa sis bedurfen. Wer aber daz sache daz wir den vorgenanten herren daz korn vnd den havern daz da vor benenet ist bezalen wolden mit gereidem gelde so sůeln wir in ie fůer daz malder korns nun schilling

Digitized by Google

haller geben vnd fuer daz malder hauern fuenf ſchilling haller. als ſi ez ſelbe gekauffet hant fuer als vil als in nochdenne vz ſtet daz ſi nit vf gehaben hant von den vorgeſchribenn guelde vnd nuetzen. Wenne auch die vorgenanten herren des korns vnd des hauern gewert werdent ez ſi daz ſi ez von vnſirn vorgeſchriben guden ſelb vf gehebt haben oder daz wir ins mit gereidem gelde bezalt haben ſo ſueln vnſer vorgenanten gude vns ledig vnd loſe ſin. Aber waz die vorgeſchribenn herren anders rehtes hant an vnſerr weide ze buedelburne da ſi ſunderlingen vnſer brieve veber hant, daz woln wir in veſte vnd ſtede halden in aller der wiſe als die ſelben vnſer brieve ſagent. Wir globen auch alſolich koſte die dar vf get biz daz vens daz vorgenant korn vnd der hauer geantwurtet wirt zu waldaffen ez ſi an mûtterlone, an tragerlone, an zollen, an vngelde oder welcher leye koſten dar vf get, den vor genanten herren .. dem Abt vnd dem Conuente ze rihtenn gar vnd gentzlichen, als vil als bruder Johan von Gyſenheim oder bruder Johan von wetflare begriffent, vf ir warheide daz ir ſi vnd daz daz allez veſte vnd ſtede blibe vnd vnzerbrochen geben wir zu einem verkuend vnd zu einer ſicherheide den vorgenanten herren Diſen brief verſigelt mit vnſirm Ingeſigel daz dar an hanget. Der geben iſt do man zalt von Gotes geburt Tuſent Jar, druhundert iar vnd in dem eht vnd zweintzigſten iar an deme dinſtag in der Crutzwochen vor Pingſten.

Das Siegel ist abgerissen.

849. Peter von Winoldisheim, Edelknecht, empfängt sein Lehen zu Hagenheim zu eigen.

***1328**, Mai 30.*

Orig. Urk. im K. Staatsarchiv zu Idstein.

Wir Herman herre von Hohenuels veriehen vnd tvn kunt allen den die disen brief an sehent oder hoerent lesen | daz wir mit verdahtem mût vnd mit gûder fuerbetrahtunge vmb alsoliche fruntschaft vnd gemeine dienst die vns | Peter Georie von Winoldisheim ein Edel kneht biz her getan hat vnd noch tûn mak im erleubet vnd gehenget haben | vnd erleuben vnd hengen im des an disem briefe daz er alsolich gûde die er von vns ze lehen hatte vnd noch hat die glegen sint in dem dorffe ze Hagenheim vf dem gawe bi Walheim vnd in dem gemerke des selben dorffes, mit namen den winzehenden den er da hat vnd den cleinen zehenden in dem dorffe vnd eilef morgen ackers vnd penninkguelde als vil als der ist vnd waz er da hat wie ez geheizzen ist daz er von vns ze lehen hat vnd daz vnser aldvordern vnd wir fur rehtlich eigen her braht haben an alle widersprache daz der selb Peter die selben gûde lediclich verkeuffen, versetzen oder verendern muege fuer rehtlich eigen, vnd da mit schaffen muege allez daz er weiz daz im nutzlich vnd gût ist, frilich mit vnserm gûden willen. vnd globen an disem geinwuertigen brief wem er die selben gût verkeuffet, versetzet oder verendert, daz wir noch kein vnser erbe noch kein unser nahkomlinge dar nach nimmermer gesprechen suln noch enmuegen weder vor geistlichem noch vor werltlichem gerihte, weder von eigenschefte wegen oder von kein des rehtes wegen. daz vnser altvordern oder wir ie gehabt haben an den vorgenanten gûden si sien in disem brieve

Digitized by Google

mit namen genennet oder nit. Vnd geben im des zu einem waren vrkunde diſen offenen brief beſigelt mit vnſerm Ingeſigele daz der an hangent. Diſer brief iſt geben zu Hohenuels. do man zalt von Gotesgeburt Tuſent iar druhundert iar vnd in dem ehtvndzweintzigſten iare an dem nehſten mantage nach der Pingeſtwochen.

Das Siegel des Ausstellers, im Schilde der aufrecht stehende Anker, mit 6 Steinen darüber u. ebensovielen darunter, hängt wohlerhalten an. Umschrift: S'HERMANI NOBILIS DE HOHEVELS.

850. Der Gebrüder Cunrad, Johann u. Hertwich von Leyen Schenkung ihrer Güter bei Lorch an das Kl. Eberbach.

1328, *Juli 16.*

Orig. Urkunde im K. Staatsarchiv zu Idstein.

In Dei Nomine. Amen. Vniuerſis et ſingulis tam poſteris quam modernis — per hoc preſens Inſtrumentum publicum pateat euidenter Quod anno ab incarnatione dni M°. CCC°. XXVIII°. Indictione vndecima. Sextadecima die menſis Julii Pontificatus dni Johannis pape XXII.di Anno duodecimo In mei ... Notarii publici et ſubſcripti et Teſtium infraſcriptorum ad hoc ſpecialiter adductorum conſtituti preſentia viri diſcreti et honeſti Cunradus. Johannes et Hertwicus armigeri dicti de Leyen fratres congermani — Recognouerunt — Quod licet alias ipſi .. fratres congermani in figura iudicii ſecularis ville Lorche moguntine dyoceſis .. sculteto eiuſdem ville iudicio preſidente — ſe vniuerſaque bona ſua tam mobilia quam immobilia in villa Lorche predicta et eius terminis et alibi ubicunque locorum ſita — libere et racionabiliter — Religioſis viris abbati et conuentui

Digitized by Google

Monaſterii Ebirbacenſis — — in remedium ſuarum animarum — manu communicata parique conſenſu — donauerint donatione legitima et inter viuos ac tranſtulerint iure dominii in eoſdem iure et tytulo proprietatis perpetue — — venerabili patre et dno Wilhelmo abbate diuina miſeratione et religioſo viro fratre Enffrido priore monaſterii Ebirbacenſis predicti — et huiusmodi bona taliter — donata et in eos tranſlata nomine et vice eiuſdem monaſterii et conuentus atque ſuo ſuſcipientibus et recipientibus, mediantibus ſollempnitatibus ſolitis et conſuetis. Eademque bona dno.. abbate et priore predictis Cunrado Johanni et Hertwico fratribus predictis ad tempora vite ipſorum fratrum duntaxat ibidem pro annuo cenſu videlicet vnius ame vini franconici nomine monaſterii et conuentus predictorum atque ſuo relocantibus — cum vſufructu tenenda — nomine ſepedicti monaſterii tamen debita ſub cultura prout hec omnia et ſingula animo innouandi notificandi et fortificandi donationem bonorum predictorum in preſentia mei — et teſtium infraſcriptorum per ordinem recitarunt. Et ut autem huiusmodi bonorum donatio et tranſlatio — effectum mancipentur — preſentibus volunt ordinant et ſtatuunt prouida deliberatione inter ſe prehabita. Cunradus. Johannes et Hertwicus donati ſepedicti quod ipſo Cunrado dictorum fratrum congermanorum ſeniore predicto de medio ſublato et viam vniuerſe carnis ingreſſo Johanne et hertwico ſuis fratribus predictis aut premortuis ſiue viuis remanentibus vel eorum altero in omnem bona ſepetacta — ad diſpoſitionem — et occupationem monaſterii et conuentus predictorum tamquam et indubitatorum heredum et poſſeſſorum eo ipſo libere et totaliter reuoluantur — alioſque omnes et ſingulos — perpetue exhere-

Digitized by Google

dando. Sane tamen prouiſo ac eciam condicto — quod abbas et conuentus ſepefati — poſt deceſſum Cunradi memorati ceteris ſuis fratribus — ſeu eorum alteri prout viui apparuerint in victu et veſtitu ac eſu carnium nec non alimentis temporibus aptis prout hactenus viuere et ſtare conſueuerunt in curia dnorum abbatis et conuentus predictorum in dicta villa Lorche ſita iuxta fontem dictum Jůdinbornen ſi volent aut in ipſo monaſterio Ebirbacenſi ſub habitu et monaſtica diſciplina ſiue veſtibus ſeculariter ſarcitis panno et tele ipſius habitus conformibus ſtare ſi maluerint ſicut ceteris eiuſdem monaſterii cōfratribus et monachis in vite ipſorum neceſſariis prout iſtorum alterum eligendum ad vite ipſorum tempora congrue et ex debito prouidere tenebuntur. Volentes inſuper fratres congermani ſepedicti — ut ipſis omnibus de medio ſublatis — dnis et fratribus conuentus mon. Ebirbacenſis — ſingulis annis et perpetue in die feſtiuitatis decollationis ſci Johannis Baptiſte in pane triticeo et vino franconico nec non piſcibus pro quinque libris hallenſium comparandis ad laudem et honorem omnipotentis dei glorioſeque virginis genitricis dei Marie et ipſius ſci Johannis Bapt. fiat pittantia et refectio in refectorio copioſa de bonis memoratis, peragent nichilominus in eadem ſeptimana domini et fratres predicti ſingulis annis et perpetue vigiliis miſſis et orationibus — anniuerſarium.. fratrum covterinorum donatorum predictorum. et yde et alheydis ſuorum ſororum nec non Heinrici militis quondam dicti de Leyen et Odylie ſuorum parentum prout in ſepedicto monaſterio fieri conſueuit pro defunctis. Actà ſunt hec in villa Lorche in curia ſita iuxta fontem dictum Jůdinbornin predicta. Anno. Indictione. Die. Menſe. et pontificatu ſupranotatis. Hora diei quaſi veſpera.

Digitized by Google

Preſentibus venerabili patre et dno, dno Wilhelmo Abbate et Religioſis viris. Enffrido priore. Johanne de Hoenberg ſacerdote et monacho monaſterii Ebirb. ſepedicti. et Volperto de frankinberg famulo dni.. abbatis predicti. Johanne de Hoenſtat Treuerenſis dyoceſis et Nycolao de hargarten laycis pro teſtibus ad premiſſa vocatis ſpecialiter et adductis. Et Nos Cunradus Johannes et Hertwicus fratres covterini — In teſtimonium omnium et singulorum premiſſorum — hoc preſens Inſtrumentum publicum ſuper premiſſis confectum per Johannem dictum Schelhard clericum moguntinum auctoritate imper. notarium publ. ſcribi et publicari cum inſtantia requiſiuimus ſub debito ſui iuramenti et ſigillis noſtris propriis que propter hoc ſpecialiter et de nouo fieri fecimus, ex certa noſtra ſcientia preſentibus per ordinem appenſis summo Studio duximus eternandum. Actum vt ſupra.

Et Ego Johannes dictus Schelhard clericus moguntinus — premissis omnibus et singulis — presens interfui, vidi et audiui — et hoc instrumentum publicum exinde confectum manu mea propria rogatus scripsi et in hanc formam publicam redegi et signo meo solito signaui requisitus.

An Pergamentstreifen hängen drei wohlerhaltene Siegel von rothem Wachs:

1. S' CVNRADI DCI FVNDER. LEGIN.
2. S' IOHANNIS DCI FUNDER LEGIN.
3. S' HERTWICI DCI FUNDIR LEGIN.

Digitized by Google

851. Der Convent zu Neuss entnimmt dem Drechtingshäuser Kaufschilling die Baukosten für sein Kelterhaus in Bopard.

1328, *Juli 26.*

Orig. Urk. im K. Staatsarchiv zu Idstein.

Lyſa dei gratia abbatiſſa totusque conuentus Ecclesie ſci Quirini Nuſſienſis .. vniuerſis ad quos preſentes | littere peruenerint et ſpecialiter fratri Thilmanno de Eyrbach ſalutem cum noticia veritatis. Noueritis | de noſtro fore vnanimi juſſu ac voluntate vt de nostra pecunia videlicet de nonagintis mar|cis Brabacium denariorum tribus hallens. pro denario computatis pro qua vendidimus vineas nostras ſitas apud Dreghtichuſen cuidam armigero dicto .. Conrado de Leygen detnr et aſſignetur Mathie nostro famulo exhibitori preſencium tanta ſumma pecunie quantam pecierit et indiguerit ad ſtructuram et culturam nostri incenſi torcularis ac domus Bopardiensis .. Rogantes vos fratrem .. Thilmannum multum officiose quatinus dicto Mathie nostro famulo veſtro conſilio et auxilio cauſa nostri aſſiſtatis reſpiciendo ut nostra pecunia ad dictam ſtructuram prout nobis expediens fuerit valiter exponatur quod apud vos volumus vbicumque poterimus promereri .. In cuius rei teſtimonium nos .. abbatiſſa et conuentus predicti ſigillis nostris duximus preſentibus apponenda. Datum a. dni Mill. CCC^{mo} viges. octauo craſtino b. Jacobi apostoli.

Das Siegel der Aebtissin fehlt; von dem runden S. des Convents sind nur kleine Bruchstücke vorhanden.

Digitized by Google

852. Wernher von Wintrauwe, Ritter, verzichtet zu Gunsten des Kl. Eberbach auf ein Fischwasser im Rhein u. sonstige Ansprüche.

1328, *Oct. 8.*

Orig. Urk. im Gr. G. Staatsarchiv zu Darmstadt.

Ich Wernher von Wintrawe ein Rittter verichen und tün kunt allen den die diſen brief leſent | horent oder ſehent. Daz ich verzigen han vnd verzihen an diſem brief uf alle die anſprach vnd | uf alle die vorderunge die ich hatte oder haben mohte gen den erbern geiſtlichen lueden .. dem abte | vnd dem conuente des gotſhuſes ze Eberbach in meintzer biſtum und gein irem cloſter von | welcher leye ſachen daz wer bit uf diſen hudigen tag. Auch verzihen ich ſunderlingen durch gots|willen und durch miner frunde bede willen vf daz viſchwaſzer daz glegen iſt in dem Ryne an | dem ſtridewerde daz des vorgenanten Cloſters ze Eberbach iſt und da ich wande reht an ze habenne vnd verzihen ich lueterlich an diſem brieue vf allez daz reht daz ich wande an den ſelben viſchwaſzer han, wan ich underwiſet bin daz ich kein reht daran han und globen mit minen güden truwen daz ich die vorgenanten geiſtlichen luede noch ir cloſter nimmer mer an geſpreehen noch hindern ſol von kein der ſache wegen die ich wider ſi gehabt han bit vf diſen huedigen tag. Ich bekennen auch und verichen offenlich daz ich ſchuldig bin vnd gelden ſal den ſelben geiſtlichen lüden zwelf phunt haller genger und geber die ſi mir guetlieb gelihen hant, die glob ich in zu geldenn und widerzugebenn wanne

Digitized by Google

ich ſin aller erſt ſtat mag gehaben ane geuerde und ane argeliſte. und bi diſen dingen warn die Strengen ritter her Emerich von Erbach. her fridrich griffencla und her Claus von Scharpenſtein. Ritter und Johan von Wackernheim ein edelkneht. und daz allez veſte und ſtede verlibe vnd nit vergeſzen werde han ich geben diſen brief beſigelt mit minem Ingeſigel und han gebeden den vorgenanten her Claus von Scharpenſtein daz er ſin Ingeſigel zu minem an diſen brief gehangen hat. Zu ein gezůknůſze aller dirr vorgeſchribenn ding. Ditz geſchach vnd wart dirr brief geſchriben do man zalt von Criſtes geburt. Druzehenhundert iare vnd in dem eht und zweintzigſten iare. an ſant dyoniſien aubende.

Beide Siegel, ziemlich wohlerhalten, hängen an Pergamentstreifen an; das erste mit der Umschrift:

† . . WERNERI DE WEND'RA(we).

---

853. Marquard von Dudinhusen u. Paza, Eheleute, verkaufen dem Kl. Eberbach ihren Hof u. Güter in Hoven.

1328, *Nov. 12.*

Orig. Urk. im K. Staatsarchiv zu Idstein.

Ego.. Marquardus de Dudinhuſen armiger et Paza mea conthoralis legitima tenore presencium re|cognoſcimus et conſtare volumus vniuerſis Quod nos ſuper curte noſtra ſita in villa Houen et ſuper Integro manſo ſpectante ad eandem curtem ſito in campis dicte ville

Digitized by Google

Houen de agro ad | agrum ibidem ſpecificato voluntate unanimi et manibus communicatis vendidimus et per has litteras | vendimus ſimpliciter Religioſis viris . . . . . monaſterii Ebirbacenſis ordinis Cyſterc. redditus annuos et perpetuos ſeptem maldrorum ſiliginis menſure Lympurgenſis pro certa ſumma pecunie nobis a dictis dno . . abbate et conuentu deliberata numerata integre et ſoluta Ita quod colonus dictorum bonorum ſiue dicti manſi ſeu quicumque alter dictam curtem inhabitauerit et eundem manſum coluerit, debet et tenetur predictos redditus ſeptem maldrorum ſiliginis intra oppidum Lympurg ad curiam dictorum dnorum de Erbach infra duo feſta Aſſumpcionis videlicet et natiuitatis beate Marie virginis annis ſingulis presentare ſub ſuis vectura periculo laboribus et expenſis. Vt autem presentacio ſeptem maldrorum predictorum eo cercior et firmior exiſtat tria jugera agrorum in campis dicte ville Houen ſita pro ſubpignore aſſignauimus et conſtituimus et preſentibus aſſignamus Ita videlicet quicquid de dictis redditibus ſeptem maldrorum in dicto manſo deficeret quod talis defectus in dicto ſubpignore recuperetur. Eſt eciam adiectum quocumque anno dicti redditus infra dicta duo feſta Marie non preſentarentur modo quo preſcribitur quod predicti domini de erbach aut eorum nuncius poſſunt et debent colonum dictorum bonorum pro tempore exiſteutem vel nos ſi dictum manſum coleremus, pignerare et pignora ipſius coloni vel noſtra capere pro redditibus antedictis. In quorum omnium robur et perhenne teſtimonium sigillum nobilis viri. domicelli . . Gotfridi comitis de Dytze Sigillum cum dicta bona in eius diſtrictu et judicio ſita ſint ad preces noſtras hiis literis eſt appenſum. Quod nos . . . Got . . comes de Dytze recognoſcimus eſſe ve-

Digitized by Google

rum. Datum Anno dni M°. CCC°. XXVIII. In craſtino beati Martini.

An Pergamentstreif hängt stark beschädigt das Reitersiegel des Grafen Gotfried: † . . . . . COMITIS . . . . . .

---

854. Ludwig, Römischer König, erneuert dem Kl. Eberbach alle Privilegien seiner Vorfahren wie auch die Freiheit vom Rheinzoll zu Bachirach u. Chube.

1328, *Nov. 20.*

Orig. Urk. im K. Staatsarchiv zu Idstein.

LVdowicus dei gratia Romanorum Imperator ſemper Auguſtus Vniuerſis et ſingulis ſacri Romani Imperii fidelibus ſuis dilectis | preſentes litteras inſpecturis gratiam ſuam et omne bonum. Ex parte religioſorum virorum . . . Abbatis tociusque conuentus monaſterii in | Ebirbach ordinis Cirſterc. Magunt. dyoceſis noſtrorum fidelium dilectorum nuper nobis extitit humiliter ſupplicatum Quatenus priuilegia | omnia eis et ordini predicto conceſſa per nos et per retro Romanorum diuos Imperatores Principes et Reges predeceſſores noſtros confirmare et innouare de nostra beniuolentia dignaremur. Nos vero dictorum religioſorum qui deuocionis et fidei puritatem et omnem quam poſſunt | obſequendi promptitudinem erga nos et sacrum Romanum imperium conſtanter gerunt deuotis ſupplicationibus benignitate ſolita annuentes ac | volentes ob reuerentiam omnipotentis dei et glorioſe beate Marie ſemper virginis eius matris eorum iuſtis peticionibus tam benignum prebere aſſenſum vt deus nobis propitius et defenſor exiſtat et ipſorum religioſorum deuota fidelitas ad ea que honoris ſunt Imperii

Digitized by Google

atque noſtri promptiori | ſtudio ac feruencioribus animis ſe diſponant. Omnia et ſingula priuilegia iura libertates immunitates et gratias nec non bonas et approbatas conſue|tudines que et quas ipſis ſuis meritis exigentibus conceſſimus vel diui predeceſſores noſtri Romanorum Imperatores vel Reges tradiderunt et conceſſerunt | ſicut eadem ipsis religioſis viris ſunt tradita et conceſſa Preſentis auctoritate reſcripti confirmamus Innouamus et eciam communimus. Vo|lentes pre omnibus vt maieſtate noſtra Imperiali fratres dicti gaudeant. vt cum rebus ſuis quibuscumque per alueum Reni ipsis defferenti|bus. In theloniis Bachirach. ac Chuba recipientibus per perſonas quascumque libere abſque omni exactione Thelonii valeant ſine | ſtrepitu pertranſire. Nulli ergo hominum liceat hanc noſtre confirmationis innouacionis et communicationis gratiam infringere vel ei auſu teme|rario contraire. Siquis vero contra facere vel venire preſumpſerit grauem indignacionem nostram et penam mille librarum auri puri | pro medietate camere noſtre et pro alia medietate paſſis iniuriam perſoluendam ſe nouerit incurſurum. In cuius rei teſtimonium preſentes | conſcribi iuſſimus et noſtre maieſtatis sigilli munimine roborari. Datum Piſis Anno dni Milleſimo Trecenteſimo vigeſimo | octauo. Indictione duodecima. die vigeſimo Nouembris. Regni nostri anno quarto decimo. Imperii vero primo.

An gelbseidener Schnur hängt das am Rande mehrfach beschädigte Majestäts-Siegel. Das Rücksiegel — der Adler mit der Umschrift: † IVSTE IVDICATE FILII HOMINVM — *ist wohlerhalten.*

Digitized by Google

855. Die Erben Wolfram's von Lewenſtheln verzichten auf alle Anſprache an das Gut, welches das Kl. Eberbach von den Nonnen zu Deynbach gekauft hatte.

—

***1328**, Nov. 22.*

Orig. Urk. im Grossh. G. Staatsarchiv zu Darmstadt.

Wir Wolfram geheyzin von Criſvelth, Bertrahm vnd Eberharth gebruder, | Wolfram vnd.. Strůbe auch gebruder, erbin hern wolframes des grozin | von Lewinſtheyn, důn kůnth allen den die diſſin brief ane ſehint, oder horinth | leſin, daz wir luterliche verzihin, vffe die ane ſprache vnd vorderůnge, die wir hattin zů dem.. abbete vnd dem Conuenthe von Eberbach, von des guides wegin, daz ſie kaufthen vmbe die frowen vnd den Conuenth von Deynbach, zů Werſtath. Wand wir ys nů vnderwyſith ſin, von vnſerme vedern dem abbethe von Senthe Dyſibodin Berge vnd von andern vnſen fronden, ſo gelobin wir ſie vorbaz me. zů vordernde an alleme irme rehte und gewonheyt, als ſie daz ſelbe guith her hanth braht. Des gebin wir jn einmůdecliche diſſen brief beſigilth bith vnſers vedern des abbetis Ingeſiegel des vorgenanthen, vnd bith dem Ingeſigil vnſers neuen hern wolframes des alden. vnd wir bruder wolfram ein abbith zů ſenthe Dyſiboden Berge, vnd ich wolfram, die vorgenanthen dorch bede willin. Wolfr. B. Eb. Wol. vnd ſtrůbin han wir vnſe Ingeſigile an diſſen brief gehenkith. Datum anno domini M°. CCC°. XXVIII°. Cecilie virginis.

Das Siegel des Abtes: S. ABB(a)TIS . . . . . NTE . DYSIBODE. *hängt mit kaum mehr leserlicher Umschrift an; Wolfram's Siegel ist abgerissen.*

Digitized by Google

856. Elisabeth von Bopard stiftet einen Jahrzius für das Kl. Eberbach.

—

***1329**, Jan. 25.*

Orig. Urk. im K. Staatsarchiv zu Idstein.

Nos frater Wilhelmus abbas et conuentus Monaſterij in Eberbach ordinis Cyſterc. Moguntine dyoc. | Recognoſcimus preſentibus literis publice proteſtantes quod Elizabeth de Bopardia soror fratris Thilmanni | Textoris nostri trium marcarum denariorum colon. annuos redditus de bonis ſuis in Bopardia et in Hargarten cedentes nobis et monaſterio nostro iamdicto pro ſue ac omnium progenitorum et benefactorum ſuorum animarum remedio et ſalute dedit, tradidit et reſignauit percipiendos in hunc modum quod cum iamdictis trium marcarum annuis redditibus in feſto b. Johannis Ewangeliſte feſtum Natiuitatis dni continuo ſecuturo vna cum redditibus eodem die pro pitancia nobis deputata et hactenus miniſtrata plenarium ſeruicium in pane triticeo, vino franconico et bonis piſcibus conuentui nostro in perpetuum miniſtretur. Quod quidem seruicium in predicto feſto b. Johannis conuentui nostro procurare et miniſtrare vt dictum eſt promittimus ac nos preſentibus firmiter obligamus. In cuius rei teſtimonium ac firmitatem pleniorem preſentes literas ſigillo nostro appenſo tradidimus communitas. Actum et datum a. dni. M°. CCC°. XXXIX°. VIII. Kal. Februarij.

Von dem Siegel des Abtes hängt noch ein Stückchen an.

Digitized by Google

857. Das Kl. Eberbach verwilligt der Jungfrau Metza von Bopard den Genuss einer Rente auf Lebenszeit.

1329, *Febr. 24.*

Orig. Urk. im K. Staatsarchiv zu Idstein.

Nos frater Wilhelmus abbas et conuentus monaſterii in Ebirbach ordinis Cyſterc. | Moguntine dyoc. Recognoſcimus et tenore preſentium cupimus eſſe notum quod Metza puella de Bopardia familiaris nostra dilecta quinque maldrorum siliginis Moguntine menſure redditus cum pecunia ſua erga Petrum armigerum de Engilſtad nobis et monaſterio nostro iamdicto emit percipiendos et comparauit. Quos quidem quinque maldrorum siliginis annuos redditus eidem Metze ſingulis annis quamdin vixerit infra duo feſta ſcilicet Aſſumptionis et Natiuitatis b. Marie virginis dare et aſſignare promittimus fideliter preſentibus et nos firmiter obligamus. dantes preſentes literas sigillo nostro sigillatas in teſtimonium ſuper eo. Datum a. dni. M°. CCC°. XXIX°. In die b. Mathie apostoli.

Von dem Siegel des Abtes hängt noch ein Stückchen an.

---

858. Sühne zwischen Gerh. Reschenkel, Edelknecht, u. dem Eberbacher Mönch Joh. von Gysenheim.

1329, *Mai 3.*

Orig. Urk. im K. Staatsarchiv zu Idstein.

Ich Gerhart Reſchenkel eyn Edele knecht von Metzenhuſen dun vffenbar unde kunt allen den dyſen Brif | ſehent oder horent leſen daz mich der Prior von Erbach. vmme dy zweyunge dy ich bit hern Johanne

Digitized by Google

von | Gyſenheim. eynem Munche von Erbach hatte. von eynes perdes wegene. der wir beyderſit williclichen uffe | yn gegangen waren vnde ſint. vor den Erſamen Rittern. hern Cunrade von Rudenſheim dem alden. und | hern Johanne von Katzenelinbogen dem Burcgfeven von Scharpenſtein. Vnde hern Johanne Camerer von Wor|mezen. gerichtet hot bit minem wizſene und bit minem willen. Alſo daz ich uffe daz Cloſter zu Erbach. und uffe hern Johannen von Gyſenheim. vorzeich. vnde genzlichen vorzigen hon. vor den vorgeſpro|chenen biderven Rittern. Und wil ſy gerne vmme eren unde vordern. und yn dynen. alſo verre als ich mag. Unde daz dit ſtede unde veſte ſy. und von mir gehalden werde. wenne ich ſelbe nyt Inſigels enhon So biden ich hern Cunrade von Rudenſheim. und hern Johanen den Burggreven von Scharpenſtein dy vorgeſprochen Rittere. Daz ſy dyſen kegenwertigen brif dis beſcheides. bit yren yngeſigeln wollen beſtedigen und dem Cloſter von Erbach von minem wegen geben. Vnd wir Cunrade von Rudenſheim. und Johan ein Burggreve von Scharpenſtein. vorgeſprochen Ritter. bekennen uns. daz wir durch des vorgeſprochenen Gerhartes bede willen. dyſen brif hon beſigelt. und den von Erbach gegeben. Dir brif iſt gegeben nach godes geburten. Tuſint iar. Drihundirt iar. und nun und zwenzich iar. an dem heyligen Cruces dage als iz erhaben wart.

Zwei Siegel hängen:

1. . . . CVNRADI . . . . . *zur Hälfte weggebrochen.*
2. . . . IOHIS MILIT. KATZENELNBOGEN, *wohlerhalten.*

Digitized by Google

859. Heinrich, Erzbischof von Cöln, bestätigt den Verkauf obgedachter Güter des Convents von Neuss zu Drechtingshausen.

—

***1329**, Mai 24.*

Orig. Urk. im K. Staatsarchiv zu Idstein.

Henricus dei gratia ſancte Coloniensis ecclesie Archiepiscopus ſacri imp. per ytaliam archicancellarius Vniuerſis preſen|tem literam viſuris et audituris salutem cum noticia veritatis. Ex parte dilectarum in Chriſto ... abbatisse et | conuentus monasterii ſci Quirini Nuſſienſis nobis exſtitit ſupplicatum vt cum ipse quaſdam vineas ſitas apud Dreychtelichſhuſen in dyocesi Moguntinenſi ipsis minus fructuoſas | vendiderint diſcreto viro Conrado dicto van leygen ementi rite erga eaſdem pro ſe et heredibus ſuis hereditarie et in perpetuum et cum precio dictarum vinearum alia bona comparare intendant ipſis et monaſterio ſuo magis vtilia et fructuoſa, ſicut de hiis nobis ſufficiens eſt fides facta nos dictam vendicionem ratam habere et noſtrum conſenſum adhibere dignaremur. Nos igitur iuſtis precibus earundem abbatiſſe et conuentus inclinati eo quod in hiis vtilitatem ecclesie fore perpendinus vendicionem predictam ratam habemus et nostrum conſenſum in hiis adhibemus sub teſtimonio preſentium literarum quibus ſigillum noſtrum eſt appenſum. Datum a. dni M°. CCC°. viceſimo nono. In vigilia b. Urbani.

Von dem Siegel des Ausstellers hängt nur noch das oberste Stückchen an. Umschrift: . . . HEINRI . . . .

Digitized by Google

860. Das Kl. Blidinstat erwirbt die dem Kl. Eberbach geschenkten Güter zu Glymendal.

1329, *Juli 23.*

Orig. Urk. im K. Staatsarchiv zu Idstein.

Nos Erwinus diuina bonitate Abbas et conuentus monaſterii in Blydinſtad | ordinis ſci Benedicti Mogunt. dyoceſis Recognoſcimus tenore preſentium publice profitentes quod erga Religioſos viros dnum.. Abbatem et conuentum monaſterii in Eber|bach ordinis Cyſterc. eiuſdem dyoceſis omnia bona tam in vineis agris pratis | cenſibus atque ſiluis in terminis Glymendal ſitis que honeſtus vir heinricus de Naſſowe miles predicto monaſterio Eberbacenſi contulerat, emimus et comcomparauimus optinenda per nos et poſſidenda in perpetuum ſub hac forma quod prefatis religioſis dno.. Abbati et conuentui in Eberbach vnam marcam denariorum Colon. tribus hallenſibus pro denario quolibet annis ſingulis in feſto beati Martini episcopi nomine cenſus perpetui demus et integraliter miniſtremus. Quam quidem marcam iidem religioſi Gertrudi prefati heinrici militis filie moniali in Dyffindal ad vite ſue terminum annuatim porrigere tenebuntur. Eſt eciam hoc premiſſis ſane adiectum quod poſt obitum predicte Gertrudis ipsius marce denariorum colon. annuos redditus cum decem marcis predicte monete quando decreuerimus reemere valeamus. In quorum omnium premiſſorum teſtimonium ac euidenciam pleniorem preſentes literas sigillis nostris appenſis ſepedictis religioſis tradidimus communitas. Datum anno dni M°. CCC°. XXIX°. X.kal. Auguſti.

An Pergamentstreifen hängen die Siegel:

1. . . EBERWINI ABBATIS IN BLIDINSTAT, *gut erhalten.*

Digitized by Google

2. . . . . ECCL . . . . . , *mit ganz weggebrochenem Rand und auch sonst sehr beschädigt.*

---

861. Reynhard von Scharpenstein u. Dyna, Eheleute, zu Hargarten, übergeben sich u. ihre Güter dem Kl. Eberbach.

1329, *Sept. 29.*

Orig. Urk. im K. Staatsarchiv zu Idstein.

Ego Cunradus de Růdenſheym miles. vniuerſis presencia viſuris et audituris cupio fore notum quod Reynhardus | de Scharpenſtein et Dyna coniuges. reſidentes in villa hargarten. olim temporibus Reuerendi quondam in Chriſto patris ac | domini. dni Petri ſce Moguntine ecclesie Archiepiscopi ex permiſſione. conſenſu. et plena voluntate eiuſdem dni. archiepiscopi | Moguntini meaque protunc vicedomino prefati archiepiscopi in Rynchowia exiſtente. et precipiente Cunemanno ſculteto .. et scabinis ibidem in hargarten hoc audire. et quantum ad eos pertineret confirmare in eorundem. sculteti. et scabinorum preſencia conſtituti omnia ſua bona mobilia et immobilia. que ipsis vltra expenſas et victum corporis poſt obitum eorum ſuperfuerint in elemoſinam pro ſalute et remedio animarum eorundem coniugum. Beate et glorioſe dei genitrici ſemperque virgini Marie nec non monaſterio Eberbacensi Cyſterc.' ordinis Mogunt. dyoces. vna cum corporibus ſuis. obtulerunt et matura prehabita deliberacione. inter viuos. dolo. fraude et quolibet alio ſuſpicionis male et ſiniſtre ingenio excluſis liberaliter tradiderunt. vt in dicto monaſterio ipsorum coniugum. ac ſuorum progenitorum memoria perhennis habeatur. Ne autem de premiſſis obla-

Digitized by Google

cione. et tradicione ſic legitime per dictos coniuges coram dictis. sculteto et scabinis. de conſenſu ſupradicti quondam dni Petri archiepiscopi Moguntini factis. dubium inpoſterum cuiquam oriatur. meum sigillum. preſentibus duxi appendendum. in teſtimonium euidens ſuper eo. Datum anno dni M°. CCC°. XXIX°. In die b. Michaelis Archangeli.

An Pergamentstreifen hängt wohlerhalten das Siegel:
† S. CVNRADI. DE RVDENSHEIM.

---

862. Rudolf, Rheinpfalzgraf, befreit das Kl. Eberbach von Entrichtung seiner Rheinzölle in Furstenberg, Bacherach u. Chuba.

***1329**, Nov. 13.*

Orig. Urk. im K. Staatsarchiv zu Idstein.

Nos Rûdolfus dei gracia comes palatinus Reni dux Bawarie Notum facimus preſentium inſpectoribus vniuerſis quod in remedium | anime noſtre et animarum progenitorum noſtrorum venerabilibus et religioſis viris abbati. fratribus. et Cenobio in Eberbach paternis in hac parte | veſtigiis inherentes hanc gratiam fecimus et facimus per preſentes vt naues suc vino frumento victualibus ſeu quibuscunque aliis rebus onerate | per diſtrictum noſtrum apud furſtenberg. Bacheracum et Chubam. deorſum et ſurſum. per alueum Reni. ſine applicatione et conductus ſiue thelonei nec non denariorum qui vulgariter knappenpenninge dicuntur exactione ſolute et libere perpetuo tranſuehantur. Ita tamen quod ipsi vel eorum fidedigni nuncii predicta. vinum. frumentum. victualia et res alias quaſcumque declarent

Digitized by Google

ſub debito obedientie et ordinis vel juramenti ſi perſone religioſe non fuerint de propriis crementis, redditibus ſeu prouentibus, agriculturis et vinetis. et non per modum alium sibi et ſuo cenobio attinere. Volumus etiam vt ſi predictum conductum ſeu theloneum apud furſtenberg Bacheracum et Chubam. per obligationem seu quemcumque modum alium. in alium vel alios tranſtulerimus predicto cenobio Eberbacenſi huiusmodi gratia ei per nos facta rata et inconuulsa. penitus conſeruetur. Dantes noſtris officialibus et procuratoribus qui nunc ſunt aut qui pro tempore fuerint. firmiter in mandatis ut prelibatis religioſis abbati, fratribus et cenobio Eberbacenſi eandem gratiam ipsis per nos factam ratam et illibatam conſeruent, ſicut nostram indignationem voluerint evitare. In cuius rei teſtimonium preſentes damus ſigilli noſtri robore communitas. Datum apud Heydelberg anno dni M°. CCC°. Viceſimo Nono. Feria ſecunda proxima poſt feſtum Beati Martini epiſcopi yemalis.

An rother und grün seidener Schnur hängt das prächtige Reitersiegel) des Ausstellers:* RVDOLF. DEI GRAC. COMES PALATIN. REN—I. DUX BAWARIE.

863. Agnes Vende vermacht dem Kl. Eberbach ihre Güter bei Caub.

***1329**, Nov. 28.*

Orig. Urk. im K. Staatsarchiv zu Idstein.

Nos scultetus et scabini opidi Cuba ad vniuerſorum noticiam cupimus peruenire quod honeſta puella Agnes

*) Ein Duplicat der Urkunde trägt das gleiche ebenwohl erhaltene Siegel an Pergamentstreif.

Digitized by Google

ſoror fratris | Theoderici dicti Vende conuerſi Monaſterii Eberbacenſis in figura judicii coram nobis propter hoc ſpecialiter conſtituta corpore et | mente ſana pure propter deum. donacionem inter viuos contulit tradidit et donauit... Religioſis viris .. Abbati et Conuen|tui monaſterii Eberbacenſis predicti ad manus fratris Johannis de hohenberg syndici ab ipſa dictam donacionem nomine ſui monaſterii recipientis. Primo vineam ſitam retro ecclesiam ufme Rychе iuxta vineam Gerlaci dicti Grans militis. Item Redditus vnius marce Colonienſis denariorum bonorum et legalium ſuper bonis quondam Wilhelmi dicti Strůppehauen. It. vineam ſitam ufme Rychе iuxta vineam predictam que ſoluit duos ſolidos Colonienſes pro annuo cenſu predicto monaſterio Eberbacenſi. It. vineam ſitam an der Leyen que ſoluit nouem ſolidos Colon. ad altare quoddam in ecclesia Weſalienſi. It. vineam ſitam in der owen iuxta vineam Symonis clerici ſub condicionibus et articulis infraſcriptis videlicet quod poſt obitum dicte Agnetis.. abbas et conuentus monaſterii Eberb. prenotati. vnum monachum ſacerdotem vltra numerum perſonarum ipſis ab ordine deputatum et taxatum in domo ſua recipiant, nutriant et teneant. qui miſſarum ſollempnia celebret imperpetuum pro dicte Agnetis ac parentum ſuorum animarum remedio et ſalute. Preterea ſepedicte agneti bona preſcripta locarunt et conceſſerunt pro annuo cenſu duarum librarum cere in feſto purificationis beate Marie virginis ipſis ſoluendarum Abbas et conuentus ſupradicti ad vite ipsius Agnetis tempora tantum poſſidenda que poſt obitum ipſius cum omnibus melioracionibus. ſi prius non reſignauerit ad dictum monaſterium prout inuenta fuerint. libere reuertentur. In cuius rei teſtimoninm pre-

Digitized by Google

sentes literas sigillo noſtri oppidi Cube appenſo ſepedictis Religioſis tradidimus communitas. Datum et actum Anno dni M°. CCC°. viceſimo nono. In vigilia beati Andree apoſtoli.

An Pergamentstreif hängt von dem Stadt-Siegel nur noch die Hälfte.

---

864. Vergleich zwischen Nicol. von Eschinowe u. Elyzabeth, Eheleuten, zu Limpurg, u. dem Kl. Eberbach über ein Ueberhang-Recht zwischen ihren Gebäuden zu Lymburg.

1329, *Nov. 29.*

Orig. Urk. im K. Staatsarchiv zu Idstein.

Ego .. Nycolaus de Eſchinowe et Elyzabeth Coniuges ciues Lympurgenses harum tenore recognoſcimus et ad vniuer|ſorum noticiam volumus peruenire Quod cum inter Relig. viros dnos .. Abbatem et conuentum monaſterii Ebirb. | ord. cyſterc. ex parte vna, et nos ex parte altera racione domus nostre edificate per nos de nouo reſpicientis in poſteriori ſui parte curiam et capellam predictorum dnorum de Erbach ac eciam racione cuiuſdam ſtructure eiuſdem domus noſtre prominentis quod vulgo eyn Vbirhanc dicitur actio et queſtio verterentur tandem per amicos nostros hinc inde aſſumptos cum eiſdem dnis abbate et conuentu complanati et concordati ſumus amicabiliter in hunc modum videlicet quod ſponte et libere hincinde renunciauimus atque per preſentes renunciamus Actioni ſiue queſtioni predictis Ita quod domus nostra predicta cum ſtructura illa prominente quod vulgo Vbirhanc dicitur, in ea

Digitized by Google

manerie ſicut nunc edificata exiſtit ita debebit ammodo perpetuo permanere, et ſic eciam per nos aut nobis non exiſtentibus per nostros heredes ſeu succeſſores perpetuo poterit et debebit reedificari ſi forte incendio aut quocumque alio modo deſtruetur ſiue vetuſtate rueret, prefatorum dnorum contradictione qualibet non obſtante. Eſt eciam inter nos hincinde ordinatum et condictum quod nos, nostri heredes ſeu succeſſores perpetuo qui dictam domum habuerint et poſſederint nec poterimus neque debebimus predictam ſtructuram prominentem quod vulgo Vbirhanc dicitur maiorem vel depreſſiorem facere nec in dicta nostra domo aliquid edificare ſeu facere per quod aditus lucis in domum prefatorum dnorum de Erbach inter capellam eorum et nostram domum ſitam et de quo ipſa domus eorum poſſit in aliquo impediri ſiue ledi, nunc aut in poſterum vmquam. Preterea cum de cellario nostro habeamus januam reſpicientem et intrantem vicum dictorum dnorum qui de foro calciorum ducit in ipsorum curiam ordinatum eſt inter nos hincinde quod quandocumque vinum in dicta nostra domo venditur, nec debebimus nec poſſumus aliquos tabliarios ſiue potatores vini reponere in dictum vicum, dolo, fraude ac aliis quibuſlibet adinuentionibus remotis et excluſis penitus in premiſſis. Acta ſunt hec coram .. Cunemanno sculteto, Wernhero dicto Sengir, Heylemanno Menze juniore, scabinis, Heynemanno dicto Knappe, ciue in Lympurg, presente eciam ibidem Wylhelmo de Hademar milite ac aliis pluribus fidedignis. In cuius rei teſtimonium Diſcretorum virorum .. Cunemanni sculteti ac Heylemanni Menze predictorum sigilla ad nostras preces iſtis literis ſunt appenſa. Quod ego .. Cůnemannus scultetus et Heylemannus iam-

Digitized by Google

dicti recognoſcimus eſſe verum. Datum in vigilia b. Andree apostoli. Anno dni. M°. CCC°. XXIX°.

Ziemlich wohlerhalten hängen an die Siegel:

1. . . . (eu)NEMANI . . . (d)E LIMPUR . .
2. . . . . NRICI MENS. DE LYMPVRG.

---

865. Clara von Bechtolsheim macht ihr Testament.

***1330**, Jan. 1.*

Orig. Urk. im K. Staatsarchiv zu Idstein.

Nos Phillippus de Wůnnenberg miles scultetus. conſules . . scabini . . . magiſtri ciuium ceterique milites et ciues Oppinheimenses Tenore preſencium literarum Recognoſcimus publice | confitentes quod honeſta perſona domicella Clara ſoror quondam Petri et Dyetzonis militum de Bechtoluefheim. bone memorie cupiens de bonis que ad ipsam ex here|ditaria ſucceſſione rite et racionabiliter peruenerant, eiuſdem olim ſui fratris ac aliorum ſuorum progenitorum ſueque proprie animabus conſulere ei ſalubriter prouidere in nostra conſtituta preſencia — conſenſu quoque vnanimi strenuorum virorum Syffridi de Dynheim militis et Petri nati quondam Petri de Bechtoluefheim militis armigeri — vniuerſa bona ſua immobilia — cum iuribus, appendiciis, vineis, agris, manſis, jugeribus, terris cultis et incultis, expreſſis vel exprimendis, pratis, paſcuis, aquis aquarumque decurſibus, semitis, uiis et inuiis, nemoribus, rubetis et quibuſlibet aliis ſuis pertinentiis in Buſco et in plano venerabilibus — abbati et conuentui monaſterii Eberbacenſis tradidit — et ea prefatis . . Religioſis, etiam alias dicta immobilia in villis quibus ſita dinoſcuntur videlicet

Digitized by Google

Undenheim, Nordoluesheim et Friesinheim se asseruit resignasse — coram nobis libere ac voluntarie resignauit, ceterum vniuersa bona sua et redditus in villis Gunthersblumen et Nerstein sita — prefatis .. Religiosis — tradidit, donauit et resignauit — perpetuo possidenda —. Nos scultetus .. consules ..... oppinheimenses sigillum ciuitatis nostre predicte ad instantes preces parcium earundem ex certa nostra sciencia presentibus duximus appendendum. Actum et datum anno dni millesimo Trecentesimo Tricesimo. In circumcisione domini.

Das anhangende Stadtsiegel, obgleich am Rande beschädigt, zeigt das Kaiserbild in ungewöhnlicher Schärfe.

---

866. Clara von Bertholfsheim schenkt dem Kl. Eberbach ihre von ihrem Bruder Dyetzo, Ritter, ererbten Güter in Vndenheim u. anderen Orten.

1330, *Jan. 2.*

Orig. Urk. im K. Staats-Archiv zu Idstein.

In dei nomine Amen. Per hoc presens publicum instrumentum pateat vniuersis. Quod anno a natiuit. eiusdem Millesimo Trecentesimo Tricesimo. Indict. Tertia decima. Secunda die mensis Januarii intrantis que fuit craftino | circumcisionis Dni hora prandii mane. In publica strata ville Vndenheim. juxta domum inhabitationis discreti viri Johannis dicti Kerne armigeri Presidente sce Romane et vniuersalis ecclesie dno Johanne summo pontifice | diuina prouidentia papa vicesimosecundo Pontificatus eius anno quartodecimo. In mei Alberti de Ryle dicti de Colonia publici Imper. auctoritate notarij infrascripti et testium subscriptorum ad infrascripta au-

Digitized by Google

dienda vocatorum et rogatorum | preſencia Conſtituta honeſta perſona domicella Clara ſoror quondam Petri et Dyetzonis militum de Bertholffheim vna cum Johanne plebano in vndenheim Tutore ſeu curatore ſibi dato. Proteſtans publice ſe ſucceſſiſſe et ſuccedere ab inteſtato vniuerſaliter bone memorie olim Dyetzoni militi dicti de Bertholffheim ſuo fratri Volens quod de bonis que ad ipsam peruenerant ex eadem ſucceſſione eiuſdem olim ſui fratris aliorumque ſuorum progenitorum ac ſue proprie animabus conſulere. Attendens quoque caucius ſibi et ſuis in premiſſis poſſe proſpicere Si bona eadem ex ſua diſpoſicione ad .. Religioſos viros dnm .. Abbatem et .. Conuentum monaſterij Eberbacenſis ordinis Cyſterc. deuenirent. Matura igitur premeditacione ac deliberato animo acceſſit cum Tutoribus ſeu curatoribus ſibi datis ad iudicia villarum ſubſcriptarum videlicet Vndenheim Nordolfsheim Frieſenheim. Gunterſblumen et Nerſtheim In quarum villarum terminis ſeu territorio bona ipsa ſita extiterant et exiſtunt. ac ibidem temporibus ac teſtimonio ſubnotatis ſponte coram .. scultetis .. scabinis ac ceteris ibidem judicio preſidentibus juxta ipſorum diffinitionem quod donacio huiusmodi ſubſcripta firma valida et irreuocabilis permaneat Donauit Tutoris ſeu curatoris accedente conſenſu pie propter deum ac in remedium animarum pretactarum de bonis huiusmodi prefati olim ſui fratris bona ſubſcripta dno .. Abbati et conuentui ſupradictis, et primo in villis Vndenheim, Nordolffheim et Frieſenheim ac ipsarum terminis hec bona videlicet in campo verſus Frieſenheim quinque iugera tendencia ſupra viam Friesenheim conſulcata monaſterio ſci Jacobi prope Magunciam. Item duo iugera conſulc. Clauſtro Oppin-

Digitized by Google

heim. Item quinque iugera iuxta ripam tendencia ſupra prata dicti Bube. Item vnum iuger ienſitte der harſnůre an der hanheimer marke. Item quatuor iugera uerſus molendinum dicti bube. conſulc. dicto Knůde de Sauwelnheim. Item vnum et dimidium iuger conſulc. dnis de beata Maria gen deme weſewege Item vnum iuger inferius tendens vber den Weſeweg conſulc. dnis de beata Maria. It. decem ictos pratorum conſulc. Wigando militi de Dynenheim in campo Frieſenheim. It. curiam quondam Dyetzonis de bertholffheim et eiuſdem curie attinentia ſitam in villa Vndenheim quam curiam Henkinus dictus Kerne nunc inhabitat. It. ortum ſitum iuxta Henkinum dictum Vrlenhaupt. Iſta preſcripta iugera ſunt empta et poſt mortem Relicte quondam Dyetzonis cedet et cedere debet tertia parte iugerum predictorum dno.. Abbati et.. conuentui ſupradictis. — Hec infraſcripta bona ſita ſunt in terminis villarum Vndenheim, Frieſenheim et Nordolffheim in quibus Elyzabet relicta quondam Dyetzonis predicti vſufructum habebit ad tempora uite ſue. Post ipſius uero.. Relicte mortem cedet media pars dno.. Abbati et Conuentui ſupradictis et reſidua media pars cedet.. heredibus quondam Petri militis de betholffheim. Ita quod extunc ipsa bona inter ſe equaliter diuidentur. — Situs autem bonorum talis eſt. Primo quatuor iugera cum dimidio iugere obewendig des Cloſters můlen ſtoſzent vber hern Buben wieſen. Item quinque quartalia retro Nordolffheim. Item quinque iugera ane deme Odernheimer wege. den wegelangen vs. conſulc. dnis ecclesie ſci Victoris. Item nouem quartalia inferius conſulc. monaſterio ſci Albani. Item vnum et dimidium iuger hinder der hecken iuxta clauſtrum.

Digitized by Google

Item tria iugera inferius conſulc. Heinoni dicto Franke. It. duo iugera inferius conſulc. dne Elyzabet dicte.. Schultiſſen. It. vnum iuger conſulc. doti ecclesie in Vndenheim prope ripam. It. quinque quartalia prope Herboltzſteine conſulc. clauſtro in oppinheim. It. duale parum ſupra conſulc. doti ecclesie predicte. It. duale tendens ſupra viam frieſenheim conſulc. dnis de ſco Albano. It. duo iugera ſupra viam Frieſenheim conſulc. ecclesie in Vndenheim It. vnum et dimidium iuger uber den oberen frieſenheimer weg conſulc. doti ecclesie. It. quinque iugera bie der Langengewanden conſulc. dicto knůde militi. It. duale tendens ad quinque iugera consulc. Theoderico dicto ſchentziln. It. tria iugera cum dimidio iugere prope Clingelburne conſulc. Hildegundi vidue. It. duo iugera et dimidium iuger prope Clingelburne conſulc. Elyzabeth dicte Bůſch. It. quatuor iugera ane frieſenheimer marken. conſulc. Petro de Bertholffheim. It. nouem quartalia ſupra fontem ſci Kyliani. It. duale vf ſelſerbohele. conſulc. monaſterio ſci Jacobi. It. tria iugera vf der bunneheimer weſen. It. quatuor iugera preter quartale tendentia in... Abbatem ſci Albani prope ripam. It. tria iugera et vnum et dimidium quartale in der Lutzelin gewanden. conſulc. dnis de beata Maria. It. vnum iuger tendens vf die halde conſulc. dnis de ſco Albano. — It. in alio campo uerſus Nauheim dimidium iuger ſitum vf Nordolffheimer weiden. conſulc. Petro de bertholfſheim. It. vnum et dimidium iuger agrorum vf der Gultbach. It. tria iugera agrorum heruf bas ane ſchorneſheimer marken conſulc. clauſtro Oppinheim. It. tria iugera inferius conſulc. dnis de ſco Albano. It. duale vf

Digitized by Google

Mentzer wege. It. dimidium iuger inferius conſulc. Petro de Bertholfſheim. — It. ſex iugera conſulc. dnis de beata Maria. It. quindecim iugera prope villam iuxta vicum vbi itur uerſus Hanheim. It. vnum iuger vf Oppinheimer wege conſulc. eccleſie in Vndenheim. — It. in campo Frieſenheim vnum et dimidium iuger vnd iſt ein anewender prope pontem. It. vnum iuger parum ſupra conſulc. dne Elyzabeth relicte quondam Wernheri ſculteti. — It. in campo Nordolfsheim. quinque quartalia den babenberger weg ůs. conſulc. dnis de beata Maria. It. quatuor iugera in deme katzendale conſulc. dne Elyzabeth. It. quinque quartalia vf werter conſulc. dnis de beata Maria. It. tria iugera tendencia vf Nordolffheimer weide. conſulc. kunegundi dicte ſcherer. It. tria iugera vf ober bůrne. It. vnum pratum prope molendinum Herbordi dicti Creiz. It. ortum compoſiti ſitum ane hern knuden. It. vnum ortum inferius ſitum iuxta dictum knůde quem ortum non diuident ſed poſt mortem dicte Relicte ad dnum .. Abbatem et conuentum predictos libere cedere debet. It. ſedecim ictos pratorum ane deme Rinderbruche. It. decem ictos pratorum in campo Frieſenheim obewendig der widemen hube. It. tria iugera agrorum in campo Nordolffheim bie deme bynegarten conſulc. dne Elyzabeth. It. quinque quartalia vf werter conſulc. dnis de beata Maria. It. duo iugera in campo Frieſenheim conſulc. dicto knůde de Sauwelnheim. Facta eſt autem hec donatio in villis Vndenheim. Nordolffheim et Frieſenheim predictis. Sub anno. indictione. die. menſe et Pontificatu ſuppoſitis hora uidelicet iu villa Nordolffheim circa nonam. hora in Frieſenheim circa veſperas. Preſentibus

in villa Vndenheim. Johanne dicto kerne ſculteto. Herbordo dicto Creiz de Vndenheim. Henkino dicto Vrlenheupt. Theoderico dicto ſchentziln. Heinzone eius filio. Petro dicto Clotz. Henkino dicto kerne. Gerlaco dicto kůntze hubariis dicte ville. dicto Ring de Dexheim. Johanne dicto Suſenbec armigeris. Johanne plebano in Vndenheim. Johanne de Vndenheim canonico eccleſie ſci Petri Maguntie. et Johanne dicto Můs hubario in Vndenheim. It. preſentibus in villa Nordolffheim in publica ſtrata ibidem videlicet Heinrico ſculteto ibidem. Wentzone dicto ſtump. Hannemanno dicto vaſnaht. Wernhero dicto Hadenſheimer. Henkino filio dicti Warch. hubariis. Johanne plebano in Vndenheim Tutore ſeu curatore Clare domicelle predicte. dicto Ring de Dexheim. Johanne ſuſenbec. et aliis quam pluribus teſtibus fidedignis. — It. in uilla frieſenheim ante curiam ſiue domum inhabitacionis Heinrici plebani ibidem in publica ſtrata dicte uille. Preſentibus ibidem Heinrico plebano in Frieſenheim. dicto Ring de Dexheim. Petro dicto vilhauwere. Jacobo dicto Beyer. Johanne ſutore. Fritzone dicto vilhauwere. Fritzone dicto buc hubariis et Heinrico plebano ibidem Tutore ſeu curatore domicelle Clare pretacte. — In quibus quidem bonis ſic donatis Elyzabeth relicta memorati olim Dyetzonis vſufructum ad dies vite ſue habebit proprietate apud ipsos dnum .. Abbatem et conuentum pretactos ex donationibus huiusmodi reſidente. Poſt eius uero obitum quoad vtrumque dictorum dni .. Abbatis et Conuentus vſibus applicandum prout ſuperius eſt expreſſum. Quo magis autem ſue diſpoſicioni ſeu uoluntati in promiſſis caueret. Recognouit curatoris ſeu tutoris aucto-

Digitized by Google

ritate accedente in iure in qualibet villarum Vndenheim uidelicet Nordolffheim et Friefenheim pretactarum ſe ex certis cauſis legitimis et obligatoriis teneri dno .. abbati et conuentui predictis in qualibet earundem villarum mille libras hallens. quas ſibi de eiſdem bonis tamquam pro eiſdem debitis obligatis perſolui conſtituit et diſpoſuit Si ipse donationes uel earum aliqua infringi contingerent uel quomodolibet irritari. — Poſt hec autem ſub anno. Indictione. Menſe. die. hora et loco predictis in villa Vndenheim predicta. habens autem de bonis huiusmodi olim ſui fratris predicti Redditus octo librarum hallens. in terminis et territorio ville Vndenheim. ſibi pleno iure actualiter ſeruientes. quos ſimili modo exnunc inantea cedentes curatoris ſeu tutoris auctoritate donauit dno .. Abbati et conuentui ſupradictis. Mittensque ipsis in corporalem poſſeſſionem reddituum predictorum ſecundum dicte et terre conſuetudinem. Ita quod exnunc inantea ſine omni impedimento redditus debeant percipere ſupradictos ac pie et affectualiter redditibus intendens ſupradictis. De bonis ſuis propriis certa ſubpignora ſeu ypothecas ſubſcriptas adiecit ſubpignoribus aliis poſitis et datis pro ſoluendis annuatim redditibus ſupradictis. quod uidelicet ſinon ſoluerentur ſtatutis temporibus videlicet ſingulis feſtis beati Martini episcopi ipsa ſubpignora per eam adiecta ſine impedimento poſſint quolibet tolli Et ea ſuis vſibus et vtilitatibus applicari. contradictione qualibet non obſtante*). — Subpignora autem reddituum octo librarum hallens. pretactarum ſunt hec. Primo in campo uerſus Frieſenheim tria iugera con-

*) Das Duplikat unserer Urk., im Grossh. G. Staatsarchiv zu Darmstadt, ist an dieser Stelle abgeschnitten.

Digitized by Google

ſulc. Plebano in Vndenheim. Item vnum iuger cum dimidio iugere agrorum conſulc. plebano predicto. It. duo iugera vf der breytwieſen vnd iſt ein anewender conſulc. monaſterio in Oppinheim. It. vnum iuger conſulc. Henkino dicto Kerne et dnis monaſterii ſci Jacobi. It. duale ibidem conſulc. plebano ab vtraque parte. It. quinque quartalia vf deme Spiſſe neben der knoden de Sauwelnheim. It. tria iugera minus dimidio iugere vf deme floſſze an der weiden. conſulc. dno.. Abbati ſci Albani. It. quatuor iugera praeter quartale vf der halden tendencia in ecclesiam. It. duo iugera prope Johannem de bertholffheim tendentia vf die widen. It. quinque iugera gein der Langen gewanden. conſulc. Petro de bertholffheim. It. quatuor iugera cum dimidio iugere prope molendinum clauſtri. — Item in alio campo uerſus Hanheim vnum et dimidium iuger vf der ſantgruben vnd iſt ein anewender. conſulc. dnis ſci Albani. It. vnum iuger conſulc. dnis ſci Albani. It. duale prope viam Sauwelnheim conſulc. Culmanno de Guntheim. It. duo iugera conſulc. Elyzabeth relicte quondam Wernheri ſculteti. It. duale vf deme Mentzer wege. conſulc. dnis ecclesie ſce Marie ad gradus maguntine. It. duo iugera anè deme Mentzer wege. conſulc. Relicte quondam Eygenonis. It. duo iugera an der Harſnůre conſulc. monaſterio in Oppinheim. It. vnum iuger an deme Hanheimer wege. conſulc. Petro dicto Clotz. It. vnum iuger vf deme oppinheimer wege. conſulc. dnis ſci Jacobi. It. vnum iuger prope dnos ſci Jacobi. an deme hanheimer wege. It. quinque iugera uf oppinheimer wege. conſulc. dnis de beata maria. It. tria iugera zů Eyſſele. conſulc. Petro de bertholffheim. It. tria iugera an der Dal-

Digitized by Google

brucken conſulc. clauſtro oppinheim. Iſta preſcripta ſubpignora ſunt propria et ab omni cenſu libera. — Ceterum anno dni et Indict. prenotatis. die videlicet viceſima prima menſis Januarij que fuit in die beate Agnetis uirginis hora prime uel circiter In publica ſtrata uille Gunterſblumen ante domum inhabitationis Johannis dicti Erpe ſcabini ibidem eadem domicella Clara vna cum diſcreto viro Mengoto plebano ibidem tutore ſeu curatore ſpecialiter ab ipſa domicella Clara aſſociato et per.. Scultetum ſibi deputato ſimili modo donauit dno.. Abbati et.. conuentui predictis bona iſta ſcilicet in campo uerſus Wormaciam primo vnum et dimidium iuger retro ſalices conſulc. Johanni amelle. It. ſeptem quartalia agrorum ibidem conſulc. Gudelmanno. It. vnum et dimidium jurnale ane deme Walheimerſtege in der Mittelgewanden. It. quinque jurnalia retro ſalices in vna pecia. It. vnum jurnale minus dimidio quartali de illis ſeptem cum dimidio quartalibus uerſus montem diuiſis. It. nouem quartalia in deme Hammen. It. quinque quartalia in Vdendal prope ecclesiam. It. quartale ibidem conſulc. eccleſie. It. vnum jurnale ibidem conſulc. eccleſie. It. vnum jurnale ibidem conſulc. Wernhero de Sauwelnheim. It. quatuor jurnalia vf der ſliten conſulc. dicto Hundiſgrube. It. tria jurnalia trahentia ſuper viam Winterſheimer weg. conſulc. Johanni dicto Dymar. It. vnum et dimidium jurnale. conſulc. Henkino dicto Dymar. It. tria jurnalia uf Winterſheimer weg. conſulc. clauſtro. It. vnum iurnale ſuper viam Winterſheim. conſulc. Walthero de bertholffheim It. quinque et dimidium jurnale vf winterſheimer weg conſulc. Clauſtro. It. vnum duale prope viam Winterſheim. It. vnum jurnale ibi-

Digitized by Google

dem conſulc. clauſtro. It. vnum iurnale in via Winterſheim. conſulc. dno.. Decano Eccleſie ſci Andree Wormaciensis. It. tria iurnalia an deme ſlichtewege. conſulc. Petro dicto Wiſsgreue. It. ſeptem jurnalia oben an der ſteygen. conſulc. Johanni Amelle. It. dimidium jurnale zů ſtůcgůlmorgen conſulc. dicto Dyenenheimer. It. vnum jurnale in Vdendale. It. quinque quartalia conſulc. dicto Oratze. — It. in campo uerſus Oppinheim vnum et dimidium jurnale conſulc. dno.. Decano. It. vnum et dimidium jurnale. an deme flurwege conſulc. Walthero de bertholffheim. It. nouem quartalia ane deme Rinderwege. It. dimidium jurnale ibidem conſulc. Walthero de Bertholffheim. It. vnum duale uerſus den luſzen widen. conſulc. Petro dicto Wiſsgreue. It. vnum et dimidium jurnale zů Hunrekorne. conſulc. Hermanno dicto Clockenere. It. quinque quartalia vnder fockenreyne. conſulc. Hermanno dicto Heilerappe. It. vnum quartale prope der bůnden. It. vnum et dimidium jurnale prope fontem ſci victoris de illis tribus jurnalibus parte ſuperioris diuiſis. It. ſex iurnalia ůber deme Leymen. conſulc. Wernhero de Sauwelnheim. It. nouem quartalia in via Vluerſheim. conſulc. Petro dicto Wiſsgreue. It. quinque et dimidium jurnale in via Vluerſheim conſulc. clauſtro. It. vnum duale in via Vluerſheim conſulc. Zolnero militi. It. vnum jurnale retro vf ſteinreberge. conſulc. Godelmanno. It. tria jurnalia prope fokulreyne. conſulc. Prebano in Gunterſblumen. It. quatuor jurnalia vf ſteinreberge. conſulc. Henkino Dymar. — It. in campo inferiori circa renum tria et dimidium jurnale in Merſackere. It. tria jurnalia ane Merſackere. It. tria jurnalia uſzuen-

Digitized by Google

dig des Grafeweges. It. duo jurnalia vf der Crûplachen. de illis quatuor jurnalibus diuiſis. It. vnum Merſteil an den hohenwiden. It. vnum Merſteil ibidem trahens uerſus dem dich. It. vnum duale ibidem. — Hec ſunt prata uerſus Gunterſblumen primo uidelicet decem jurnalia pratorum. It. octo jurnalia pratorum de illis ſedecim jurnalibus diuiſis ane ergrans widen- It. ſeptem ictos pratorum qui vulgariter dicuntur Slege. vf den weren. It. vnum jurnale ſuper ymeſheimer wieſen. — It. quinque quartalia vinearum an deme wagenwege. conſulc. Dytzoni dicto bernere. It. vnum duale. de illis tribus jurnalibus preter quartale in exteriori ſulco uerſus Oppinheim diuiſis. Teſtibus preſentibus in villa Gunterſblumen qui premiſſis interfuerunt uidelicet Petro dicto Wiſsgreue ſculteto ibidem. Antzone dicto ſmeltze aduocato. Hermanno dicto Heilcrappe. Hermanno Clockenere. Hanemanno dicto Erpe. Godelmanno an der Porten. Henkino Dymar. Ernſtmanno. Petro Dexheimere ſcabinis. Anſhelmo ſutore, Wentzone vedere. Petro becker. Heilmanno kef piſtore .. dicto ſchurbrant. Henkino Rodechin precone. Ceterum prefata domicella Clara vna cum Mengoto Plebano ibidem tutore ſeu curatore ſupradicto, Recognouit in iure coram .. sculteto .. aduocato et ceteris perſonis de Gunterſblumen ſupradictis eiſdem dno .. Abbati et conuentui predictis super bonis preſcriptis. teneri ex certis cauſis legitimis et obligatoriis mille libras hallens. omni modo. forma et ordine prout ſuperius eſt narratum. — Deinde uero anno dni et Indictione ſuprapoſitis penultima die menſis Januarii que fuit feria tertia poſt conuerſionem ſci pauli apostoli hora judicii ſecularis ville

Digitized by Google

Nerſtheim in loco dicto vf deme froinhoue. eadem domicella Clara ſeculare iudicium ibidem acceſſit. et ibidem Johannem dictum Jude ſacerdotem in tutorem ſeu curatorem elegit et poſtulauit et per .. Scultetum ville Nerſtheim predicte idem Johannes in tutorem ſibi datus fuit. Quo facto Johannes tutor et Clara predicti communicata manu redditus annuos et perpetuos duodecim et dimidii maldrorum ſiliginis Wormac. menſure. ſuper bonis immobilibus vniuerſis ſtrenui militis Helfrici de Ingelnheim in terminis ville Nerſtheim ſitis dno .. abbati et .. conuentui predictis donauit atque dedit modo et ordine prenarratis. Confitens et recognoſcens domicella Clara cum conſenſu ſui tutoris dno .. Abbati et conuentui ſupradictis centum et quinquaginta libras hallens. ſuper eiſdem redditibus teneri ex cauſis et modis prout ſuperius eſt preſcriptum et narratum. Preſentibus ibidem Conrado dicto fulleſchuſſele ſculteto ibidem. Heinrico dicto Ring de Litwilre. Jacobo dicto Rûwe. Johanne de Lurzewilre militibus. Wernhero dicto Kenzil. Emerchone dicto Heux. Johanne dicto Heux eius fratre. Karolone de Eychen ſcabinis ibidem. Cobelone de Iwabeſberg dicto Ring de Dexheim. Johanne Heroldi. Dylone Nûſzborn. Jacobo boderam. Emerchone de Altzeya. Dilone ad Cantrum. Cunzelino Wiſze. Antzone zume Lode et aliis quampluribus teſtibus fidedignis ad premiſſa audienda vocatis ſpecialiter et rogatis Premiſſis autem donationibus per domicellam Claram factis .. Abbati et conuentui predictis. Syfridus de Dynenheim miles et Petrus natus quondam Petri de bertholffheim militis conſenſerunt et ratificauerunt hec. rataque et firma ſeruare

inuiolabiliter promiſerunt. Sub anno dni. et Indictione prenotatis. In craſtino beati Anthonii martiris hora none uel circiter. In ſtupa domus dnorum Ebirbacensium in Oppinheim. Preſentibus ibidem viris prouidis et honeſtis dnis Herboldo dicto Ring de Olmena. Heinrico dicto Ring de Litwilre. Sybodone dicto ſtarke de Dirmeſtein. Gerhardo dapiferi militibus. Johanne Heroldi. Bertholdo plebano ſci Sebaſtiani in Oppinheim. Gernodo dicto Senant et Reinboldo ſacerdotibus Emerchone de Altzeya. Dilone ad Cantrum. et aliis quampluribus ad premiſſa pro teſtibus vocatis ſpecialiter et rogatis.

ET. EGO. Albertus de Ryle dictus de Colonia clericus coniugatus in oppinheim commorans publicus imperiali auctoritate Notarius Premiſſis omnibus et ſingulis ſuperius per me ſcriptis et narratis dum agerentur in ſingulis et horis et locis vna cum teſtibus ſupra poſitis preſens interfui. Ea ſic fieri uidi et audiui. manu propria conſcripſi. Et in hanc publicam formam redegi meoque ſigno conſueto rogatus fideliter conſignaui in teſtimonium omnium premiſſorum.

---

867. Die Grafen von Katzenelinbogen nehmen den Eberbacher Klosterhof Gebenborn unter ihre Obhut.

1330, Mai 1.

Orig. Urk im K. Staatsarchiv zu Idstein.

Wir Wilhelm Johan und Eberhard Greuen von Katzenelinbogen vor vns vnd vnſe erbin vnd al vnſę nachkumelinge. Und wir Vlrich herre von Byckenbach. an des ſelbin Junchern Eberhards ſtat wen her noch vnder ſinen iarin iſt dun kunt und vffen-

Digitized by Google

bar allen den dy dyſen brief ſehen oder horen leſin. Daz wir durch ſûnderlige fruntſchaft, gunſt und lycbe | dy wir hon vnd al uns eldern gehat hont zu den erſamen vnd den geyſtlichen luden dem Abte und dem conuente des Cloſters zu Ebirbach irn hof zu Gebenburne. der da lyt in vn|ſer herſchaf und in vnſerme gerichte. bit allem daz dazu höret. iz ſy an eckern. an veld. an wyſen. an weyde. an holtze. an wazſer. eder wy daz genant ſy. hon genumen. unde ne|men in vnſer ſûnderliche beſchermunge Vnd geloben daz in guden truwen bit ſamender hant vor vns vnd vnſe irben. vnd al vnſe nachkûmelinge. dem .. abte vnd ſime conuente zu erbach. daz wir irn vorgenanten hof zu Gebenburne vnd allez daz dazugehoeret ſuln und wollen beſchirmen bit al vnſer macht libes und gudes, gelicher wis als ander vnſer ſelbes gut. vor aller vnrechter gewalt und vberlaſt an herbergen und an leger eynes iclichen herren. Vnd geloben ouch anderwerbe in truwen daz wir noch vnſer dekeyner noch vnſer erben. noch keyner vnſer amechtman den wir itzunt geſazt hon oder hernach ſetzen den vorgenanten hof zu Gebenborne. bit keynerleye vnzitlicher und ûbermezicher herberge eder leger beſwerin ſuln noch enwollen. Were aber daz vns oder vnſer eyme in dem vorgenanten houe gebûrte zu herbergene oder zu ligene von wilcherhande not daz were. daz leger ſulen wir doch ſo geburlich und ſo gemezlich machen daz iz der hof wol geliden mûge. Vnde her ûmme ſo hont dy vorgeſchriben geyſtligen Lude Der abt und der conuent von Erbach vns und allen vnſern erbin von dem ſelbin houe zu Gebenborne gelobet zu dinen alſo her na geſchriben ſtit. Were daz vns eder vnſer eyme vzzer lande gebûrte zu reyſene. ſo ſulent ſy

Digitized by Google

vns greuen Wilhelme alleyne bit eynen wagne dinen. aber vns Juncker Johanne vnd Junchern Eberharte greuen von katzenelinboyn da vorgenant eder vns hern Vlriche von Byckenbach alſo lange bit daz der ſelbe Juncher Eberhard zu ſinen iaren kůmet. und allen vnſern erben ſulent ſy ewiclichen bit eyn an der dynen bit eynen wagne. Vnd daruber ſon ſulen wir noch unſer erben noch dekeynr vnſer amethlude ſy nummer hoer gedringen Vnde byden vnd gebiden allen vnſern amethluden dy itzunt ſint eder her nach geſazt werden. vnd allen den dy durch vns dun vnde lazzen wollent by vnſern hulden Daz ſy dy vorgenanten geyſtligen lude . . den Abt und den conuent zu Erbach. vnd ſunderlichen irn hof zu Gebenborne beſchirmen und bewarn. alſ verre als yn lieb vnd gut by beſtyt vnde wider dyſe genade dy wir yn gedan hon nyt en dun bit worten noch bit werken als ſy vnſer vngunſt vnd vnſer vngenade vormiden wollen. Vnd daz alle dyſe ding dy hy vor ſchriben ſtynt den vorgenanten geyſtligen luden dem abte vnd dem conuente des Cloſters zu Eberbach ganz vnd ſtede von vns vnd von vnſern erben gehalden ewiglichen werden. ſo hon wir Greue Wilhelm und Johan bit unſern Inſigeln. und wir vlrich herre zu Byckenbach an Junchern Eberhartes ſtat vnſers enkeln wener noch nyt ynſigels enhot und wir ſin mumpar ſynt bit vnſerm ynſigele dyſen geynwertigen brief beſtediget vnd denſelben geytligen Luden gegebin zu eyme vffenbaren gezugniſſe und ſicherheyt des gelobedes daz wir yn gedan hon. vnd aller der ſtůcke dy hy vor geſchriben ſtyn. Dyr brief wart gegebin da man zalte nach godes gebürten Druzinhundert jar und drizig iar An ſente Walpurge tage.

Digitized by Google

Drei Siegel hängen an:
1. S. WILLELMI. COMITIS DE CAT . . . . . OGEN *und die Reitersiegel:* 2. †. S. JOHANNIS COM . . . KAZZENELENBOGEN.
3. SIGILLVM VDALRICI DOMINI DE BVKKENBACH.

---

868. Jutta, Witwe Johanns von Bertholfsheim, Ritters, schenkt dem Kl. Eberbach ihre Güter zu Guntersblumen, Gymmesheim u. Alsheim.

***1330**, Mai 11.*

Orig. Urk. im K. Staatsarchiv zu Idstein.

In dei nom. amen. Per hoc preſens publicum inſtrumentum pateat vniuerſis. Quod anno a natiu. eiuſdem milleſimo. Trecenteſimo. Triceſimo. In|dictione Tercia decima, vndecima die menſis Maj que fuit feria quinta poſt feſtum Pentecoſtes hora prime uel circiter. In publica ſtrata ville Gunterſ|blumen ante domum inhabitationis diſcreti uiri Anſhelmi ſutoris ibidem. Preſidente ſancte Romane et vniuerſalis eccleſie dno Johanne summo pontifice | diuina prouidentia papa viceſimo ſecundo. Pontificatus eius anno quarto decimo. In mei Alberti de Ryle dicti de Colonia publici Imperiali auctoritate no|tarij infraſcripti et teſtium ſubſcriptorum ad infraſcripta audienda vocatorum et rogatorum preſentia, Conſtituta honeſtra matrona domina Jutta relicta quondam Johannis de Bertholfsheim militis bone memorie. Volens olim mariti ſui aliorumque progenitorum ſuorum ac ſue proprie animabus conſulere. attendens quod caucius ſibi et ſuis in premiſſis poſſe proſpicere Si bona infraſcripta ſibi a deo collata ex ſua diſpoſicione ad Religioſos viros dominum . . Abbatem et Conuentum monaſterii Ebirbacenſis ordinis Cyſterc. deueni-

Digitized by Google

rent. Matura igitur premeditatione ac deliberato animo ad iudicia villarum ſubſcriptarum acceſſit, videlicet Gunterſblumen, Gymmeſheim et Alſheim. in quarum villarum terminis ſeu Territorio bona ipſa extiterant et exiſtunt ac ibidem temporibus ac teſtimonio ſubnotatis ſponte et libere pure et ſimpliciter propter deum, coram .. Scultetis .. Scabinis ac ceteris ibidem Judicio preſidentibus Juxta ipſorum diffinitionem quod donatio huiusmodi ſubſcripta firma valida et irreuocabilis permaneret. donauit bona omnia et ſingula infraſcripta domino .. Abbati et .. conuentui ſupradictis. Et primo in villa Gunterſblumen hec bona uidelicet in Campo verſus Wormaciam primo decem iugera agrorum ane deme Galeburne. It. vnum et dimidium iuger ane deme Dyethwege Conſulcatum Petro dicto Wiſsgreue. It. tria iugera et quartale ane deme Linſenſteyne conſulcatum Godelmanno. It. duo iugera in uia ymeſheim. conſulcatum .. plebano. It. tria iugera in eadem via conſulcatum petro dicto Wiſsgreue. It. duo iugera in eadem via conſulcata Petro dicto Wiſgreue. It. duo iugera in campo Gymmeſheim conſulcata dno Wigando de Dyenenheim. It. in alio campo uerſus Oppinheim primo nouem quartalia ane der ſteynbrucken conſulc. Petro de bertholueſheim It. duale an deme flůrwege conſulc. Jacobo dicto Gerſtin. It. duo iugera ſupra Nordilberg conſulc. dno .. Decano. It. quinque quartalia ſupra viam Dalheim conſulc. Hermanno Campanatori. It. quatuor iugera de ſeptem iugeribus diuiſis in via Vluerſheim an der Inneruorhe. conſulc. dicto Hůndiſgrůbe. It nouem et dimidium iugera de decem et nouem iugeribus diuiſis an deme entenflůſze an der vſzer vorhe. It. tria iugera vf ſteinberge

Digitized by Google

conſulc. Dyetzoni bernhere. It. vnum et dimidium iuger. ibidem an deme Entinfloſze conſulc. Gudele dicte boderammen. It. dimidium iuger bie deme hungerbohele conſulc. die Bebeln. It. duo iugera ſuper viam dictam Merſecker conſulc. Getze de dimidia domo. It. tria iugera pratorum vf deme herbohele conſulc. die Mittilwieſen. It. tria merſdeil et dimidium quartale de duodecim et dimidio Meierſdeil. uerſus Gymmeſheim. It. vnum et dimidium iuger in der Merſacker gallen. conſulc.. plebano. It. duale ſalicum de II. iugeribus ſalicibus uerſus Oppinheim in campo Rudolffheim. Hee ſunt prate primo ſex iugera preter quartale de vndecim et dimidio iugeribus pratorum an der Inre vorhe uerſus Gunterſblumen apud Rudolffheim. It. tria cum dimidio iugeribus pratorum in ſwabes wieſen. conſulc. Petro dicto Wiſsgrebe. It. vnum et dimidium iugera pratorum trahentia vf die werwieſe. De tribus iugeribus uerſus Renum. It. vnum lůs vf den weren conſulc. dicto Hundiſgrube. — Hee ſunt vinee primo duo iugera an den ſtrengen. It. tria iugera vinearum vf deme vdendale. It. dimidium iuger vinearum vf der Mulden. It. tria quartalia cum dimidio quartale vinearum an der Mulden. It. dimidium iuger vinearum an den Roeſten. — It. in villa Gymmeſheim et eius terminis hec bona. Primo in ſuperiori campo uerſus Alfheim nouem iugera agrorum ſita an den ſenden prope viam. It. duo iugera agrorum ſita vber den buben phad. conſulc. clauſtro. It. vnum iuger tendens vf den ſeychbol. It. vnum iuger ſitum ſuſſchin den ſtraſzen. conſulc. dapifero. It. vnum iuger an der ſelben gewanden. It. duo iugera ibidem gen deme brůnzenſteine. It. octo iugera in

der ſelben gewanden conſulc. den Bůnnen. It. duo iugera vber den Eycherweg conſulc. clauſtro. It. vnum iuger an der Roden erden. It. vnum iuger vf deme wachtelbohele. It. vnum duale niedewendig wachtelbohele ibidem. - It. quinque iugera imme nydin ſchwiflůre. It. nouem iugera obewendig der hůtten. ſita contra Lapidem. It. vnum iuger ſitum neben Gotzen Creiſse. It. tria iugera preter vnum quartale neben deme ſteyne. conſulc. Clauſtro. -- It. in inferiori campo Primo duo iugera vf deme hohen ſant bohele. It. quatuor iugera ſita iuxta vineam zolneri militis. It. duo iugera cum dimidio iugero ſita vf deme ober wege. Item vnum cum dimidio iugero conſulc. clauſtro. It. vnum iuger in der holder gewanden. It. decem iugera ſita vber den Walheimer weg. It. II. iugera conſulc. dapifero. It. duo iugera trahentia gen weppenburne. It. tria iugera in der ſelben gewanden. Gevorhe die wiedeme hube. It. vnum iuger conſulc. Cunzoni Gerbode. It. quinque iugera trahentia vf die ſtraſze. conſulc. den Bůnnen. It. duo iugera obe wendig der bůnnen ſeben morgen. It. tria iugera conſulc. Gotzoni dicto Creiz.. It. duo iugera cum dimidio iugero conſulc. der Ryberinnen. — Hee ſunt prate in terminis ville Gymmeſheim primo duo iugera pratorum conſulc. nouo clauſtro in Weſebaden. It. decem iugera pratorum de viginti iugeribus conſulc. clauſtro in oppinheim. It. duo iugera conſulc. Wigando militi. It. vnum duale conſulc. Philippo militi. It. vnum duale an den boſen bůnden. It. octo iugera ibidem iuxta predictum militem. It. tria iugera ſita hinder ſenſbohele. It. duo iugera conſulc. monaſterio in Weidas. It. tria iugera imme ſchilde. It. quinque iugera vf den harin. con-

Digitized by Google

ſulc. monaſterio in Weidas. It. duo iugera vf Roſſebane. Item vnum iuger hinder hoynden bůnden in den Merſchin. It. duo iugera ibidem in den merſchin. It. tria iugera ibidem conſulc. ecclesie. — It. in villa Alſheim. et eius terminis hec bona. Primo in ſuperiori campo. Tredecim iugera ſita an deme ober graſewege It ſeptem iugera amme bůrgwege. It. vnum iuger ſitum ibidem. It. duo iugera ibidem. It. vnum iuger ibidem ſitum ame burgwege. It. duo iugera ſita amme bulitzerwege. It. ſeptem iugera ſita amme oberme heichiln. It. tria iugera uberme hinberge. It. vnum iuger ſitum vf ſteigerin. — It. in inferiori campo duo iugera ſita vnder Walheimer Riche. It. duo iugera ſita vnder wein. It. duo iugera ibidem conſulc. iugeribus precedentibus de quibus duobus iugeribus datur Ecclesie vnum maldrum ſiliginis. It. viginti iugera in vno fruſtro. ſita in deme alden flure. It. vnum iuger ſitum in Widendale. It. duo iugera ſita zů kalmitten. It. tria iugera ſita parum exterius ibidem. It. ſex iugera ſita in tribus fruſtris in deme alden flure. It. Curiam cum duobus iugeribus vinearum eedem contiguis que fuit quondam Eberhardi burlecrag ſitam in villa Alſheim predicta. — Tali tamen conuentione ſeu condicione pia et laudabili inter dnm Albertum et conuentum predictos ac prefatam dnam Juttam appoſita et adiecta. quod dns.. Abbas prefatus de bonis preſcriptis annuatim Triginta libras hallensium in quatuor temporum ieiuniis Ita videlicet quod in quolibet temporum ieiunio ſeptem libras cum dimidia libra hall. Conuentui prenotato pro conſolacione et pitantia ſpeciali debeat et teneatur fideliter miniſtrare. In dictorum coniugum ac omnium ſuorum progenitorum animarum memoriam perpetuam et remedium ſalutare. Et quod in

Digitized by Google

prefatis quatuor temporibus ipsorum coniugum ac ſuorum progenitorum ſingulis annis ſpecialiter memoria peragatur. Et ſi in aliquo premiſſorum quod abſit negligentia euenerit ex culpa ſepefati dni .. Abbatis. tunc pro neglecto huiusmodi tociens quociens hoc contigerit et ſecundum ratam quantitatis neglectus huiusmodi reſpectus habebitur ad curiam dnorum Ebirbacenſium in villa Dyenenheim ſitam. Ita ſane quod propter huiusmodi reſpectum in aliis in curia iamdicta ſeu pitantia memorata nullum ipsis dno .. Abbati et Conuentui preiudicium generetur. Acta ſunt hec primo in villa Gunterſblumen anno. Indictione. die. menſe. hora. loco. et pontificatu ſuprapoſitis. Preſentibus ibidem viris prouidis et honeſtis dnis Wigando de Dyenenheim, Sybodone dicto ſtarke et Petro de bertholueſheim militibus. Petro dicto Pilgerim. Walthero de Cronenberg, Hanemanno dicto Lyebergaſt, Gotfrido dicto Waldecker et Johanne dicto Swartze armigeris. Necnon Ernſtmanno ſculteto ibidem, Antzone ſmelze aduocato, Zolnero dicto Bube milite. Hermanno heilcrappe, Godilmanno Mitteln. Henkino Dymar et Petro Dexheimer ſcabinis in Gunterſblumen. — It. actum in villa Gymmeſheim anno. Indictione. die et menſe prenotatis. hora none uel circiter, ante domum piſtrine dni Philippi de Wünnenberg ſculteti Oppinheimensis, Preſentibus ibidem Petro dicto ſtrunzel aduocato in Gymmeſheim, Heilmanno Lampolt, Voltzone fabro, Heinrico ſchodeſchaif et Wentzone dicto Grekil, ſcabinis ibidem. Necnon Wigando de Dyenenheim. Sybodone ſtärke et Petro de bertholueſheim militibus, Bertholdo Clapperzan, Petro Pilgerim. Walthero de Cronenberg,

Digitized by Google

Bertholdo de Nacheim. Otthone filio Otthonis de yſenburg. Petro Ringreue et Jacobo de monte ſci Albani clerico. — It. actum in villa Alſheim in publica ſtrata sub Tylia in foro dicte ville poſita. Anno. Indictione et die prenotatis hora ueſperarum uel circiter. Preſentibus ibidem dnis Wigando de Dyenenheim. Gerlaco de Redelnheim, Sybodone dicto ſtarke et Petro de bertholueſheim militibus. Necnon Johanne dicto Elfeſzer. Walthero dicto de bertholueſheim. Syfrido Clawe et Petro dicto Pilgerim armigeris. necnon Johanne dicto Suatz, Heinrico fabro, Gunthero piſtore et Petro Godilman ſcabinis in Alſheim, Bernone plebano ibidem Tutore ſeu curatore ipsi dne Jutte ſpecialiter ad preſcripta faciendum ſibi deputato. ac Alberto ſartore oppinheim. ad premiſſa audienda pro teſtibus vocatis ſpecialiter et rogatis.

ET. EGO. Albertus de Ryle dictus de Colonia in oppinheim commorans. Clericus. coniugatus publicus Imperiali auctoritate notarius. Premiſſis omnibus et ſingulis per me ſcriptis et narratis. prout per me ſupraſcripta ſunt et narrata. dum agerentur vna cum teſtibus ſuprapoſitis. preſens interfui, Ea ſic prout ſuperius eſt narratum fieri uidi et audiui manu propria conſcripſi. Et in hanc publicam formam redegi. meoque ſigno conſueto rogatus fideliter conſignaui in teſtimonium omnium premiſſorum.

---

869. Dieselbe Witwe verfügt letztwillig über ihre Güter zu Gunsten des Kl. Eberbach.

1330, *Mai 31.*

Orig. Urk. im K. Staatsarchiv zu Idstein.

Nos Phillippus scultetus dictus de Wůnnenberg.. conſules .. scabini magistri ciuium ceterique milites et

Digitized by Google

ciues oppinheimenses Tenore presencium | Recognoſcimus publice confitentes quod honeſta matrona dna Jůtta Relicta quondam Johannis de Bechtoluefheim militis bone memorie in | nostra propter hoc ſpecialiter preſencia conſtituta, compos mente vniuerſa bona ſua in villis Gunterſblumen. Gymmefheim et Alfheym et | earum terminis ſita cum omnibus juribus et appendiciis eorundem, agris videlicet, vineis. manſis. jugeribus. terris cultis et incultis. expreſſis vel exprimendis. paſcuis. pratis. aquis aquarumque decurſibus. ſemitis. viis et inviis nemoribus. rubetis. necnon quibuslibet aliis ſuis pertinentiis in Buſco et in plano venerabilibus ac Religioſis viris .. Abbati et conuentui monaſterii Eberbacensis tradidit. aſſignauit et perfectam donauit inter viuos donacionem volens per hoc .. olim mariti ſui ac aliorum progenitorum ſuorum ſueque proprie animabus conſulere et ſalubriter prouidere nulla ad hoc necessitate. ſed matura premeditacione ac deliberato animo ſuorumque conſilio amicorum inducta aſſerens ſe alias eadem bona in villis predictis vbi ſita dinoſcuntur coram sculteto .. scabinis ceterisque ibidem judicio preſidentibus prefatis .. Abbati et Conuentui monaſterii in Eberbach. iuxta ipsorum .. sculteti. scabinorum et judicio preſidencium diffinicionem que donacio huiusmodi firma valida irreuocabilisque permaneret, ſponte ac libere pure ac ſimpliciter propter deum reſignaſſe perpetuo poſſidenda. Tali tamen condicione pia et laudabili inter dnum .. Abbatem et Conuentum predictos ac prefatam dnam Jůttam appoſita et adiecta videlicet quod dns abbas prefatus de bonis preſcriptis annuatim triginta libras Hallens. in Quatuor temporum jeiuniis Ita videlicet quod in quolibet temporum jeiunio septem cum dimidia libras hallens. conuentui

Digitized by Google

ſuo prenotato prò conſolacione et pitancia ſpeciali debeat et teneatur fideliter miniſtrare. in dictorum .. coniugum ac omnium ſuorum progenitorum animarum memoriam perpetuam et remedium ſalutare. Et quod in prefatis quatuor temporibus ipsorum .. coniugum ac ſuorum progenitorum ſingulis annis ſpecialiter memoria peragatur Et ſi in aliquo premiſſorum quod abſit negligencia euenerit ex culpa ſepefati dni .. Abbatis Tunc pro neglecto huiuſmodi Tociens quocieus hoc contigerit et ſecundum ratam quantitatis neglectus huiuſmodi reſpectus habebitur ad curiam dictorum .. dnorum Eberbacensium in villa Dynenheim ſitam. Ita ſane quod propter huiuſmodi reſpectum racionem memorate pitancie in iam dicta curia in aliis nullum ipsis dno .. Abbati et conuentui preiudicium generetur Promiſitque ſepedicta dna Jutta ſtipulacione ſollempni coram nobis ſe nunquam velle vel debere venire contra premiſſa verbo vel facto aut quocumque alio ingenio ſiue arte quibus dicta ſua pia donacio impediri valeat aut quomodolibet irritari. Ne autem ſuper premiſſis aut quolibet premiſſorum aliqua inpoſterum ambiguitas valeat ſuboriri. Nos scultetus .. scabini. conſules .. magistriciuium .. milites et .. ciues oppinheimenſes sigillum ciuitatis nostre ad inſtantes preces parcium predictarum ex certa ſciencia duximus preſentibus appendendum. Actum et datum a. dni. M°. CCC°. Triceſimo feria quinta proxima poſt feſtum Pentecoſtes.

An Pergamentstreifen hängt wohlerhalten das grosse Siegel der Stadt: † SIGILLVM. BVRI(ensiu)M IN OPPENHEIM.

870. Wilhelm, Abt von Eberbach, ordnet den Altardienst in der Kapelle zu Lympurg.

1330, *Ende Mai.*

Oeul. Mem. II. fol. XCVI, b.

Nos frater Wilhelmus abbas totusque conuentus monaſterii in Eberbach. Cyſterc. ordinis Mogunt. dyoc. Recognoſcimus ad vniuerſorum noticiam per has literas deducentes quod altare in Capella nostra ſitum in oppido Lympurg per bone memorie Theodericum de Lurenburg. et Gertrudim eius legitimam vxorem. certis bonis ac redditibus in villa Hattenhuſen ſitis et cedentibus dotatum rite et legitime per vnum ydoneum fratrem et ſacerdotem de nostro conuentu predicto. officiari procurabimus et tenemur nostris ſub expenſis. Qui ſacerdos miſſam in eodem altari ſedule et cottidie dum ad hoc gratiam habuerit, legat et celebret pro animarum dictorum .. coniugum. ſuorum progenitorum atque omnium fidelium animarum remedio et ſalute. hoc ſane adiecto ſi uel quandocunque miſſa huiuſmodi legi et celebrari in dicto altari per vnum de nostris fratribus vt premittitur, quod abſit, negligeretur ſeu negligi inueniretur continue per vnum annum. Extunc .. decanus ecclesie Lympurgensis qui pro tempore fuerit. illo anno elapſo. infra quem tamen nos ad procurandum dictam miſſam legi bis uel ter notorie monere debebit. bona et redditus huismodi ad prefatum altare per antedictos .. coniuges deputata ſeu deputatos. ab ipso altari auferre. et ad alium locum ſeu loca alia. vbi hoc animabus ſepedictorum coniugum magis expediens fuerit conuertere affignare et deputare poterit et ipsi plenariam potestatem hoc faciendi concedimus et damus literas per preſentes,

Digitized by Google

Sigillo nostri monaſterii Eberbacensis predicti ſigillatas in teſtimonium ſuper eo.

Datum a. dni M°. CCC°. infra octauam Pentecoſtes.

---

871. Eine Pitanz-Stiftung des Domscholasters Hertwich in Lympurg für das Kl. Eberbach.

***1330**, Juni 1.*

Orig. Urkunde im K. Staatsarchiv zu Idstein.

Nos frater .. Wilhelmus abbas Totusque conuentus monaſt. Ebirbac. ord. Cyſterc. Mogunt. dyoc. hiis literis recognoſcimus ad vniuerſorum noticiam deducentes quod | poſt obitum honor. viri dni Hertwici scolaſtici ecclesie Lympurgensis Treu. dyoc. dare et exponere tenemur annis ſingulis in die b. Georii martiris pro pitancia ad nostrum conuentum sex libras hallensium datiuorum quas Idem scolaſticus apud nos et nostrum monaſterium predictum ſua pecunia comparauit, Quocumque autem anno pitancia huiuſmodi dare et habere neglexerimus in nostro Conuentu, extunc ſiue pro illo anno dare et ſoluere tenebimur in penam talis negligencie decem libras Hallensium scolaſtico ecclesie Lympurgenſis predicte pro tempore exiſtenti. In cuius rei testimonium sigillum nostrum duximus preſentibus literis appendendum. Datum feria sexta poſt feſtum Penthecoſtes A. dni M°. CCC°. XXX°.

Das Siegel ist abgerissen.

Digitized by Google

872. Lehenbrief über den Eberbacher Klosterhof in Vriendytze.

1330, *Juli 15.*

Orig. Urk. im K. Staatsarchiv zu Idstein.

Ego.. Conradus de Vachingen et Gyſela coniuges in vriendytze commorantes hiis literis recognoſcimus ad vniuerſorum noticiam deducentes quod de Curte in eadem villa vriendytze ac bonis ad ipſam ſpectantibus in villa ſeu | extra villam ſitis quam curtem et que bona Religioſi viri dnus... abbas et conuentus monaſterii Ebirbacensis ordinis cyſterc. nobis locauerunt et conceſſerunt excolenda et tenenda jure colonatu quod vulgo dicitur zů lantſydelin rehte dare | tenemur eiſdem dnis... abbati et conuentui terciam partem eſtiualium et hyemalium mediam partem fructuum prouenienciun de bonis memoratis. Item in feſto Martini dabimus ſingulis annis quatuor ſolidos denariorum tribus hallenſibus pro quouis denario computatorum et pullum carnipriuialem Hoc ſane adiecto quod dicta bona bene edificare et colere debebimus et quicumque noſtrum deceſſerit ſeu ab hac luce tranſierit ex parte illius tam pro anticipacione quod vorhůire dicitur quam pro optimali dabimus predictis dnis tantum dimidiam marcam denariorum predictorum. In cuius rei teſtimonium sigillum strenui militis Theoderici dicti Nayl, officiati nobilis viri... Cůnonis dni de Valkenſteyn, cuius domini homines pro nunc ſumus, ad preces noſtras Inſtantes iſtis literis eſt appenſum. Quod ego... Theodericus miles iam dictus recognoſco fore verum. Datum Sabbato

Digitized by Google

poſt feſtum beate Margarete virginis Anno domini M°. CCC°. XXX°.

Wohlerhalten hängt an das Siegel mit der Umschrift:
† S'THEODERICI MILITIS.

---

873. Beschreibung der Güter u. Rechte des Kl. Eberbach zu Hanheim.

***1330**, Juli 25.*

Orig. Urk. im K. Staatsarchiv zu Idstein.

In dei nomine amen. Per hoc preſens publicum inſtrumentum pateat vniuerſis Quod anno a natiuitate eiuſdem milleſimo Trecenteſimo Triceſimo | Indictione Tercia decima viceſima quinta die menſis Julii que fuit feria ſecunda poſt feſtum Natiuitatis beati Johannis baptiste proxima, hora summa miſſa in ecclesia parrochiali ville Haneheim celebrata ante introitum Cymiterij ecclesie hanheim predicte. In loco conſueto vbi ſeculares judices ibidem iudicium ſolent preſidere Preſidente ſcc Romane et vniuerſalis Ecclesie dno Johanne ſummo pontifice diuina prouidentia | papa viceſimo ſecundo Pontificatus eius anno viceſimo quarto. In mei Alberti de Ryle dicti de Colonia publici Imperiali auctoritate notarii infraſcripti et teſtium ſubſcriptorum ad infra ſcripta audienda uocatorum et rogatorum preſentia conſtituti viri prouidi et honeſti. Jacobus dictus Snure miles, Wernherus dictus Gûntram viceſcultetus. Reumundus. Johannes dictus hillinſheimer. Heinricus dictus hainheimer. Baldemarus dictns Moſelere, de Seheim, Johannes dictus Clotz, Petrus dictus Hanheimer. Albertus. Johannes

Digitized by Google

dictus Wasenberne, Dyetzo filius Dilonis ad Cantrum ciuis oppinheim. et heinricus dictus Gerste. hubarii ville hainheim. predicte. ad requisitionem venerabilis in Christo patris ac domini dni Wilhelmi abbatis monasterii Ebirbacensis ord. Cyst. Magunt. dyoc. ibidem presentis suo et Conuentus sui nomine iidem hubarii coram strenuo militi Petro dicto de Vdenheim sculteto ibidem pronunciauerunt diffinitiue in ipsorum juramenta dno... abbati et Conuentui prenotatis fieri debere infrascripta prout infra patent Tenoris et pertinencie in hec verba. Dis ist daz reht daz ein abpt zů Erbach hat in deme dorfe zů hanheim vnd daz man ieme do důn sal. Zů deme ersten male sal ein.. Scultisse zů Hanheim. wer do ein.. Schultisse ist. alle die zinse die eyme Abpde vnd sime Conuente zů Erbach vallende sint in deme dorfe zu hanheim, samenen sal, vnd die zinse ieme oder sime geweldigen boden die reichen sal vnd antworten. vnd sint die zinse ir reht eigen. Vnd sint die herren eime.. Schůltessen dar vmbe nusme schuldig zů tůne. Dirre zins triffit sich ane zwenzig vntze hallere Dirre selber zwentzig vntze gebent si in selber funf zehen vntze, vnd die anderen funf vntze reichit in ein Schultisse von den h....*) des selben dorfes. — Anderwerbe den Winzehenden ane hainheimer berge sal man deilen ane drů teyl, das ein dritteil vellet deme Pherrere zů Hanheim, die anderen zweiteil sal man deilen in drů teyl. die zweiteil sollent werden den herren von Erbach. — Anderwerbe der cleyne zehende von alle deme daz do vellet vnd de cleine zeihende heisset in deme dorfe zů Hanheim sal man deylen in

*) Unleserlich.

Digitized by Google

alle der wys alſe man dût den wyn zehenden. Vnd ſal der Abpt vnd der Conuent von Erbach einen Stier halden deme dorfe. — Ander werbe dieſe morgen die her nach geſchrieben ſint do von her Jacob ſnure ein Ritter deme vorgenanten abpte vnd deme Conuente zehenden abe giet ſint gelegen als her nah geſchrieben ſteit. zu deme erſten male ander halp morgen Ackers ligent bie hern Nyclauſe von Mentzen niedewendig zehent vffe den Geren.. Ander werbe ein morgen ackers der do liget bie den herren von Wiſzen ane vndenheimer marken. Ander werbe drittehalp morgen ackers in deme anderen velde vnd ſint gelegen bie hern Nyclauſe von Mentzen vnd der vaudten kinde. Ander werbe ander halp morgen ackers bie hern Nyclauſe von Mentzen obewendig renſbûrne vnd ſtoiſzent in die wiedeme hube. Dyeſe morgen gebent zehenden. Den zehenden ſal man in drû teylen. Daz eyne deyl vellet der kirchen, vnd die anderen zwei teil den herren von Erbach. — Ander werbe die morgen die dye herren von Erbach gekaufet hant bit namen die eylif morgen vnd die her nach geſchrieben ſint, ſint eygen vnde ſint gelegen in deme velde nahir kungernheim. zû deme erſten male vierdehalp morgen ackers vffe der alden mûlen ſtad bie deme brûche, vnden ane den münchen. Ander werbe ein zweiteil das do zuhet gen Selſen, vffe die Büſſche. Ander werbe ein morgen vf der Anger neben hern Nycolauſe von Mentzen. Ander werbe ein morgen ane vndenheymer marken neben der wyedemen hube. Ander werbe in deme anderen velde zwene morgen vffe der weiden ſtoyſzent ane wolfs gruben. Ander werbe zwene morgen ackers ane Vdenheymer weyde. Ander werbe ein zweiteyl

an der kyrch muren. Ander werbe ein weſen pletz ane vdenheimer weide. Ander werbe vier ſlege wyeſen gen Selſer Můlen. Dyeſe vorgenanten morgen vnd die wyeſen pletzer ſint eygen der herren von Erbach vnde gebent nyemanne geynen zchenden do von. — Ander werbe ſollent die herren von Erbach hern Jacobe Snuren deme vorgenanten geben zů zinſe von ieren huben zů Hanheim ein halp fuder Wines, ayn drů vierteyl der do weſſit in hanheimer marken vnd funf ſchillinge hallere. Were iz ſache daz do gein wyn in wůſze So ſollent ſie ieme koifen ein halp fuder wines ane dru vierteyl. So wa ſie villint daz do weder ful oder fur in ſie. — Ander werbe ſo ſollent die herren von Erbach eyme Rihtere vnd ſime Schultiſſen So wer zů Hanheim in deme dorfe rihter oder ſchultiſſe iſt nůſnit důn oder dynen von deme geyme irme gůde daz ſie hant in der marken. oder in deme dorfe zů hanheim, ez ſie von Zinſe, von atzungen oder von keyner leyge rehte me danne ieren rehten zehenden vnd ieren rehten ſchůtz den der hubenere deylet, von ieren alden gůden achtzig ſichelinge. Alle dyeſe vurgeſchrieben artikele han wir Jacob ſnure. Wernhere Gůntram. Beumund. Johan Killinſheimer. Heinrich Hanheimer. Baldemar Moſelere von Seheim. Johann Clotz. Peder Hanheimer. Albrecht. Johan Waſenheime. Dyetze Dylen ſůn zer kannen eines burgers zů Oppinheim vnd Heinrich Gerſte hubenere zů hanheim die vorgenanten, geſprochen zů tůne vf vnſern eyt vnd iſt daz geſchehen bit willen vnd gehenkeniſſe hern Peders von Vdenheim eynes ritters oberſten ſchultiſſen des dorfes zů hanheim. — Facta eſt pronunciatio premiſſa per .. hubarios prenotatos Actaqne

ſunt premiſſa Anno Indictione Menſe die hora loco et Pontificatu ſuprapoſitis Preſentibus ibidem vener. in Chriſto patre ac dno.. Abbate monaſterii predicti, necnon ſtrennuo Milite Petro dicto de Vdenheim ſculteto ibidem, Petro dicto Gerlach de Selſen armigero, Johanne Plebano in Hanheim, Wentzone filio dicti Gerſte. dicto Hardan. Wentzone dicto Speilmann.. dicto Lorcher. Jacobo dicto Ludewal piſtore Baltzone dicto Koyr Et aliis quampluribus perſonis tam Religioſis quam ſeculariibus. ad premiſſam pronunciationem ſic vt prefertur audiendam pro teſtibus vocatis ſpecialiter et rogatis.

ET. EGO. Albertus de Ryle dictus de Colonia in oppinheim commorans. Clericus Coniugatus Publicus Imper. auctoritate Notarius Premiſſe pronunciationi aliisque omnibus et ſingulis ſupraſcriptis prout per me ſupraſcripta ſunt vna cum teſtibus ſuprapoſitis preſens interfui. ea fieri vidi et audiui. manupropria conſcripſi Et in hanc publicam formam redegi. meoque ſigno conſueto rogatus fideliter conſignaui.

874. Päpstliche Vergünstigung der Abgaben-Freiheit letztwilliger Verfügungen zu Gunsten des Cisterc.-Ordens.

***1330**, Septemb. 8.*

Notariats-Instrum. im K. Staatsarchiv zu Idstein.

In nomine dei Amen. Per hoc preſens publicum Inſtrumentum Cunctis appareat Euidenter Quod Anno dni. M°. CCC°. Triceſimo die sabbati In feſto natiuitatis | beate Marie virginis. Octaua die menſis Septembris circa horam nonam. Indict. quarta decima. Pontificatus ſanctiſſimi in Chriſto patris ac domini. Dni Johannis | diuina prouidentia pape viceſimi ſecundi Anno eiuſdem quinto

Digitized by Google

decimo. In Abbatia monaſterii Clarevallis in presentia teſtium infraſcriptorum ad hoc vocatorum ſpecialiter | et Rogatorum. Ego Johannes de Cantarana Lingonenſis dyoceſis clericus, publicus auctoritate apoſtolica et Imperiali notarius, tenui, vidi ac de verbo ad verbum legi quoddam priuilegium a ſede apoſtolica Indultum. vera bulla plumbea in filo ſerico bullatum cuius tenor talis eſt. Urbanus Epiſcopus ſeruus ſeruorum | dei. Dilectis filiis abbati Cyſtercii eiusque coabbatibus et conuentibus vniuerſis. Cyſtercienſis ord. Salutem et apoſtolicam benedictionem. Deuotionis augmen|tum vobis deo propicio prouenire confidimus ſi ſuper hiis que pie cupitis nos benignos ad gratiam habeatis. Hinc eſt quod nos veſtris deuotis ſupplicationibus | fauorabiliter annuentes vt de hiis que a Chriſti fidelibus vobis et monaſteriis veſtris In vltima voluntate legantur ad ſoluendum portionem aliquam illis | contra quos de ea non ſoluenda legitima eſtis preſcriptione muniti nullatenus teneamur. vobis auctoritate preſencium Indulgemus. Nulli ergo omnino homi|num liceat &c. Siquis autem &c. Datum Viterbii. V. Idus maii Pontific. nostri anno primo. Acta ſunt hec | anno die menſe hora ind. pontif. et loco quibus ſupra preſentibus dominis Petro curato de bugocampo Bertrando de Boura eiuſ vicario et ſymone de | villanova lingonenſis dioceſis clerico teſtibus ad hec vocatis ſpecialiter et Rogatis. Cum nuper duxerimus ſtatuendum vt exempti quantacumque gaudeant libertate. nichilominus tamen ratione delicti ſeu contractus aut rei de qua contra ipsos agitur rite poſſint coram locorum ordinariis conuenire et illi quo ad hec ſuam in ipſos jurisdictionem prout jus exigit exercere. Nos dubitantes ne per conſtitutionem huiusmodi libertatibus et immunitati-

Digitized by Google

bus vobis et ordini veſtro per priuilegia et indulgentias ab apoſtolica ſede conceſſas preiudicari valeat. Nobis humiliter ſupplicaſtis ut prouidere ſuper hoc indempnitati noſtre paterna ſollicitudine curaremus. Quia vero eiuſdem ordinis ſacra religio ſic vos apud nos dignos fauore conſtituit vt nobis votiuum exiſtat. vos ab omnibus per que vobis poſſent prouenire diſpendia immunes libenti animo preſeruare auctoritate vobis preſentium indulgemus. vt occasione conſtitutionis huiusmodi nullum eiſdem libertatibus et immunitatibus in poſterum preiudicium generetur. Nulli omnino hominum liceat hanc paginam noſtre conceſſionis infringere vel ei auſu temerario contraire. Siquis autem hoc attemptare preſumpserit, indignationem omnipotentis dei et beatorum petri et pauli apoſtolorum eius ſe nouerit incurſurum. Datum Lugduni. IIII. Nonas Marcii. Pontificatus noſtri anno octauo. Acta ſunt hec &c.

Et Ego Johannes de cantararia Lingonenſis dioceſis clericus publicus auctoritate apoſtolica et Imperiali notarius priuilegium | predictum vera bulla plumbea in filo ſerico bullatum tenui vidi et de verbo ad verbum legi In preſentia teſtium predictorum huicque publico Inſtrumento manu mea propria ſcripto me ſubſcripſi. Signum meum conſuetum In teſtimonium premiſſorum | appoſui vocatus et rogatus.

---

875. Das Katharinen-Kloster zu Crutzenach tritt eine ihm zugefallene Erbschaft an.

1330, *Septemb. 29.*

Orig. Urk. im K. Staatsarchiv zu Idstein.

Nos Demudis abbatiſſa totusque conuentus monialium vallis ſce katherine prope | Crutzenachum ordinis

Digitized by Google

Cyſterc. Moguntine dyoceſis ad vniuerſorum noticiam teno|re preſencium cupimus peruenire quod ex obitu Getze de Bopardia monialis ſeu filie | nostre dilecte et parentum ipſius ceſſerunt et cedent perpetuo nobis et cenobio nostro predictis duodecim maldra ſiliginis pingwensis menſure ſita in locis in aliis litteris noſtris expreſſis quorum duo maldra in anniuerſario eorumdem videlicet in craſtino beati Malachie epiſcopi conuentui annis ſingulis miniſtrabuntur pro pitancia ſpeciali. It. duo maldra ſiliginis ad lampadem ante altare chori dabuntur annuatim Reſidua uero octo maldra ſiliginis .. cellerarie que pro tempore fuerit pro allecibus per aduentum et quadrageſimam diſtribuenda conuentui nostro in prefatarum animarum preſentabuntur remedium ſpeciale. Si uero aliqua negligencia in premiſſis euenerit quod abſit tociens quociens hoc perpetratum fuerit illam penſionem monaſterio Ebirbacenſi tenebimur preſentare. In cuius rei teſtimonium ſigillum noſtrum preſentibus litteris eſt appenſum. Actum et datum anno dni M°. CCC°. XXX°. In feſto beati Michahelis archangeli.

Von dem Siegel hängt noch ein Bruchstück an.

---

876. Cunrad von Rüdensheim, Ritter, u. die Seinen verkaufen ihren Lehenhof zu Lorch an die Gebrüder von Leyen.

1330, *Nov. 10.*

Orig. Urk. im K. Staatsarchiv zu Idstein.

Wir Cunrad von Rüdenſheim der alde, Rytter. Bytzele vnſe eliche wirten. Vnd Ich Cunrad der Junge. Sun des vorgenanten Cunrads | auch Ritter. Und Elſabeth myn eliche hnffrawe. dun kunt allen

Digitized by Google

den dy dyſen brief sehent oder hoerent leſen. Daz wir bit vorbedachtem | mude entrechtiglichen. und bit samender hant. hon vorkauft den edeln knechtin. Cunrade. Johanne und Hertwine Brudern zu Lorichen dy | da heizen von Leyen. drizzig Schillinge geldes Colſch. unſers Rechtligen eygens. dri hellere vor den phenning zu zelne. dy uf yrme houe zu Lorichen ligent. da sy von irſt ynne wanten. der nu iſt der herren des Abtes und des Conuents von Erbach. Ouch hon wir yn vorkauft allez daz gut. daz sy von uns zu Leheue hont gehat bit an dyſen dag. iz ſy an ackern. an wingarten. oder wi daz gut genant sy als her na geſchriben ſtyt. Bynamen eyn ſtucke wingartes daz da heizet Bodengrube. Vunif ſtucke wingarten dy da lign in dem Manewerke. Vnd ein ſtucke wingarts daz lyt an dem vberſten Manewerke. Eynen acker der heyzt das Werd by des Marſchalkes mûlen. zwô amen hunifches wines. Dy gibt dy frawe von Lutze von Milen. von eyme Stucke wingartes an me Sehlinberge. Vnd zwene ſchillinge geldes kolſcher. Dy gebent hern hunſchwines von Loynſtein erbin von eyme garten. bi des Marſchalkes Mûlen. Vnd diz gut hon wir yn vorkauft. ûm eyn genant gelt des wir gûtligen und gentzligen von yn bezalt ſin. Vm anderhalb hundert Marc gudes geldes. Dry haller vor den phenning zu rechene. Der geburent vumfzehen und hundert Marc vor lehen. Vnd dy andern vumf und drizſig marc. Vm dy drizſig schillinge geldes. Diz vorgenante lehen Daz wir her Cunrad der alde und der Junge vorgenant hon gelobit und geloben truweliche an dyſem geinwertigen briue den vorgeſchribenen gebrudern. vnd wem ſiz gebin zu vor eygene by dem irſten eyndrechtigen biſchoue der

Digitized by Google

zu Meynze wirt von dem wirs vorbaz zu lehen hon. Vnd daz ſulen wir auch arbeyden bit allem vlizſe in sime irſten jare ob wir mugen ane allerleye argeliſt. Were aber daz wir des nyten vormoechten oder bit wilchen sachin daz gehindert wůrde daz iz nyt engeſchehe. So soelden wir yn daz vorgeſchriben gelt. hundert vnd vumfzehen marc wider gebin zu den irſten Winachten dy da kument nach dem irſten Jare des irſten eyndrechtigen biſchoffes von Meynzen. ane allerleye hinderniſſe. Vnd want dy vorgenanten gebrudere yn rechter truwe ir eygen vnd ir erbe ům ſoſulch gelt vorkoufen muſten. daz ane irn schaden nyt enmochte sin. durch vnſers nutzes willen. sogetan Schaden geloben wir auch wider zu bedenkene in den selben truwen vnd yn zu erſtadene nach mugelichen sachen. Dar vor setzin wir yn zu eym vnderpande Vnſern hob zu Růdenſheim. da wir inne wanen. bit dem boumgarten. der in der muren lyt und alliz daz in der muren begriffen iſt, daz sy sich da an irs vorgenanten geldes erholen můgen nach des gerichtes des dorfes zu Rudenſheim gewinden und rechte. Want soſulch vnderpant. vor hundert vnd vumfzehen marc als her vor geſchriben ſtit. wir geſazt hon vor schultheizen vnd vor ſcheffen des selbin dorfes zu Růdenſheim. den selbin bruderen vnd wem siz gebin. Daz wir alle dyſe ſtůcke dy her vor geſchriben ſeyn ganz vnd stede vnd vnwiderkvmelich halden, ſo hon wir her Cunrad der alde vnd der Junge den vorgenanten brudern Cunrade. Johanne und hertwine dyſen geynwertigen brif gegebin bit vnſer beyder Inſigeln beſtediget. Vnd wir Bitzele vnd Elſebeth eliche wirten der vorgenanten Ritter erkennen vnd vor yehen vns daz wir zu allen diſen dingen dy her vor geſchriben

Digitized by Google

ſint vnſen willen vnd vnſe vorhengniſſe hon gegebin vnd want wir ſelber nyt Inſigels enſpulgen zu habene. so lazzen wir vns genugen an vnſer wirte Inſigeln. Dyr brief wart gegebin da man zalte nach gods geburten. Druzehenhundert Jar und drizich Jar. An Sente Mertins abinde.

An Pergamentstreif hängen die Siegel:

1. *Cunrad's des Aelteren, fast ganz zerbrochen.*
2. † CONRADI MILIT. DE. RVDESHEIM, *wohlerhalten.*

---

877. Agnes Rapaden von Bingen cedirt gewisse Rechtsansprüche an den Vogt Emercho von da.

1330, *Nov. 15.*

Orig. Urk. im K. Staatsarchiv zu Idstein.

Judices ſce Moguntine ſedis Recognoſcimus per preſentes Quod Angnes dicta | Rapaden. Relicta quondam Dilmanni aduocati pinguensis coram nobis conſtituta | cessit — discreto viro Magiſtro Emerchoni de Pingwia aduocato | in dicta sede conſangwineo ſuo omnia jura et omnes actiones ſibi competencia et competentes contra Theodericum dictum king militem de Rudinſheim occaſione debitorum decem librarum hallens. legalium et bonorum ac quinquaginta maldrorum siliginis mogunt. menſure ſicce et legalis penſionis neglecta et contra friſzand aurifabrum pingwensem Juniorem racione trium librarum hallens. predictarum. Item concor..fridericum dictum Heimburge de Rymilſheim ex causa octo minarum ſiliginis pinguensis mensure annue penſionis ſimiliter neglecte ſimpliciter et in totum jurans ſollempniter quod eaſdem ceſſiones ſeu ceſſionem

Digitized by Google

dicto Magiſtro Emerchoni non fecerit ſimulate ſeu ficte ſed vere et pure ac ſimpliciter in stipendium milicie clericalia secundum ſtatuta ſacri prouincialis concilii moguntini edita ſuper eo. Datum et actum anno dni M°. CCC°. XXX°. XVII. Kal. Decembr.

Von dem Siegel des Gerichts hängt noch ein Stückchen an.

---

878. Das Kloster Eberbach empfängt Bürgschaft bezüglich des Zehntens zu Dorfgulle u. Ober-Eschebach.

***1330**, Nov. 29.*

Orig. Urk. im K. Staatsarchiv zu Idstein.

Wir Vlrich herre von Byckenbach, Godfrid herre von Eppenſteyn, friderich von Carben Scultheize zu frankenford, Walther von Cronenberg, Georie von Sulzbach, Thilman fritz von Doruelden, Gerhard von Bygen, Rudolff von Saſſenhuſen, Gerhard von Sulzbach, Hartmud von Sulzbach, der da wonet zu heſelen, Heinrich Stumph, Godefrid von Delkinlheym, | Johan von Velewile, Rittere, vnd Johan der greue zu kůningeſteyn, eyn edele kneycht, bekennin vns vffenliche an dyſme geynwertigen briue vnd dun kunt allen guden luden dy diſen | Brieb ſehen oder hören leſen daz wir vnſamentliche vnſer Ichlich zumale vnd gentzliche Bůrge worden ſin vor den edeln man Cunen eyn herren von Minzenberg, vnd ob her von dodes weyne abe gynge vor ſyne erbin den Geyſtlichen lůden dem .. Abte vnd dem ... Conuente des cloſters von Eberbach grawes ordens vnd yren nachkůmelingen, vnd hon yn dar vber endruwen gelobet an des eydes ſtat daz wir yn

Digitized by Google

truweliche vnd vorzögeliche leyſten ſolin obiz noet geſchiet als her nach geſchriben ſtyt Vnd iſt dit dy Sache vnd dy rede der wir burge worden ſyn daz der vorgenante herre von Minzenberg oder ſyne erbin ob her abeginge den vorgenanten.. Abte vnd Conuente von Eberbach tzwiſchen nu vnd Oſtern dage der aller neeſt kůmet dy zehenden zu Dorfgůlle. vnd zu obern Eſchebach dy ſin ſyn vnd vf den ſelben zehenden vnd vffe anderin ſyne lehene bewyſen vnd machen ſal druhundert achteyl korngeldes frankenfurter mazzes, vnd ſal yn dy veſte machen vnd voreygenen myt der herren hant vnd briebe von den dy ſelben zehenden vnd gut zu lehene gyn alſo daz ſy yn voreygent werden daz ſy ewicliche da ane veſte vnd hebindig ſyn. vnd wo dy lehen dy vorgenant ſyn von den Stiften gyn dy ſulent vor eygent werden myt der Ebte vnd der Conuente beyder yngeſygeln, myt alſulicher ſollempnitetyn vnd vffenberigheyt als iz gewunlich vnd recht iſt nach der Styfte gewunheit vnd rechte. Vnd weriz daz dyſes nyt engeſchehe als da vorgeſchriben iſt vnd daz yn der ziet als Sy da vorgenant iſt dy zehenden beyde ſament zu Dorfgulle vnd zu Eſchebach vnd anders gut dy da tregen ſvlint nach gemeynem loyſe der Jare dy druhundert achteyl korngeldes ewiger gulde dy da vor geſchriben ſtyn, den vorgenanten.. Abte vnd dem Cloſtere von Eberbach nyt vor eygent oder beveſtent en worden, daz ſy ewiglichen hebindig weren myt den briuen der.. Ebte vnd der.. Conuente oder der herren von den ſy zu lehene gyn als davorgeſchriben ſtyt alſo daz den vorgenanten dem... Abte vnd ſym Conuente von Eberbach genuglich ſy So ſal vnſer yglich als her von dem... Abte von Eberbach oder von ſynen boden zu hues vnd zu houe gemanet

Digitized by Google

wird, vnervaren ob dy andern burgen angeſprochen ſyn oder leyſten wollen vnd auch ob man yn rechtiglichen angeſprochen habe vnvorzůgeliche in varen zu frankenford in eyne vffenbar herberge keyner in ſyn ſelbez hus, der herre myt zwein knechten vnd myt zweyn pherden. Der Rytter vnd der edele knecht myt eynem pherde vnd myt eyme knechte vnd ſullin leyſten alle gude burgen alſo lange biz daz vollenbracht werde als da vorgeſchriben ſtyt Vnd dar vmme wir anegeſprochen werden Vnd ſullen der vorgenanten vnſer bůrgeſchaft nyt ledig ſin wir en werden dan ledig geſayt von den vorgenanten dem .. Abte vnd dem conuente von Eberbach ſunder allerhande argeliſt. Vnd auch hon wir gelobet daz keyner hande vorbot bannes oder ander pyne oder keynerhande ander ſache wy man dy genennen mag vns nyt entſchuldigen mag oder hinderin, wirn ſullen oder můzzen. y. leyſten als dar vorgeſchriben ſtyt. Vnd geſchehez daz vnſer keyner von dodes weyne abe ginge des got nyt en woelle oder zu geyſtlichem lebene uore oder lantrůmig wůrde e dan dy tegindinge alleſament dy her vorgeſchriben iſt volendet wůrde ſo ſal man eyn alſo guden burgen ſetzen in des neheſten mandes friſt vnd ſal daz dun alſo dycke als daz geſchiet vnd geſchehe des nyt wan wir den gemanet wůrden von den vorgenanten dem .. abte vnd dem Conuente oder von yren boden So ſůlen wir in varen als da vorgeſchriben ſtyt, vnd leyſten alſo lange biz daz iz geſchihet. Geſchehez ouch des got nyt engebe daz vnſer keyner an ſyme geburgeze vnd an ſyme gelůbede ſůmig wůrde So mag der .. Abt vnd der .. Conuent von Eberbach ane zorn vnd hinderſal von yme clagin Vnd kunden yn als man bilche ſůlche brůchige lůde kůnden ſal vnd dyr ſache

allerſament zu eyme gezugniſſe als ſy vorgeſchriben ſtyt hen wir dy vorgenanten bůrgen vnſer eygene ynſigele an dyſen brieb gehangen vnd vone ich Godefrid von Delkelnheim der vorgenante bůrge nyt eygens ynſigels en hon Dar vmme bekenne ich mich vnd genuget myr myt myner mydeburgen Ingeſigele dy vorgenant ſin vnd wir Cune von falkenſteyn herre zu minzenberg der vorgenant iſt bekennen daz wir dy vorgenanten bůrgen vorſazſt hon in aller der wiſe als her vorgeſchriben iſt Vnd hon gelobet ſy zu löſene ane eyt vnd ane allerhande Schaden Vnd hon des vnſe Inſigele myt der vorgenanten vnſer bůrgen Inſigele an dyſen brieb gehangen zu eyme orkůnde der vorgenanten ſache. Dyr brieb wart gegebin zu frankenford an Sente Clementis tage da man zalte nach godes gebůrte Duſent Jar druhundert Jar vnd drizig Jar ...

An Pergamentstreif hängen die 14 Siegel meist wohlerhalten:

1. S. CVN . . . IS DOMIN . . . .
2. (sigill)VMVDALRICI . . . .
3. S. DŌI G(otfridi de eppenst)EIN.
4. † S. FRIDERICI DE KARBEN.
5. † S. WALTERI . . . . (c)RONIBG.
6. † S. GEORII DE SOLZBACH MILITIS.
7. . . . (th)EODI MILITIS DE DORVE(lde) .
8. S. GERHARDI MIL'TIS D'BEGE.
9. S. RVDVLPI MILTIS DE PRVNHEIM.
10. † S. GERARDI MILTIS DE S . . . .
11. † S. HARTMUDI MIL . . . . . E.
12. † S. HEINRICI STUMP D' DANEBERG.
13. † S. IOHANNIS DE . . . . IL MILITIS.
14. † S. IOH(ann)IS DE KVNIGESTEIN.

Digitized by Google

879. Cuno von Falkenstein ertauscht den Eberbacher Klosterhof Haselach gegen Güter zu Eschebach u. Dorfgülte.

1330, *Dec. 21.*

Orig. Urk. im K. Staatsarchiv zu Idstein.

Nos Cüno de falkenſteyn dnus in Mynzenberg Recognoſcimus publice tenore preſentium literarum Nos litteras infraſcriptas approbaſſe et | acceptaſſe que ad omnem ipsarum continenciam et ipsas ab honorabilibus .. abbate et conuentu Monasterii in Ebirbach recepiſſe tenoris et continencie in hec verba. In nomine dni Amen. Nos frater Wilhelmus abbas et Conuentus Monaſterii in Ebirbach ord. Cyſterc. Moguntine | dyoceſis Tenore preſencium publice confitemur et vniuerſis tam preſentibus quam futuris Chriſti fidelibus cupimus fore notum, Nostris quoque | succeſſoribus perhenni noticia intimamus quod licet Curia, Manerium siue curtis noſtra Haſelach ab antiquo primitiuo tempore ſtatu | terre pacifico exiſtente Nobis et Monaſterio nostro predicto atque predeceſſoribus nostris fuerit in fructuum et paſturis animalium multiplici recipiencium multiplicata verſucia predicta curia ad tantam et tam miſerandam inanicionem rerum et inhabitatorum eſt prolapſa quod de omnibus fructibus et vtilitatibus eiusdem curie in conſumpcionem ipsam vaſtancium expoſitis vix ſeipſam potuit ſuſtentare. Nos igitur ſollempni et conſueto tractatu inter nos crebrius habito ſuper eo ad faciendos ex hoc ſtatum et dictionem Monaſterii nostri memorati vt firmiter credimus meliores Jam dictam curiam Haſelach et omne jus nobis et monaſterio nostro predicto competens in eadem ſiue quod nobis hactenus competere videbatur In edificiis, foſſatis, agris, manſis, lugeribus, terris cultis et incultis expreſſis

Digitized by Google

vel exprimendis, paſcuis, aquis aquarumque decurſibus, ſemitis viis et inuiis, Nemoribus, Rubetis, pratis ab antiquo pertinentibus ad eandem ad circiter triginta sex jugera pratorum preciſe eſtimatis, Jura aduocaciam eiuſdem curie et decimis infra ſepta curie predicte Necnon quibuſlibet pertinenciis ſuis in buſco et in plano cum omni commodo et honore ſpectantibus ad nos et monaſterium nostrum predictum in Curia prelibata Pratis tamen nostris alibi conſtitutis de quibus fenum quamquam ad prefatam curiam Haſelach pro paſturis animalium noſtrorum adduci conſueuimus duntaxat exceptis que in iamdictis pertinenciis nolumus includi. pratorum dictorum iuſte et legalis permutacionis tytulo pro decimis et fructibus ipsarum videlicet decima in villa et prope villam ſuperioris Eſchebach, pro rata ipsum ... dnum infraſcriptum contingente ad sexaginta octalia ſiliginis menſure frankenuordensis annue penſionis communi eſtimacione taxata Et pro decima in Dorfgulle, eciam pro rata dni cuius ſupra ad septuaginta octalia menſure Mynzenbergensis ſiliginis annue penſionis conſimiliter eſtimata et a nobis pro tanto penſionis eſtimato receptis iamdictis decimis et acceptatis. Inſuper pro redditibus et cenſibus certis et perpetuis Triginta ſeptem maldrorum tritici decem octalium auene menſure fridebergenſis, Nouem marcarum et octo ſolidorum denariorum Colon. tribus hallensibus pro denario computatis ad curiam dominicalem siue vulgariter dictam fronehob domini .. subſcripti in villa ſua Weckenſheym conſtitutam et ad aduocaciam iamdicte curie pertinentibus ac per ... hubarios ſiue Emphitheotas seu cenſuarios vbilibet conſtitutos in certis terminis ſolui debentibus in curia predicta. Necnon pro omni jure et honore predictorum red-

Digitized by Google

dituum et cenſuum certorum. Pro penarum quoque et cenſurarum conſuetarum coercionibus quibus antedicti ... hubarii ... Emphitheote et ... cenſurarii ad ſoluendos ſuos canones et cenſus, ac redditus prenotatos arcius compelluntur. Preterea pro redditibus quinque octalium ſiliginis menſure Mynzenbergensis predicte, quos adhuc dnus ... qui infra in certis locis tenetur, et promiſit nobis aſſignare vel iuſta pecunia compenſare. In nos et Monaſterium nostrum predictum per nobilem et eximium virum dnum Cůnonem de falkenſteyn dnum in Mynzenberg tranſlatis et traditis et vt nobis et Monaſterio nostro predicto plene proprietentur, procurari promiſſis in eundem iamdictum ... Nobilem et .. heredes ſuos imperpetuum ſollempniter ſtipulando tranſtulimus, ceſſimus, tradidimus et reſignauimus perpetue poſſidendas ſine juris preiudicio alieni. Induximus quoque et induci curauimus prenotatum dnum Cůnonem in poſſeſſionem curie et quarumlibet pertinenciarum ſuarum prefatarum cum ſollempnitatibus debitis et conſuetis corporalem. Pro caucione quoque euictionis, antedicto dno Cunoni omnia inſtrumenta literas et priuilegia que ſuper antefatis Curia et pertinenciis ſuis quibuſlibet hactenus habuimus plenarie reſignauimus dedimus et preſentauimus ut ſe defendat tenore ipsorum et alias prout jus erit contra quemlibet prelibatarum curie et pertinenciarum indebitum ... Inuaſorem Et ut idem dnus sepedictis curia et pertinenciis abſque quolibet onere ſeruitutis pociatur. Nos .. et succeſſores nostri corporale lineum ſce Ecclesie Moguntine fundatrici nostre piiſſime, ipsi in recognicionem gracie nobis et monaſterio nostro in proprietacione predicte aduocacie in Haſelach curie memorate debitum, ſoluemus nostris expenſis tempore ſempiterno Renunciamus in

Digitized by Google

omnibus et ſingulis articulis memoratis omnibus juribus, actionibus, excepcionibus et jurium beneficiis Canonici vel ciuilis, actioni in factum, excepcioni doli mali, et ob defectum cauſe ac quod metus. cauſa, beneficio reſtitucionis in integrum et quibuſlibet iurium ſuffragiis quibus deceptis citra dimidium iuſti precii et iuſte eſtimacionis libram, et aliter leſis eccleſiis subuenitur Priuilegiis a ſede apostolica siue imperiali aula confirmatoriis ſiue aliis optentis vel optinendis graciis Indulgenciis et indultis conſuetudinibus et plebiſcitis formis jurisdictionalium reſcriptorum Juri dicenti generalem renunciacionem non valere ac omnibus et ſingulis ſubterfugiis aliis quibus nos vel monaſterium noſtrum predictum in jure vel extra, directe vel indirecte per nos vel per alios poſſemus venire contra premiſſa vel aliqua premiſſorum Promittentes quod confirmacionem et conſenſum ſufficientes et expreſſas Reuerendi patris nostri dni . . Abbatis et Monaſterii Clareuallensis viſitatoris et ordinarii ſuperioris nostri ſuper premiſſo contractu infra anni circulum cum omni ſollempnitate in ordine nostro Cyſterciensi conſueta obtinebimus et procurabimus noſtris laboribus et expenſis.

Teſtes et fratres ac monachi qui prenotatam permutacionem et contractum prefatum fieri conſuluerunt et in ipsum tamquam ſeniores ad conſilium monaſterii nostri predicti deputati nomine conuentus nostri ſupraſcripti conſenſerunt, sunt fratres. Enſſridus prior, Rupertus quondam abbas in Arnſteyn, Gernodus subprior, fridericus de Langenowe cellerarius, Magiſter Gyſelbertus doctor decretorum, Heynricus de Colonia olim prior, Gotfridus dictus Rapado de Pinguia, olim ſubprior, Theodericus de Lůrenburg rector curie nostre Lympurg, Petrus de Attendorne infir-

Digitized by Google

marius, Johannes de Hohenburg ſubcellerarius, Fridericus de Weſalia camerarius, Johannes de Moguntia dictus de Stella ſyndicus, Jacobus de Moguncia ſacriſta, Cuno de Lympurg syndicus, Jacobus Lumbardus, Magister curie nostre Colonie, Heynricus de Colonia ſocius eius, Chriſtianus de Moguncia cantor, Hermannus de Dybelich syndicus, Gerlacus de Symern portarius, Johannes de Loriche rector curie Drechtingeſhuſen, Conradus de Rûdenſheim, Cellerarius vini et coquine, Johannes magiſter Nouiciorum sacerdotes, et Waltherus de Cronenberg ſubdyaconus magister curie nostre Mappen, Wilhelmus quoque de Wartberg Weſtfalie notarius noster, quibus expreſſe conſentientibus Totus conuentus noster ſecundum conſuetudinem nostri ordinis intelligitur cum effectu tacite conſenſiſſe. In premiſſorum omnium euidenciam et robur eternum Nos ex omni nostrum predictorum certa ſciencia sigillum Abbacie nostre quo tamquam nomine nostro et predicti monaſterii nostri autentico in maioribus cauſis vti conſueuimus, appendimus huic scripto ut ipsum per hoc habeat rubur autentici inſtrumenti. Datum in Arneſburg filia noſtra Anno dni M°. CCC°. XXX°. XII°. kalend. Januarii. In diebeati Thome apostoli. In quarum approbacionis, acceptacionis et recepcionis premiſſarum euidens teſtimonium sigillum nostrum preſentibus eſt appenſum. Datum vt ſupra.

An Pergamentstreifen hängt das Reitersiegel des Ausstellers, von dem ein Stück fehlt, mit der Umschrift:

(Cuno)NIS DOMINI I-N MINZINBE(rg).

Digitized by Google

880. Der Schöffen zu Wesel gerichtliche Urkunde über Marquards u. seiner Frau Jutta Schenkung ihrer Weinberge daselbst an das Kl. Eberbach.

1331, *Jan. 11.*

Orig. Urk. im K. Landes-Archiv zu Idstein.

Nos Lůtherus ſubſcultetus. Johannes. Lampertus. fratres et Hůmberthus milites de Schonenbůrch. Johannes in kyrchgaſſen. Theodericus | de Paffinauwe. et Henricus de Salice ſcabini Weſalienses vniuerſis tam preſentibus quam futuris conſtare volentes Quod conſtituti coram nobis et aliis quam | pluribus fidedignis. honorabiles viri Religioſi. Wylhelmus abbas Eberbacensis et Enffridus prior ibidem ſuo et conuentus ſui nomine ex vna Et | Marquardus et Jutta coniuges opidani Weſalienses parte ex altera Ipsi .. coniuges bona ſua infraſcripta que rite et racionabiliter quiete et pacifice tamquam bone fidei poſſeſſores iam longis tranſactis temporibus impeticione cuiusquam ceſſante poſſederunt et manutenuerunt videlicet vineam ſitam zů Rinheldin ex vno latere conterminam vinee Johannis dicti Deylers. et ex alio latere vinee Dudonis dicti de Bacheraco cuius quidem vinee particula quedam quam dicti .. coniuges erga dictum Sabiſti. emerunt vnam marcam annicenſus .. Relicte dni Theoderici de Lůrinbůrg quondam militis et ſuis heredibus in natiuitate Chriſti amminiſtrat. Item vnam vineam zů Wyſin ſitam ſub via regis que dat terciam partem prouentuum .. Regi. Item vnam vineam ibidem ſupra viam regis que dat dimidietatem prouentuum eciam .. Regi. Item vnam vineam zů Berheldin ſitam contermninam ex vno latere vinee Friderici crapin et latere

Digitized by Google

ex altero vinee Bene Erlewinis de qua decem et octo solidi denariorum annicenſus cedent heredibus quondam Aleydis sneren. Item vnam vineam zů Berheldin apud vineam dni Martini filii quondam Martini albi ex vno latere et ex alio apud vineam Bruningi Schyltknecht. Item vnam vineam zů Mychiluelt apud vineam Bene. filie quondam Martini albi que dat ad lumen sci Martini tres denarios cenſus Dno.. Abbati.. Priori predictis ſuo et.. conuentus ſui nomine conceſſerunt perpetue poſſidenda iure proprietario et cum omni jure quo eadem poſſidebant et dominium quod ipsis.. coniugibus in eisdem bonis competebat ſeu competere poterat in eoſdem tranſtulerunt. pro cenſu annuo videlicet Centum libris hallens. bonorum et legalium ipsis.. coniugibus ad locum quem ad hoc deputauerint infra Moguntiam et Coloniam in duobus terminis in feſto natiuitatis Chriſti quinquaginta libris et in feſto Paſche quinquaginta libris perſoluendis. Et vt ipsi.. coniuges in cenſu prelibato certiores exiſterent prefati.. Abbas.. Prior ſuo et conuentus ſui nomine omnia bona ſua in diſtrictu Weſaliensi ſita ipsis coniugibus in ypothecam ſubrogarunt videlicet domum eorundem que quondam fuit Chriſtani de Hûſin, cenſus vniuerſos et singulos videlicet. V. ſolidos quos dat Henricus Zirbardi et Gerlacus piſtor de domibus ſuis. Item VI. den. quos dat Hermannus Wenze de vinea zů Boppinrat. It. Sibelo roban et Hennekin ſteube. VI. den. de vinea eadem. It.... Relicta Conradi Entinqwach. XVI. den. de vinea in der Abycheldin. It. Wolframus ſutor tres ſolidos de uinea zů Mychiluelt. It. Fridericus inſtitor VII. den. de vinea zů boppinrat. It. dictus Clois VI. den. de vinea zů bůle. It. Henricus Zyrbardi.

Digitized by Google

VIIII. den. de arboribus quondam Aleydis ſwebin. It. Katerina filia Duſingi V. quadrantes de vinea zů Bechelin. It. H. ſchiltknecht. VIIII. ſol. de vinea in dem vlůre. It. Criſtina apils. XVIII. den. de domo in nouo foro. It. Hartmůt bůſolt. III. ſol. de domo ſua. It. Johannes filius eius. XV. ſol. de domo ſua. It. Gobelo vigellator. XIIII. den. de domo ſua. It. Thilmannus zollener ſenior sex ſol. de vinea an kůnegeſkaderecke. It. dns Nycolaus de Dyll. XV. den. de vinea zů bůle. It. Petrus gener Roris. III. den. ibidem. It. Heyneman bůrnicher. VI. den. de vinea zů bůle. It. Jacobus gener zornis. VIIII. sol. de eadem. It. Hedewigis Waldis. VI. den. de vinea zů Rinheldin. It. dictus Diſtelvinke de henzhuſin vnam marcam de vinea in Langeſcheyderbach. Item .. Relicta Connewini. XVIII. den. de vinea zů Rinheldin. It. Conradus de villa hain. III. den. de domo et orto ibidem. It. filius Edilwini. VIIII. ſol. de domo ſua. It. heredes Baldewini de vrbe. VI. den. de vinea zů Bylſteyn. It. Otto de Salmone. VIII. den. de domo dicti knebil. It. dictus Důſbůrg. VI. ſol. de vinea quondam dni Henrici de Garlandia. It. Madiz III. ſol. de eadem. It. Schelert. III. ſol de eadem. It. dictus Ette et dictus Daube. III. ſol. de eadem. It. Goppelo filius Herdeni vnum ſol. de vinea in der Abycheldin. It. Baldewinus de Dameſcheyt. III. den. de domo ſua. It. dictus Důman de Nederenberg. XVIII. den. de vinea zů Randeſpac. Lůdewicus piscator. XVIII. den. de eadem. Růle ſutor. XVIII. den. de eadem. Dictus Paffe. XVIII. den. de eadem. It. Benigna de Langeſcheyt. II. den. de domo ſua. It. Neſa filia Důſingi IIII. ſol. de domo ſua. It. vineam

Digitized by Google

ipsorum dominorum ſitam zů Bechelin. It. penſionem Annone in Perreſcheyt trium maldrorum ſiliginis et auene trium maldrorum mediantibus condicionibus infraſcriptis videlicet quod ſi .. abbas et .. prior prenarrati ſuo et .. conuentus ſui nomine cenſum quinquaginta librarum in feſto ſcilicet Natali dni vt premittitur vel infra ſex ſeptimanas immediate ſequentes vel ſaltem abſque capcione infra feſtum Paſche ſoluere negligentes fuerint vel remiſſi quod abſit extunc dicti coniuges bona predicta monaſterio conceſſa vna cum bonis vniuerſis ſuperius ſpecificatis ipsis .. coniugibus in ypothecam ſubrogatis ſine ſtrepitu iudicii canonici ſeu ciuilis rehabebunt et intrabunt et eiſdem vtantur tamquam propriis vendendo. concedendo. alienando ſecundum eorum libitum voluntatis et tueri in eiſdem ab .. Abbate .. priore et .. conuentu ipsos coniuges ab omni impetitore et indempnes ſeruare dicimus expreſſe .. Si uero primo cenſu videlicet in Natiuitate dni ſoluto In feſto Paſche cenſum quinquaginta librarum ſoluere neglexerint et ſi infra ſex ſeptimanas immediate ſequentes negligentia huiusmodi non fuerit reparata extunc eciam vt .. coniuges ſepedicti bona ſua ipsi monaſterio modo vt premittitur rehabebunt et intrabunt. Inſuper dictus Marquardus tempore quo vixerit cenſum prelibatum tollet integraliter et in toto, ipso vero de medio ſublato cenſus quinquaginta librarum cum eodem morietur. Et quinquaginta libre reſidue cedent Jutte vxori ſue ſolum modo ad dies vite ſue videlicet viginti quinque libre in Natiuitate dni et viginti quinque libre in Paſcha ſub pena appoſita et prenotata. Ipſa vero mortua et cenſus cum eadem morietur. It. ſi dicti coniuges proles habuerint ſi maſculus fuerit annos diſcretionis attingens et ſi affectauerit .. Abbas et prior qui pro tempore fuerint

Digitized by Google

ipsum recipient in commonachum et confratrem ſi vero fuerit femella in aliquo cenobio monialium ſibi de prebenda prouidere tenentur et ad ipſius neceſſaria temporibus vite ſue duas marcas annuatim miniſtrabunt. Preterea ſepedicti .. coniuges bona infraſcripta videlicet vnam vineam zů Bechelin ſitam que fuit Jacobi dicti Koch. It. domum ſuam ſitam apud domum zů me horne que quondam fuit dicti hain de qua datur vna marca cenſus Walchoni filio quondam Volkenandi et nouem den. cenſus ad ecclesiam ſce Marie de quibus octo Can... et vnum ad lumen. It. quatuor marcas perpetui cenſus ſub tali forma quod ſi defuerit ſeu defecerit aliquid in cenſu huiuſmodi defectum talem ſupplebunt videlicet duodecim marcas in parata pecunia dabunt pro vna marca cenſus dnis predictis .. abbati, priori et .. conuentui dederunt et reſignauerunt ſollempnitate ad hoc adhibita debita et conſueta que tamen bona ipsi .. coniuges ab eiſdem .. abbate, priore et .. conuentu ad dies vite ſue receperunt pro vno denario cenſus in Natiuitate dni cedendo. Ipsis vero coniugibus mortuis bona omnia libere ad monaſterium Eberbacenſe reuertentur dolo et fraude penitus circumſcriptis. Vt autem hec ordinacio ſeu conceſſio robur perpetue firmitatis obtineant partes premiſſe videlicet .. abbas et prior nomine ſuo et .. conuentus pro ſe et Marquardus et Jutta coniuges pro ſe promiſerunt omnia et ſingula predicta firma et rata tenere nec contemnere per ipsos vel per aliquos alios vllo vmquam tempore arte dolo ingenio ſiue cauſa Renunciaueruntque omnibus exceptionibus ſeu defenſionibus juris vtriuſque canonici et ciuilis que ipsos vel alteram partem ipsorum contra premiſſa deberent vel poſſent quomodolibet ſuffragari eciam priuilegiis quibuſcumque. In quorum omnium eui-

Digitized by Google

dens teſtimonium sigillum . . Abbatis quo . . prior et . . conuentus monaſterii Eberbacensis vtuntur in hac parte ac sigilla nostra ad preces et rogatum . . abbatis. Prioris et . . conuentus predictorum. Marquardi et Jutte coniugum partium predictarum preſentibus ſunt appenſa. Et nos . . abbas. prior et . . conuentus omnia et ſingula premiſſa ſub ſigillo nostre abbacie et aliis ſigillis ad preces nostras preſentibus appenſis vera eſſe profitemur. Nos quoque Marquardus et Jutta coniuges recognoſcimus ſigilla omnia et ſingula huic litere ad preces noſtras eſſe appenſa in teſtimonium omnium premiſſorum. Datum et Actum anno dni M°. CCC°. XXX°. primo feria quarta poſt feſtum Epyphanie dni predicti.

An Pergamentstreifen hängen, fast sämmtlich wohlerhalten, die Siegel, alle (mit Ausnahme des dritten) von rothem Wachs, nämlich:

1. † SIGILLVM. ABBATIS. DE. EBERBACH *(abgebildet bei Bär Dipl. Gesch. d. Abtei Eberb. B. II. Taf. I., 4.*
2. † S. LV . . . . . DE. CAVERNA. AROVGI *(getheilter Schild, in der oberen Hälfte drei auf die Spitze gestellten Rauten.)*
3. † S' IOHANNIS. DE SCHONENBVRG *(Schild mit sechs [3—2—1] Schildchen.*
4. † S' ROPERTI. MILIT. DE. SCHONEBVRG *(das gleiche Wappen).*
5. † S. HVMBE . . . (mi)L. DE. SCHONENB. *(gleiches Wappen.)*
6. † S' IOH[illegible]NNIS. IN. KIRGAZEN *(im Schild ein schmaler Querstreif am oberen Rande, darunter ein rechts gewendeter streitfertiger Löwe.)*
7. † S' THEODRICVS. DICT . . . . . E. *(im oberen Drittheil des Schildes ein schräg carirter Querbalken, mit einem sechsstrahligen Stern in der*

Schöffen des Gerichts zu Wesel.

Digitized by Google

Mitte, darüber 5, darunter 9 [4 — 3 — 2] Eisenhütchen.
8. † S. HERICI. VONDE . . . IDEN *(im Schild ein Ast mit jederseits 3 herabhängenden Zweigen.)*

Schöffen d. Gerichts in Wesel.

---

881. Die Ritter Friedrich, Wilhelm u. Cunrad von Rudensheim erneuern zu Gunsten des Kl. Eberbach ihren Verzicht auf das Patronatsrecht der Kirche zu Waldertheim.

—

***1331**, Febr. 2.*

Ocul. Mem. II. fol. CV, b.

Nos Fridericus, Wilhelmus et Cunradus fratres milites. nati quondam Wilhelmi militis de Rûdenſheim Tenore preſencium Recognoſcimus ad vniuerſorum quorum intereſt aut intereſſe poterit cupientes notitiam peruenire. quod cum nos olim in dignitate militari nondum conſtituti. nec propriis adhuc ſigillis vſi. Juſpatronatus ecclesie parochialis in Waldertheim. Moguntine dyoceſis, cum omni jure quo ad nos et Cunradum de Rudenſheim militem patruum nostrum predilectum tamquam ad veros dominos pertinebat conſenſu voluntario et expreſſo nobilis viri dni Hermanni de Hoenuels. a quo dictum juſpatronatus tytulo feodali dependit accedente. Venerabilibus et Religioſis viris dnis .. abbati et conuentui monaſterii in Eberbach dicte dyoceſis prouida et matura deliberatione prehabita. pari manu et voluntate vnanimi ad laudem et honorem omnipotentis dei ſueque genitricis ſemper virginis Marie. necnon ob remedium nostrarum ac omnium progenitorum nostrorum animarum ſalutare. vna cum prefato patruo nostro rite et rationabiliter donaſſemus inter uiuos. ipsoque jure patronatus in eoſdem .. abbatem et conuentum ac eorum

Digitized by Google

monaſterium adhibitis ſollempnitatibus debitis ac conſuetis liberaliter tranſlato. Sigillum honorabilium virorum dnorum judicum sce Moguntine ſedis et C. de Rûdenſheim militis patrui nostri predicti ratificaſſemus donationem et tranſlationem memoratas prout eaſdem litteras ſuper eo tunc confectas apparere poterit intuenti Nos huiuſmodi donationem et translationem per nos vt premittitur factas gratas firmas et imperpetuum illibatas permanere. omnisque ſiniſtre ſuſpicionis materiam ac dubietatis ſcrupulum impoſterum qualitercunque emergendum tollere ac penitus exſtirpare volentes. preſentem literam. ſigillis nostris propriis, quibus nunc vtimur, dedimus prefatis dnis.. abbati et conuentui ac eorum Monaſterio ſepedicto communitas in teſtimonium ratificationis nostre premiſſe et roboris perpetui firmitatem.

Datum et actum a. dni. M°. CCC°. XXXI°. in feſto purificationis virginis glorioſe.

---

882. Clara von Bechtolvesheim, in Oppenheim, befreit den Eberbacher Hof in Lorichen von einer Abgabe.

1331, Febr. 2.

Orig. Urk. im K. Staatsarchiv zu Idstein.

Nos frater Wilhelmus abbas Totusque conuentus monaſterii in Eberbach Cyſterc. ordinis Mogunt. dyoc. Recognoſcimus | tenore preſentium literarum quod honeſta puella Clara de Bechtoluefheim reſidens in Oppinheim. cum ſua pecunia reemit no|bis et monaſterio noſtro quatuor libras cum dimidia perpetui cenſus quas hactenus dare et expedire tenebamur ſingulis annis|strenuo militi

Conrado de Rûdenſheim ſeniori et ſuis heredibus de curia noſtra in villa Lorichen ſita. que olim fuit puerorum de Leyen. Preterea dicta puella Clara comparauit nobis et dicto noſtro monaſterio redditus vnius libre cum dimidia hallenſium perpetui et annui cenſus dandos et ſoluendos nobis de quadam particula domus dni henzelini militis de Gerardeſtein ſite in pretacta uilla Lorichen prope curiam noſtram ibidem. quam predicti pueri de Leyen iam inhabitant. Ita uidelicet quod eandem libram cum dimidia hallenſium vna cum quatuor et dimidia libris ſupraſcriptis annuatim prefate puelle Clare duntaxat ad tempora ſue vite tenebimur miniſtrare. Ipſa vero defuncta. antedictas sex libras hallenſium perpetuo in die Beate katherine virginis noſtro conuentui pro pytancia diſtribuere tenebimur in ipſius et omnium progenitorum ac benefactorum eius animarum remedium salutare. In cuius rei teſtimonium et roboris debiti firmitatem sigillum noſtrum decreuimus preſentibus appendendum. Actum et datum anno dni M°. CCC°. XXXI°. in feſto purificationis virginis glorioſe.

Das Siegel des Ausstellers ist rechts oben abgebrochen, sonst gut erhalten.

---

883. Ludwig, Römischer König, ertheilt dem obgedachten Zehnten-Tausch zu Ober-Aeschibach seinen oberlehnsherrlichen Consens.

***1331**, Febr. 15.*

Orig. Urk. im K. Staatsarchiv zu Idstein.

Wir Ludwich von Gotes Genaden Romiſcher Cheiſer ze allen ziten merer dez | Richs. Veriehen offenlich an

dîſem brief vnd tûn chunt allen den die in anſehent oder hörent leſen daz wir den welchſel vmb den zehenden der gelegen iſt ze Obern Aeſchibach | der von vns. vnd. dem Rich zelehen gat, den der Edel man Chûnrat here ze | Valkenſtein mit den Geyſtelichen luten.. dem Abt vnd.. dem Conuent dez Clo|ſters ze Eberbach vmb den hoff der gelegen iſt in dem Dorff ze haſeloch. Der | der vorgenanten, dez Abtes vnd.. dez Conuentz dez vorgenanten Cloſters waz | getan hat, ſtäte haben, vnd wollen daz ez ze allen ziten ſtäte vnd vnverbrochen | belibe. Vnd dar vber ze vrchivnde geben wir in diſen brief verſigelten mit | vnſirm Cheiſerlichem Inſigel. Der geben iſt ze Nürenberg an dem fritag nach | dem Sunnentag do man ſang Eſto michi. do man zalt von Chriſtes ge|burt drivzehenhundert Jar, dar nach In dem eim vnd drizzigiſtem Jar In | dem Sibenzehenden Jar vnſers Richs vnd In dem vierden dez Cheiſertûms.

An roth- und grünseidenen Schnüren hängt das wohlerhaltene Majestätssiegel. Umschrift:

† LVDOVICVS. QVARTVS. DEI. GRACIA. ROMANORVM. IMPERATOR. SEMPER. AVGVSTVS.

Mit dem Rücksiegel:

† IVSTE IVDICATE. FILII HOMINVM.

---

884. Die Erben der Elizabet von Lympurg vollziehen eine Schenkung derselben an das Kl. Eberbach.

1331, April 8.

Ocul. Mem. II. fol. XC.

Vniuerſis preteritis preſentibus et futuris ad quos preſentes litere peruenerint uel quorum intereſt Ego Johannes plebanus in Cronenberg. Teſtamentarius ſiue

